CIVILIS DECRETORUM
PRAXIS

PLURIMIS, AC RECENTISSIMIS S.C. DECISIONIBUS ILLUSTRATA

AUCTORE

D. CAROLO ANTONIO
DE ROSA, SIVE DE ROSIS

Ex Dominis Castri Rosæ, & Feudi Gaurani, Originario Nobili Aquilano,

Olim in quamplurimis hujus Regni Provinciis Regio Auditore, Judice M. C. Vicariæ in Criminalibus, tum Sacræ Regiæ Audientiæ Lyciensis Decano, Regiæ Revisionis, & ejusdem M.C.V. per S.C.M. Fisci Patrono, Regii Consilii Sanctæ Claræ Decano; tum ejusdem Sacri Regii Consilii Propræside, & a Serenissimo CAROLO II. Hispaniarum Rege, ob sua, & Prædecessorum servitia titulo Marchionatus Villæ Rosæ decorato, demum Supremi Collateralis Consilii Regente.

CUM OBSERVATIONIBUS, ET ADDITIONIBUS U.J.D. LEONARDI RICCII,

CUI IN HAC NOVISSIMA EDITIONE ADCESSERUNT ANIMADVERSIONES

VINCENTII ALOI

JURISCONSULTI, ET REGII ADVOCATI PROVINCIÆ ULTERIORIS CALABRIÆ,

ET COLLECTIO DEMUM LEGUM PER RESCRIPTA AB ANNO 1734. AD HÆC USQUE TEMPORA LATARUM, METHODO CHRONOLOGICO ATQUE ALPHABETICO SUB VARIIS TITULIS AUCTA.

TOMUS II.





NEAPOLI MDCCXCIV.

Ex Typographia Fratrum DE DOMINICIS qu. JOSEPHI suis sumtibus, ac SUPERIORUM PERMISSU.



ELENCHUS
ALIORUM CAPITUM,

Quæ in hoc secundo Tomo Decretorum Praxim circa judiciorum ordinem, seu compilationem continent.

ELENCHUS
CAPITUM.

a 2 IN-

INDICE

DELLA COLLEZIONE DE' DISPACCI

A MODO DI LEGGE.

TA-

TABULA
ALIORUM DECRETORUM
Quæ in judiciorum ordine, seu compilatione interponi solent.

DIE &c. visa comparitione præsentata pro parte N.N. *vel dicitur*, visa replicatione N. N. facta petita libelli declaratione, providebitur. *c. 1. n. 7. pag. 1.*

Die &c. præstita expensarum cautione, providebitur. *ibid. num. 19. p. 2.*

Die &c. exhibitis penes acta scripturis in supplicatione, *vel* comparitione enunciatis, providebitur. *ibid. n. 28.*

Die &c. legitimata persona, providebitur. *ibid. n. 37. p. 3.*

Dia &c. præsens causa remittatur ad Curiam Capuanam *e. g.*, quæ procedat, & justitiam faciat, *cap. 2. dist. 2. n. 5. pag. 12. vel dicitur*.

Die &c. N. N. remittatur una cum actis ad Curiam Capuanam, quæ procedat, & justitiam faciat. *ibid. n. 17.*

Die &c. visis actis, eadem M. C. procedat & justitiam faciat literis inhibitorialibus expeditis non obstantibus. *ibid. n. 18.*

Die &c. procedatur in S. C. patita remissione ad Curiam N. N. non obstante. *ibid. n. 28. p. 13.*

Die &c. visis supplicationa, ac comparitione cum capitibus fol. . . non recipiantur capita, *vel dicitur*: rejiciantur capita, & proinde depositum liberetur Regiæ Curiæ, & pro eo magnifico Secretario servata forma Regiæ Pragmaticæ. *cap. 2. dist. 2. n. 60. pag. 22.*

Die &c. visa supplicatione fol. . N. N. interveniat, & proinde depositum liberetur Regiæ Curiæ &c. *ibid. num. 62.*

Die &c. visa supplicatione &c. N. N. non intervaniat, & proinde restituatur depositum, *vel dicitur*: visa supplicationa fol. . . non interveniat. *ibid.*

Die &c. donec suspicio non fuerit proposita formitat, Magnificus Commissarius continuet in procedendo. *ibid.*

Die &c. præsens causa remittatur ad C. Ecclesiasticam Civitatis Nolæ. *e. g. c. 2. dist. 3. n. 1. & seqq. pag. 26.*

Die &c. procedatur in S. C. petita remissione ad Curiam Ecclesiasticam Civitatis Nolæ non obstante. *ibid. n. 26. pag. 29.*

Die &c. N. A. remittatur una cum actis ad Curiam Archiapiscopalem, *vel* ad Episcopum, *sive* Archiepiscopum N. N., *vel dicitur*, procedatur in M. C., vel in S.C. exceptione Clericatus opposita non obstante, *vel dicitur*, remissione petita non obstante. *ibid. n. 37.*

Die &c. præsens causa remittatur ad Curiam Magni Admirati, *cap. 3. dist. 1. num. 21. & 22. pag. 37.*

Die &c. N. N. carceratus remittatur una cum actis ad C. Magni Admirati. *ibid. vel dicitur*

Die &c. N. N. carceratus remittatur una cum actis ad C. M. Admirati, quæ procedat, & justitiam faciat. *ibid. num. 22. vel dicitur, si remissio denegetur.*

Die &c. procadatur in M. C., vel in S. C. petita remissione ad C. M. Admirati non obstante. *ibid.*

Die &c. audita relatione Magnifici Judicis Curiæ Magni Admirati, remissa est causa eidem Curiæ, *aut* eidem Curiæ, quæ provideat, quod &c. *scilicet juxta casuum emergentiam. ibid. num. 25.*

Die &c. visis epistola Magnifici Regii Auditoris Generalis Exercitus, & fida Scribæ rationom ejusdem, præsens causa remittatur ad Regiam Audientiam Generalem Exercitus. *ibid. num. 12. dist. 2. pag. 41.*

Die &c. visa comparitione presentata fol. . . . &c. procedatur in S. C. petita remissiona ad Regiam Audientiam Generalem Exercitus non obstante. *ibid. vel dicitur*

Die &c. visis &c. N. N. careeratus remittatur una cum actis ad Regiam Audiantiam Generalem Exercitus. *ibid. num. 13.*

Die &c. visis comparitiona, matricula præsantsta pro parta N. N. informatione capta a fol. . . . usque ad fol. . . præsens causa remittatur ad Curiam Nobilis Artis Serici. *ibid. dist. 3. num. 14.*

Die &c. N. N. carceratus remittatur ad Curiam Nobilis Artis Serici una cum actis, quæ procedat, & justitiam faciat. *ibid.*

Die &c. procedatur in M. C., *vel* in S. C. petita remissione ad Curiam Nobilis artis non obstante. *ibid.*

Die &c. audita relatione Magnifici Judicis Nobilis Artis Serici, remissa est eidem Curiæ, *vel* remissa est ad Curiam &c. quæ provideat &c. *ibid. n. 18. pag. 42.*

Die &c. visis comparitiona fol. . . & replicatione in calce comparitionis, *vel* comparitione N. N., capiatur summaria informatio super allegata consanguinitate, *vel dicitur*: affinitate, ad finem providendi super petito compromisso *vel dicitur*: infra tot dies N.N. doceat de allegata consanguinitate. *cap. 4. n. 40. pag. 51.*

Die &c. visa comparitiona fol. . . informatione capta a fol. . ad fol. . præsens causa compromittatur, servata forma Regiæ Pragmaticæ. *ibid.*

Die &c. pro execotione decreti interpositi sub die &c. per D. causæ Commissarium partes infra quatuor dies eligant arbitros. *ibid.*

Die &c. cum effectu pro exeentione alterius decreti infra allos quatuor dies præcisè, & peremptoriè partes aligant arbitros, alias providebitur, quod arbitri eligantur par S. C.

Die &c. visis comparitionibus fol. . . procedatur in S.C. petito compromisso non obstanta. *ibid. n. 41. pag. 52.*

Die &c. visis laudo fol. . & comparitione fol. . laudum promulgatum a Magnificis N. N. & N. N. arbitris debitæ executioni demandetur, præstita cautione de restituendo &c., & respectu prætensorum infra quatuor dies audiantur partes. *ibid. n. 42.*

Die &c. visis laudo fol. . . nullitatibus fol. . . alia comparitione fol. . decreto S. C. provisum est, nullitates obstare, & proinde infra quatuor dies audiantur partes super omnibus hinc inde prætensis, citra præjudicium probarorum, de quibus habeatur ratio, quæ de jure habenda erit, *vel dicitur*, da probationibus factis, verum N. N. faciat depositum ducatorum . . . salva provisione facienda super liberatione depositi in qualibet parte judicii, *vel dicitur*: facto prius deposito ducatorum biscentum *e. g* salva provisiona &c. circa depositi liberationem, hoc suum. *ibid. n. 44. & 45.*

Die &c. visis laudo . . . comparitionibus fol. . . exequatur laudum pro summa ducatorum. *ibid. n. 40.*

Die &c. procedatur ad ea, quæ incumbunt, exceptione opposita non obstante. *cap. 5. n. 7. pag. 56.*

Die &c. procedatur ad ea, quæ incumbunt, opposita exceptione ad merita causæ reservata. *ibid. n. 10.*

Die &c. infra quatuor dies audiantur partes, exceptione opposita ad merita causæ reservata, *vel dicitur*: in calculo ferendæ sententiæ. *cap. 5. n. 10. ibid.*

Die &c. visa comparitione fol. . . decretum interpositum per D. causæ Commissarium sub die &c. fol. . . debitæ exequutioni demandatur, oppositis in dicta comparitione non obstantibus, vel (*ut in M. C.*) stat in decisis. *cap. 6. dist. 1. n. 3. pag. 65.*

Die &c. suspenso decreto interposito per D. causæ Commissarium, provisum est, quod sequestrum *e. g.* tollatur. *ibid. n. 2.*

Die &c. visa supplicatione præsentata pro parte N. N. fol. . . bene provisum per D. causæ Commissarium sub die &c. *ibid.*

Die &c. visa supplicationa fol. . . bene provisom &c. verum sequestrum *e. g.* ordinatom sub die &c. tollatur respectu fructuum, & remaneat quoad capitalia. *ibid. num. 4.*

Die &c. stantibus adimpletis detur terminus dierum quatuor *vel* octo *e. g.* in præsenti causa utrique parti ad probandum incumbentia. *ibid. n. 5.*

Die &c. visis &c. infra quatuor dies audiantur partes super omnibus hinc inde prætensis: salva provisione facienda in qualibet parta judicii super petito sequestro. *ibid. num. 10.*

Die &c. visis comparitinne &c. explicando provisionem reservatam in decreto termini interposito per D. causæ Commissariom sub die &c. *vel dicitur*; in dacreto

late

lato per S.C. fiat sequestrum in forma. *ibid. n.* 18.

Die &c. visa comparitione; & partibus auditis, N. N. infra dies .. præcisè, & peremptoriè testes examinare valeat, *vel dicitur*, valeat examen producere. *ibid. n.* 19.

Die &c. procedatur ad ulteriora ad ea, quæ incumbunt pro compilatione termini, oppositis non obstantibus. *ibid. n.* 30. *p.* 66.

Die &c. visa depositione facta per N. B. procuratorem N. A. fuit provisum, quod deponat etiam N. A. tamqoam Principalis legalior, & melius veritatem sciens super positionibus præsentatis, *vel dicitur*

Die &c. provisum est, quod N. A. deponat tamqoam principalis melius sciens veritatem, non obstante depositione facta per ejus Procuratorem. *ibid. n.* 40.

Die &c. N. N. clarè, & distinctè deponat per verbum, *credo & non credo*, servata forma Regiæ Pragmaticæ. *ibid. n.* 54. *p.* 68.

Die &c. N. N. infra biduum tamquam principalis deponat, *sive* infra aliud biduum deponat, alias providebitur, *sive* præcisè, & peremptoriè deponat, alias habeatur pro confesso prout deterius. *ibid. n.* 61. *pag.* 68.

Die &c. stante lapsu termini N. N. habeatur pro confesso *vel dicitur*: depositio habeatur pro facta prout deterius. *ibid. n.* 62.

Die &c. visa comparitione præsentata pro parto N. N. non consignetur petita copia positionum, *ibid. n.* 65.

Die &c. articuli admittantur salvo tamen jure impertinentium, & non admittendorum ex nunc prout ex tunc facta publicatione. *ibid. n.* 87. *pag.* 69.

Die &c. visis comparitionibus fol. . . auditisque partibus, terminus alias datus sub die &c. fol.. . currat, & currere intelligatur ab bodie, *vel* incipiat currere, *vel dicitur*; etiam super novis deductis, *sive* super novis in comparitione fol. . . . *vel* supplicatione deductis. *ibid. n.* 89. *& seqq.*

Die &c. visa comparitione fol. . . testes in termino citatos infra dies . . . partes examinare valeant, & de eorum depositionibus habeatur ea ratio, quæ de jure habenda erit, & recipiantur per Examinatorem electum cum interventu D. causæ Commissarii, *vel absque interventu*. *ibid. n.* 94. *& seqq.*

Die &c. pro omni termino, nominatione, & beneficiis partes infra 20. dies, *vel* infra mensem deducant, *vel dicitur*, valeant deducere incumbentia. *ibid. num.* 108. *pag.* 70.

Die &c. stante renunciatione, testium audientia committatur N. N. *ibid.* 122. *pag.* 71.

Die &c. visis comparitionibus &c. infra quatuor dies audiantur partes, non impedita interim solutione annuorum ducatorum. *ibid. n.* 127.

Die &c. visa comparitione fol. . . &c. in præsenti causa fuit facta publicatio cum termino dierum . . . ad percunctandum cum reservatione in forma. *ibid. dist.* 2. *n.* 7. *pag.* 74.

Die &c. concedatur repulsa cum termino juris, *vel dicitur* repulsa repulsæ cum termino juris. *ibid. n.* 16.

Die &c. visa comparitione, ac partibus auditis, concedatur petitum primum beneficium, *vel additur*, cum termino juris. *ibid. dist.* 3. *n.* 57. *pag.* 80.

Die &c. concedatur secundum beneficium, *vel dicitur* concedatur beneficium in Aula petitum. *ibid.*

Die &c. S. C. declarat non esse locum petito beneficio. *ibid.*

Die &c. in causa N. N. per D. Militem U.J.D. Regium Consiliarium N. N., & causæ Commissarium fuit facta conclusio in forma. *ibid. dist.* 4. *n.* 1. *pag.* 82.

Die &c. fuit provisum, & decretum, quod N. N. concedatur terminus dierum . . ad concomitandum scripturas præsentatas, & parti ad impugnandum. *ibid. n.* 7.

Die &c. visa comparitione fol. . . & omnibus actis, *vel dicitur*; supplicatione fol. . . (*in S. C.*) provisum & decretum est, quod N. A. condemnetur ad solvendum summam ducatorum. . . in beneficium N. B. una cum interesse a die contractus, *vel dicitur*: a die litis contestationis pro quantitate liquidanda, *vel* pro quantitate, & tempore liquidando; pro qua liquidatione in biduo audiantur partes: *vel dicitur*, condemnetur conventus nomine, ut in actis. *c.* 7. *n.* 1. *& seqq. p.* 85.

Die &c. visa supplicatione fol... N. A. condemnetur *sc. conventus* in beneficium N. B. ad solvendum quantitatem liquidandam, *vel dicitur*; ad damnum *seu* præstandum *e. g.* modia centum frumenti, *sive* pretium liquidandum, pro qua liquidatione in biduo audiantur partes. *ibid.*

Die &c. visa supplicatione fol.. . S. C. declarat, N. A. esse comprehensum *e. g.* in monte instituto ab N. B., & proinde Curator, *sive* Gubernatores montis prædicti condemnentur ad solvendum in beneficium N. A. ducatos . . *vel dicitur*: conventus nomine, ut in actis &c. *ibid. n.* 6.

Die &c. N. N. absolvatur ab observatione judicii. *ibid. num.* 8.

Die &c. visis comparitione, ac omnibus actis, melius instructo processu, providebitur. *ibid. n.* 10.

Die &c. visa supplicatione fol... ex causis in S.C. discussis, decreto ejusdem S.C. provisum est, quod N.A. condemnetur ad solvendum in beneficium N. B. summam ducatorum: *ibid. n.* 12. *vel dicitur*, N. N. absolvatur ab impetitis. *ibid. n.* 7.

DE.

DECRETORUM
TABULA
Quæ in secunda instantia interponi solent.

DIE &c. visa comparitione fol. . . . provisum, & decretum est, sententiam sub die &c. prolatam fecisse transitum in rem judicatam, ac proinde esse exequendam, & expediantur literæ executoriales. *part.* 2. *cap.* 1. *dist.* 1. *n.* 7. *pag.* 90.

Die &c. visa comparitione &c. provisum est, quod pars, *scilicet appellator*, infra decem dies procuret transmissionem actorum, alias providebitur super appellationis desertione. *ibid. n.* 11.

Die &c. visa comparitione fol... N. N. (*scilicet appellator*) infra *tot* dies præcisè, & peremptoriè procuret actorum transmissionem, alias termino elapso appellatio deserta declareretur. *ibid.*

Die &c. visa comparitione &c. S. C. declarat appellationem esse desertam ob non præsentationem actorum infra legitima tempora, ac proinde M. C. suum exequatur decretum juxta sui seriem, continentiam, & tenorem, appellatione prædicta non obstante, *vel dicitur*: ac proinde rescribatur Curiæ N. N. quòd suum exequatur decretum. *ibid. n.* 13.

Die &c. præsens causa revideatur in S. C. ex eisdem actis, *vel dicitur*, revideatur &c. exceptione lapsus fatalium non obstante. *ibid. n.* 15.

Die &c. S. C. declarat exceptionem lapsus fatalium non obstare. *ibid. n.* 23. *pag.* 91.

Die &c. procedatur ad ulteriora ad ea, quæ incumbunt, exceptione lapsus fatalium non obstante. *ibid.*

Die &c. visa comparitione fol. . . S. C. declarat appellationem interpositam esse desertam ob lapsum fatalium. *ibid.*

Die &c. stante appellatione interposita in M. C. *vel dicitur* in S. C. Curia N. N. non procedat; acta transmittat, & omnia innovata ad pristinum reducat. *c.* 1. *dist.* 2. *n.* 5. *pag.* 96.

Die &c. stante appellatione interposita expediantur literæ inhibitoriales in forma. *ibid.*

Die &c. visa comparitione fol.... Curia N. N. pro recognitione gravaminum in dicta comparitione expositorum transmittat acta, & per dies, *veluti* 20. *vel* 30. *e. g.* non procedat. *ibid. n.* 12.

Die &c. stantibus gravaminibus causa remaneat; & expediantur provisiones. *ibid. n.* 14.

Die &c. visis actis, ac partibus auditis, fuit provisum, quod Curia N. N. suum exequatur decretum, in causa procedat, & justitiam faciat literis inhibitorialibus expeditis non obstantibus. *ibid. n.* 16.

Die &c. visa comparitione &c. fuit provisum, quod Curia *vel* Regia Audientia N. si fuerit in voto, vel decreverit Cajum *e. g.* esse torquendum, vel propositas nullitates non obstare, *vel aliud ordinare contra partium narrata*, acta transmittat ad M. C. *sive* ad S. C. *ibid. n.* 18. *p.* 219.

Die &c. in Aula Domini &c. referente D. Judice N. N. visa supplicatione fol. . . . remissa est eidem M. C. *ibid. n.* 19.

Die &c. remissa est eidem M. C., quæ suspenso decreto provideat, quod infra quatuor dies *e. g.* audiantur partes, non impedita interim solutione tertiarum. *ibid. num.* 20. *vel dicitur*, quod respectu prætensorum infra quatuor dies audiantur partes. *ibid. n.* 27. *p.* 97.

Die &c. remissa est eidem M. C. quæ provideat, quod suum decretum exequatur ad faciendum depositum. *ibid. vel dicitur*

Die &c. remissa est eidem M. C. quæ provideat, quod rectius citetur, *vel* quod ordinarie agatur, *vel* quod super Scripturis noviter productis, *vel* in Aula præsentatis provideat, qua provisione facta, iterum referat. *ibid. num.* 22.

Die &c. in Aula Domini N. A. referente D. Judice N. N. visa supplicatione fol. . remissa est eidem M. C. quæ provideat, quod causa expediatur citra torturam. *ibid. n.* 26. *vel* provideat, quod remota criminalitate agatur civiliter. *ibid. n.* 25. *aut dicitur*: quod non procedatur *vel* quod tollatur mandatum. *ibid.*

Die &c. remissa est eidem M. C. quæ provideat, quod N. N. habilitetur in forma, *aut dicitur*, quod consignetur tutæ personæ. *ibid. n.* 31. *& seqq.*

Die &c. remissa est eidem M. C. quæ provideat, quod dentur defensiones extra, *vel* intus carceres. *ibid. n.* 36.

Die &c. remissa est eidem M. C. quæ provideat juxta ordinem sibi datum, *ibid. n.* 23.

Die &c. in causa N. N. per D. N. N. causæ Commissarium fuit datus terminus dierum . . . . ad non posita ponendum, & non probata probandum, *vel* dierum... in gradu appellationis. *cap.* 1. *dist.* 3. *n.* 2. *p.* 112.

Die &c. visa comparitione præsentata pro parte N. N. articuli primus, & tertius *e. g.* rejiciantur tanquam impertinentes. *ibid. n.* 20. *pag.* 114. *vel dicitur*

Die &c. visis comparitione fol.... articulis fol... usque ad fol. t. ex prædictis admittantur articuli *tot.*, & super eisdem recipiantur testes. *ibid.*

Die &c. visis comparitione, articulis, &c. S. C. declarat, esse recipiendos articulos, & testes super eisdem examinandos. *ibid.*

Die &c. procedatur ad expeditionem causæ reclamationis, oppositis per N. N. non obstantibus. *cap.* 1. *dist.* 4. *n.* 12. *pag.* 118. *vel dicitur*

Die &c. procedatur ad ulteriora ad ea, quæ incumbont pro expeditione causæ reclamationis, exceptione lapsus fatalium non obstante. *ibid. n.* 13. *& seq. vel dicitur*

Die &c. S. C. declarat, exceptionem lapsus fatalium non obstare, & proinde procedatur ad expeditionem judicii reclamationis. *ibid.*

Die &c. bene judicatum per nostrum S. C., & male reclamatum a sententia prolata &c. *ibid. n.* 23. *& quandoque additur*, & imponatur perpetuum silentium. *ibid. n.* 24. *p.* 119.

Die &c. bene reclamatum, & proinde N. A. absolvatur ab impetitis pro parte N. B., *aliquando additur* verum solvat in ejus beneficium ducatos. . *vel dicitur* & proinde sententia lata sub die &c. non exequatur nisi pro summa duc. . . *ibid. n.* 26.

Die &c. bene judicatum per nostram M. C., & male appellatum per N. N., & proinde M. C. V. suum exequatur decretum. *ibid.*

Die &c. bene appellatum, & male judicatum.

Die &c. bene appellatum, & male judicatum, & proinde N. N. exulet *e. g.* taliter reformando decretum nostræ M. C. V. *ibid. n.* 27.

Die &c. bene judicatum, verum N. N. inserviat per annos quinque *e. g.* in Regiis triremibus, ita moderando decretum &c. *ibid.*

Die &c. in Trulio, auditis Fisci, ac Pauperum Advocatis, N. N. condemnatus ad remigandum *e. g.* sua vita durante, remiget per decennium, taliter moderando decretum Regiæ Audientiæ, *vel dicitur*. N. N. condemnatus ad inserviendum in bello, exulet, ita reformando &c. *ibid. n.* 28.

Die &c. remissa est eidem M. C., quæ reassumptis actis justitiam faciat, *vel dicitur*, citra præjudicium executionis. *ibid. n.* 29.

Die &c. per M. C. fuit provisum, & decretum, quod capiatur summaria informatio ad non posita ponendum, & non probata probandum in gradu appellationis, testes habeantur pro citatis, & recipiantur per Scribam causæ ad finem providendi. *ibid. n.* 30.

Die &c. bene appellatum, & male judicatum, & proinde decretum interpositum sub die &c. exequatur pro summa ducatorum . . . *ibid.*

Die &c. bene appellatum, & male judicatum, & proinde decretum latum sub die &c. debitæ executioni demandetur. *ibid. n.* 31. *p.* 120.

Die &c. S. C. declarat esse, vel non esse locum restitutioni in integrum petitæ per N. N. *part.* 2. *c.* 2. *n.* 44. *pag.* 127.

Dia

Die &c. S. C. declarat esse, *vel* non esse deferendum in integrum restitutioni petitæ &c. *ibid.*

Die &c. S. C. declarat non esse locum, & non esse deferendum petitæ in integrum restitutioni pro parte N. N. *vel dicitur* : S. C. declarat esse locum, & esse deferendum restitutioni petitæ pro parte N. N., vel esse locum, sed non esse deferendum in integrum restitutioni. *ibid.*

Die &c. viso rescripto S. E., ejusque Regii Collateralis Consilii fol. . . capiatur summaria informatio super allegata paupertate ad finem providendi. *par.* 2. *cap.* 3. *n.* 17. *pag.* 131.

Die &c. visis rescripto S. E, ejusque Regii Collateralis Consilii fol. . . . informatione capta fol. . . . usque ad fol. . . recipiantur nullitates absque deposito, *vel dicitur*, non recipiantur absque deposito. *ibid.*

Die &c. viso rescripto S. E. &c. stante notoria opulentia non recipiantur nullitates absque deposito. *ibid. n.* 30. *pag.* 132. *vel dicitur :* stante notoria paupertate recipiantur absque deposito. *ibid. n.* 31.

Die &c. visis comparitione, & nullitatibus fol. . . nullitates non recipiantur. *ibid. n.* 34. *vel dicitur*

Die &c. per S. C. provisum est, quod exequatur decretum, non obstantibus nullitatibus propositis non servata forma Regiæ Pragmaticæ. *ibid.*

Die &c. rejiciantur nullitates, etiam earum attento tenore. *ibid.*

Die &c. visis nullitatibus propositis pro parte N. N. S. C. declarat nullitates obstare, ac proinde visa supplicatione fol. . . suspenso decreto interposito sub die . . fol. . . exequatur aliud decretum per dictum Dom. Commissarium prolatum sub die &c. *vel dicitur :* exequatur decretum sub die &c. propositis nullitatibus non obstantibus. *ibid.*

Die &c. visis comparitione, & nullitatibus fol. . . S. C. declarat, *vel* decreto S. C. fuit provisum nullitates non obstare, & proinde liberetur depositum Regiæ Curiæ, & pro eo Magnifico Secretario S. C. *vel dicitur*, primam, tertiam *e. g.* tantum nullitatem obstare, & proinde restituatur depositum. *ibid. n.* 35.

Die &c. visa comparitione præsentata &c. fuit provisum, quod declarato modo, & tempore allegatæ conventionis, sive satisfactionis providebitur. *part.* 2. *cap.* 4. *n.* 4. *p.* 137.

Die &c. visa comparitione præsentata &c. capiatur summaria informatio super allegata conventione, *vel dicitur*, satisfactione ad finem providendi. *ibid. n.* 14. *p.* 138.

Die &c. visis comparitione fol. . . informatione capta fol. . . atque omnibus actis, S. C. declarat exceptionem allegatæ satisfactionis non militare, *vel dicitur*, militare, sive militare pro summa ducatorum . . tantum. *ibid. n.* 16.

Die &c. visis comparitione fol. . . & informatione capta a fol. . . usque ad fol. . . S. C. declarat, exceptionem oppositam esse exequutum in bonis alienis, non obstare, *vel dicitur*, militare in bonis in secundo, vel quarto *e. g.* articulo contentis. *ibid. n.* 25.

Die &c. procedatur ad discussionem inventarii, quatenus de eo legitime constiterit, & interim sequestrentur bona in illo contenta, & reponantur penes tertium. *ibid. n.* 90. *p.* 139.

DE

DE DECRETIS

In judiciorum ordine, seu compilatione interponi solitis.

PARS PRIMA.

CAPUT I.

De Decretis, quæ ad dilatorias exceptiones attinent.

SUMMARIUM.

1 *Ordo servandus est, ut justitia servetur.*
2 *Falsitas in festinatione, in mora veritas.*
3 *Actor instar militis acie non bene ordinata vincere nequit.*
4 *Sententia prolata, ordine in re substantiali non servato, nulla est.*
5 *Ordo a legibus in judiciis constituitur.*
6 *Materiæ divisio fit per Auctorem.*
7 *Decretum*, facta declaratione, &c. *quando interponatur.*
8 *Actor tenetur declarare libellum ex aliqua parte obscurum.*
9 *Libellus ut sit clarus, quomodo formandus.*
10 *Libellus quando dicatur obscurus, ut numer. 12. 13. & 14.*
11 *Libelli definitio.*
15 *Clausula* isto, & omni alio meliori modo, *quid operetur in libello, deque aliis clausulis remissive, & num. 17.*
16 *Libellus ad petitorium non extenditur, si ad possessorium tantum restringatur, & quare.*
18 *Doctores, qui de formandis, & concipiendis libellis tractant, referuntur.*
19 *Praxis decreti*, præstita expensarum cautione providebitur, *in quibus juribus, & in qua ratione fundetur.*
20 *Expensarum cautio a quo præstanda.*
21 *Cautio non præstita, parte non contradicente, processum minimè vitiat.*
22 *Cautione omissa, an acta sint nulla.*
23 *Actor quando ad juratoriam cautionem respectu expensarum admittatur.*
24 *Cautionis expensarum præstitæ in casu succumbentiæ tantum, & pro expensis factis, & faciendis, & in casu succumbentiæ, effectus.*
25 *Exactio expensarum quomodo fiat.*
26 *Exactio expensarum quaenam veniant, intrinseca, an extrinseca, idque ab Auctore explanatur.*
27 *Doctores, qui de litium expensis, earumque condemnatione scribunt, recensentur.*
28 *Praxis decreti, quo dicitur:* exhibitis penes acta scripturis &c., *quibus in juribus, & in qua ratione fundetur.*
29 *Actor tenetur exhibere scripturas non solum limitative in libello enunciatas, sed etiam eas, quæ factum contineant cum insertione tenoris totius Instrumenti.*
30 *Judici ut probo viro credendum.*
31 *Delegatus Judex in literis citatoriis delegationis rescriptum inserere debet.*
32 *Actor quibus in casibus scripturas in libello enunciatas exhibere non teneatur, & num. seqq.*
33 *Legatarius petens legatum virtute testamenti ab herede, illud edere non tenetur.*
34 *Actor, quæ in alio judicio producta sunt, edere debet.*
35 *Actor copiam libelli, sive petitionis propriis sumptibus mandare tenetur.*
36 *Auctores de scripturarum editione tractantes referuntur.*
37 *Praxis decreti, quo dicitur:* legitimata persona, providebitur, *per Auctorem exponitur, & num. seqq.*
38 *Actor duplici nomine comparere potest, aut proprio, aut alieno.*
39 *Actor comparens nomine proprio quando teneatur illico legitimare personam, vel quando in termino, & num. 40.*
41 *Actor alieno nomine comparens tenetur ante terminum legitimare personam.*
42 *Comparens tutorio nomine solemnia præsentare debet.*
43 *Solemnibus per tutorem confectis, nec tamen exhibitis tempore, quo comparuit, an acta sint nulla, si ad ulteriora fuerit processum.*
44 *Acta cum procuratore mandatum non habente valent, si a Principali rata fuerint habita.*
45 *Ratihabitio retrotrahitur, & mandato æquiperatur.*

Die, &c. visa comparitione præsentata pro parte N. N. *vel dicitur:* visa replicationa N. N., facta petita libelli declaratione, providebitur.
Die, &c. præstita expensarum cautione, providebitur.
Die, &c. exhibitis penes acta scripturis in supplicatione, vel comparitione enunciatis, providebitur.
Die, &c. legitimata persona providebitur.

1 ORdo, qui modus in agendo dicitur, servandus
est, ut justitia servetur; in ordine enim tempus,
in tempore veritas inest, juxtà illud Politici: *in mo-
ra veritas, in festinatione falsitas:* ubi ordo non est,
2 ibi confusio, *Apostol. ad Corinth.* 1. c. 4. quod & innuit
Horat. *in arte poetica:*
Singula quæque locum teneant sortita decenter,
cui accinit aliud distichon allatum a Gonzalez in *lib.*
1. *Decretal. tit. 33. de majorit. & obed. n. 9.*
Omnis res floret, quam justus dirigit ordo,
Omne sed evertit reprobus ordo bonum.
ex confusione quippe nihil boni emergit; & sicuti mi-
3 les acie non bene ordinata vincere nequit, non secus
actor, quamvis in judicio justam proponat actionem,
ordine tamen non servato, judicium ei minime pro-
4 derit: quinimo prolata sententia, ordine in re sub-
stantiali deficiente, nulla est, ut in *l. si constet* 12.
ubi Dionys. Gothofred. *D. de appellat.*, *l. prolatam*
4. *C. de sentent. & interlocut. omnium judic. l. 1. C. de
execut. rei judic. cap. veritatis §. nos igitur de dolo, &
5 contum.* ideoque antiquæ leges, atque Pragmaticæ ju-
stitiæ cultrices in judiciis ordinem constituerunt, toto
D. & C. & Pragm. Regni tit. de ordine judicior. ejus-
dem C. & *Decretalium tit. de ordine cognit.* quod in
explicatione prædictorum decretorum deducemus. Ut
6 autem nos quoque ordine procedamus, decretorum
materiam per capita, ac distinctiones dispertiemus: in
primo decreta dilatorias exceptiones respicientia exa-
minabimus: in secundo declinatorias: in tertio pe-
remptorias, quæ litis ingressum impediunt, vel non:
in quarto, quæ in judicii cursu, seù termini compi-
latione fieri soleant, referemus: in quinto de senten-
tia condemnatoria, vel absolutoria pauca quædam non
ingrata methodo delibabimus.
Primum igitur decretum interponitur, quando libellus,
7 quo actor in judicio comparet, est ex aliqua parte
obscurus, & conventus petit, aut comparitione, aut
replicatione, ut illum declaret, ad quod sanè tenetur
8 triplici ratione: prima, ut instructus de actoris in-
tentione, deque actione ab eo in libello proposita
deliberare queat, utrum cedere, an contendere velit,
l. 1. D. de edendo, docent præ cæteris DD. Antonius
Greña, & Niat. in *cap. 1. n. 2. de libell. oblat.* Petr.

Gregor. Tholos. in syntagm. jur. univ. lib. 48. cap. 5.
num. 12. Henricus Bocer. clas. 6. disput. 14. de actionum,
instrument., & ration. edit. lib. 2. th. 24. alioquin ei per
indirectum auferentur defensiones, quæ ex facti serie
dependent, l. si ex plagis 52. §. in clivo D. ad l. Aquil.
l. ut responsum 15. D. de transact. latè Tusc. practic.
concl. jur. lit. F. concl. 13. secunda, quia ex libelli par-
tibus substantialibus positiones, & articuli concipiun-
tur: tertia, ut judex claram, certamque valeat pro-
ferre sententiam, l. in sententiis 59. D. de re judic. l.
pen. & fin. C. de sentent. quæ sine certa quant. cap. li-
cet Holy. de simon. cap. qualiter de accusat. §. curare In-
stitut. de action.; eidemque libello conformem, juxta
text. in l. ut fundus D. com. divi. qui text. communi-
ter allegatur, dicto cap. licet Holy de simon., juncta
ibi glossa. Porro ad efformandum clare, distinctèque
9 libellum servanda sunt, quæ glos. in cap. 1. extra de
libelli oblatione sub sequentibus vulgatis versibus no-
tat.

Quis, quid, coram quo, qua jure petatur, & a quo.
Rectè compositus quisque libellus erit.

Dictio quis indicat nomen, & cognomen actoris: Quid,
rem, quam petit: coram quo, idest quo Tribunali;
quo jure, videlicet qua actione experitur: a quo, nem-
pe persona rei, qui convenitur.

Obscurus igitur libellus dicitur, quando ex ejus narra-
10 tione actoris intentio clarè non percipitur; cum li-
11 bellus sit brevis scriptura claram continens intentio-
nem actoris, Cynus in auth. offeratur C. de lit. contest.,
Camill. Borrell. in summa decis. tit. 49. de libello, &
illius oblatione num. 1. Scaccia de judic. cap. 50. nume
1. hinc cum quidam procurator petiisset in S. C. con-
demnari Clientem ad sibi solvendum summam ducato-
rum mille pro laboribus in feudi emptione factis sub
12 hasta S. C., atque in procurando a creditoribus in il-
lius utilitatem nonnullas tertiarum remissiones eis com-
petentium pro creditis, asserens esse magni momenti,
eique super petitione impartito termino, conventus
gravatus a dicto decreto, ex quo creditores, a quibus
prædictas relaxationes obtinuerat, singulatim non ex-
plicaverat per nomina, & cognomina, nec remissio-
num quantitates, præcedente supplicatione D. Præsidi
porrecta, regiam decretationem obtinuit de verbo fa-
ciendo; quo facto in mea Aula, fuit provisum, quod
suspenso decreto termini, facta petita declaratione, pro-
videbitur; similiter cum quidam alius convenisset suum
debitorem ad solvendum ducatos tercentum, tum ex
mutui causa, tum etiam ex aliis, quas non expresse-
rat, supradictum, prout in rubrica, fuit interpositum
decretum, nempe visa replicatione, declarato libello,
providebitur; nonnulla alia exempla possem afferre, quæ
libenter omitto, cum res non ferat.

Item obscurus dicitur libellus, quando, quod petitur, in
13 actione deducta non continetur; atque etiam obscu-
rus erit, si rei stabilis petitio fines, & confinia illius
non contineat, juxta glos. in l. forma in ver. vicinus
14 D. de censib. Quot autem modis libellus dicatur ob-
scurus, consule Scacciam dict. cap. 50. n. 18. & cit.
Borrell. ibidem n. 90.

Denique advertas velim, quod si in libello plura narra-
ta sint, & respectu unius facta sit conclusio, respectu
omnium facta censetur, vigore clausulæ, ista, & omni
15 alio meliori modo; & sic tam respectu actionis hypo-
thecariæ, quam personalis; respectu vero petitorii, &
possessorii, si petitio restricta sit ad possessorium tan-
16 tum, non extenditur ad petitorium; nam, ut vulgo
dicitur petitorium allegatur, possessorium vero proba-
tur: de supradicta clausula, & alia, scilicet, petens
17 sibi jus, & justitiam ministrari, plura cumulant Aris-
min. Tepat. variar. sentent. jur. tit. 125. Christin. de-
cis. 98. vol. 4. Barbosa de clausulis usufreq. clausul. 76.
Tusch. pract. conclus. lit. C. conclus. 358. & 359. de
cæteris salutaribus clausulis agunt DD. in §. omnium
Instit. de act. Jas. ibidem num. 139. Mynsing. centur.
4. observ. 55. Gail. lib. 1. observat. 61. num. 11. Asin. in
prax. judic. §. 4. cap. 4. num. 3. & seqq. Obrecht. in di-
sputat. de form. act. & libell. thes. 568. & seqq. Ber-
nard. Græv. lib. 1. conclus. practic. concl. 61. consid. 3.
Hartman Pistor. observat. 71. Auctores vero, qui de
18 concipiendis, & formandis libellis pertractarunt, sunt
nimirum Hermannus Barensis, Dominicus Beneventa-
nus, Gerh. Dieterich., Georgius Obrechtus, Odofre-
dus Beneventanus, Hermannus Zolln, Matthæus Go-
lerus in ejus tract. de process. execut. Berlich. par. 1.
concl. 13. Borrell. in summa decis. lib. 1. V. libellus,
Nicolaus Calvolus in commun. conclus. ad aureum prae-
xim judiciar. §. libellus, Bocer. clas. 6. disp. 14. lib. 2.
de act. instrum. et ration. edit. lib. 2. th. 2., & seqq.

Praxis autem secundi decreti descendit ex textu in auth.
19 generaliter C. de Episc. & cler. & in auth. de litig.
§. ad excludendas, sive Novell. 112. cap. 2. & magna
planè nititur æquitate, nempe ut expensarum cautio-
ne temere litigantium audacia comprimatur, & con-
vento consulatur, ne præter animi perturbationem,
quæ parvi non est momenti, aliave, quæ patitur in-
commoda, expensis quoque gravetur: quæ ratio col-
ligitur ex tex. in cap. finem litibus 5. de dolo, & con-
tum. in fine, ibi: ut hoc saltem timore perterriti, non
facile quis in gravamen alterius falsas exceptiones oppo-
20 nat. Eam reus ab actore in causa conventionis, &
actor a reo in causa reconventionis petere valet: præ-
dicta cautio etiam a possidente bona stabilia in Ci-
vitate præstanda est; nam cautio dicitur prompta sa-
tisfactio, & indubitata securitas, & sic usus invaluit;
tacito tamen partium consensu omitti potest, & in
qualibet parte judicii suppletur: sin autem omittatur,
21 processum non vitiat, juxta doctrinam Bald. in d. auth.
generaliter n. 17. communiter receptam; una tamen
parte petente, nempe reo in causa conventionis, &
actore in causa reconventionis, omnino præstari de-
22 bet, ita ut si Judex ad ulteriora procedat, & reus
protestatus fuerit, acta sint nulla: quod si actor præ-
dictam satisfactionem præstare nequeat, tunc ad jura-
23 toriam cautionem admittitur, juxta præcit. auth. &
§. ad excludendas d. Novell., intellige in paupere no-
torio, & in extero; non enim præsumitur, quod quis
temere agat, & juramento habeat Deum in ultorem,
vide Bocer. clas. 6. disput. 17. de litigant. cautionib. th.
74. & seqq. Farinac. in repertor. judicial. qu. 90. Ber-
lich. conclus. practicab. tom. 1. concl. 20. de satisdat. one
num. 52. & seqq. qui de hujusmodi cautione late dis-
serunt. Demum cautio hæc dupliciter præstatur, aut
dicitur simpliciter in casu succumbentiæ, aut quoque
dicitur de solvendo expensas factas, faciendas, & in
24 casu succumbentiæ; nam primo casu solvere tenetur
fidejussor, quando actor succubuerit in causa, prolata
Judicis sententia; secundo casu etiam perempta in-
stantia.

Expensarum verò exactio fit præcedente taxa facta per
25 unum ex Actuariis M. C., sive Sac. Cons., ubi causa
agitata fuerit, sive per magnificum Secretarium ejus-
dem Tribunalis. Ea fit etiam requisito principali con-
demnato, & si contigerit exequi contra fidejussorem,
prævia citatione ad dicendum causam quare contra
ipsum exequi non debeat, cum exceptionem excussio-
nis bonorum principalis opponere possit, nisi ei fuerit
renunciatum, vel principalis notoriè non fuerit solvendo.
In prædicta vero taxa venient tantùm expensæ intrin-
secæ, nempè diritus Scribarum Notariorum, Actuario-
rum, Nunciorum, Advocatorum, & Procuratorum, ac
26 diritus S. R. C. dummodo sint moderatæ cap. finem li-
tibus 5. de dolo, & contum. & ibi Gonzalez in nota lit.
H. num. 4. quod si quis protestatus fuerit de damnis, ve-
niunt etiam expensæ itineris, dummodo causa sit gra-
vis, ita ut urgeat præsentia, & sumptus, quos in sua
patria non faceret, juxta decis. Thesauri 67. extrinse-
cæ verò non dicuntur necessariæ ad litem, quas litiga-
tor, causa non exigente, & sua sponte persolvit Bo-
cer. clas. 6. disp. 30. de litium expensis th. 5.; qui ele-
ganter suo more recenset in seqq. thesibus, quæ sint
expensæ litium intrinsecæ; atque etiam si in itinere
a latronibus sit spoliatus, aut malum aliquod eidem
ingruat; hi enim sunt casus fortuiti, nec opinatò con-
tingunt. Quod autem attinet ad hujusmodi litium ex-
pensas, earumque condemnationem, consule, si lubet
27 Henric. Temmen. in special. tract. de litium expensis
Jo: Garsiam in tract. de expens. & meliorat. c. 20. num.
27. Covarruv. practic. qu. cap. 27. Tepat. var. sentent. in
jur. tit. 269. Bocer. d. clas. 6. disput. 30. lib. 2. Farinac.
frag. ad repertor. judiciale v. expensa.

Praxis tertii decreti descendit ex texto in l. 1. D. de eden-
28 do, l. 3. C. eodem tit. auth. offeratur C. de litis contest.
can. induciæ §. offeratur 3. q. 3. c. 1. de libelli oblatione,
glossa in clem. 2. ver. oblatos de appell. ac fundatur in
ratione, ut exhibita scriptura in libello mentionata,
reus instructus se defendat, atque deliberet, an cede-
re, vel contendere velit; & exhibenda est, aut limi-
tativè de eo mentio fiat, scilicet vendita est talis fun-
di

29 di pars, ut ex tali constat instrumento, ex Bart. in
*l. postquam §. si dies D. ut legat. nomin. caveat. & in
l. edita col. pen. C. de edendo*, aut assertivè, seu nar-
rativè, scilicet quando non solum scriptura, & instru-
mentum enunciatur, sed factum quoque in eo conten-
tum enarratur, & ita taxatur de stylo M. C. atque
omnium Curiarum Foller. *in addit. ad Marant. p. 6.
actu* 10. *num.* 9. quamvis tenor totus instrumenti in-
seratur in libello; maximè cum diminuta narratio
esse possit, tanquam facta a principali, cui credendum
non est, aut ex errore, & ita praxim inolevisse com-
pertum habeo, rejecta Muscatelli doctrine *in gl. men-
tionatorum num.* 13. ubi contrarium affirmat per text.
30 in *c. 2. de delationibus*; etenim text. ille loquitur in
Judice, cui uti probo viro fides habenda, Mascar. *de
probat. conclus.* 951. *num.* 1. & 3. ex quo textu oritur
etiam praxis, quod in literis citatoriis Judicis delega-
31 ti delegationis rescriptum inseratur, ibi: *quod cum
causa tibi a Sede Apostolica delegantur, in literis cita-
toriis rescriptum Apostolicum inserie, &c.*

Cæterum actor exhibere non tenetur scripturam, quan-
32 do reus de illa instructus esse potest, ut si actor pe-
tat legatum a reo, uti herede; cum heredes habere
soleant testamentariæ dispositionis exemplum, Bocer.
class. 6. disp. 14. de action. instrum. & rationum edit. th.
51. Maranta in *prax. p. 6. actu* 10. *num.* 11., vel
33 quando agit contra consocium de communi ratioci-
nio; nam si in libello partitæ banci exprimantur, ra-
tione negotii non tenetur ad illarum editionem; aut
enunciantur libri, in quibus partitæ communis ratio-
nis sunt adnotatæ, & libri reperiuntur penes merca-
torem, aut tertium: aut si agat vigore capitulorum
alicujus artis, sive professionis, vel instituti montis,
cujus beneficio uterque gaudet, cum benè instructus
esse possit; neque ostendere cogitur instrumentum in
libello mentionatum, si ejus intentio in eo non fun-
detur, sed illam velit per testes probare, juxta text.
in *l. 1. §. edenda D. de edendo*, ibi: *non tamen in-
strumenta, quibus usurus non est*; puta si quis agat vi-
gore testamenti nuncupativi, quod per testes fuit pro-
batum: acta verò in alio judicio facta in libello enun-
34 ciata, quibus suam intentionem probare conatur,
ostendere oportet, juxta text. in *l. 2. C. de edendo*.

Demum non prætermitto, quod petente reo copiam li-
35 belli, seu petitionis, actor eam dare teneatur: & ita
servatur per text. in *d. auth. offeratur C. de lite conte-
stata, Novell.* 53. *cap.* 3. *§.* 1. *can. induciæ §. offeratur
3. q. 3. cap. 1. de libelli oblatione* cum concord.; ut con-
sultò in judicium vocatus valeat respondere: quæ qui-
dem copia sumptibus ipsiusmet actoris detur, ex pragm.
quæ incipit, *Comparente reo de ordine judic.* Prætereà,
36 qui de hac scripturarum editione conscripserint, obvii
sunt Andreas Alciatus, Hieronymus Butigella, Lau-
rentius Kirchovius, Jul. Cæsar Imbrianus, Franciscus
Nicontius, Lelius de Valle, Paul. de Venetis, Jo: de
Venetia, Jo: de Vico mercato in *comment. & tractat.
super rubr. & C. tit. de edendo* Leander Galganett. *de
jure publico lib. 2. tit.* 18. Menoch. *de arbitrar. judic.
lib. 2. cent. 5. cas.* 499. Berlich. *par. 1. concl.* 45. Can-
cer. *resolut. cap. 8. par.* 1. Marot. *disceptat.* 5. Ursel.
conclus. legal. 61. *tom.* 1. Tepat. *var. jur. sent. tit. de
edendo*, Tusc. *pract. conclus. lit. E. conclus.* 40. *& seqq.*
Farinac. *in fragm. ad repert. judic. V. edere* Gabriel de
Parexa, & Jul. Dondulettus in *tract. de instrum. edi-
tione*, Julius Rondellus, & Stephanus Garonus in
tractat. de edendo.

Praxis quarti decreti fundatur in textu *l. non ignorat C.
37 qui accusare non poss. l. si quæramus D. de test. l. 2. §.
si ea*, ibique glos. *V. uxor. D. de ventre in poss. mit-
ten.* ex quibus juribus deducitur, quod actor teneatur
suam legitimare personam, ne fraudibus locus detur;
& pro majori dilucidatione notandum existimo, quod
38 actor duplici nomine comparere potest in judicio, aut
proprio, aut alieno: nomine proprio, nempè uti fi-
lius, uti de genere, vel de genere, sive natione, qui-
bus aliquod beneficium est deferendum; vel nomine
proprio aliqua qualitate adjuncta, videlicet uti heres,
cessionarius, donatarius, & similiter: nomine alieno,
videlicet uti Tutor, Curator, Administrator, Syndi-
cus, vel Procurator, &c. Primo casu, quando a reo
est oppositum non esse filium, non illo de genere, vel
39 gente, valet actor in termino suam legitimare perso-
nam, & ante terminum non tenetur, per *Constit.* quæ
incipit, *Exceptionem filiationis*, per quam correctus est
text. in *cap. exhibita de judiciis*. In secundo casu,
quando comparet nomine proprio qualitate adjuncta,
nempè uti heres, cessionarius, vel donatarius, reo
opponente legitimationem personæ, tenetur illico o-
40 stendere esse talem decreto præamboli, donationis in-
strumento, vel cessionis, ut reus instructus de quali-
tate crediti deliberare possit, an cedere, vel conten-
dere velit, & adversus creditum se defendere. Tertio
41 casu si alieno nomine, omnino ante terminum tene-
tur suam legitimare personam, ex text. in *l. licet C.
de procuratoribus*, per quem evincitur, quod hæc ex-
ceptio reddit retrò judicium nullum post terminum
opposita, si actor suam personam non legitimet; ergo
omninò tenetur ante terminum, nè defatigetur reus.

Comparens uti tutor, solemnia, quæ conficere debet, *l.
42 tutor, qui repertorium D. de administr. tutor.* producе-
re tenetur, Mynsing. *cent. 2. observat.* 37. verùm si per
reum hæc exceptio fuerit opposita, & prædicta sole-
mnia tempore, quo actor comparuit, per eum confe-
43 cta jam erant, acta non sunt nulla; sed eadem in
termino petito, & a Judice ei impartito, præsentare
debet. *Rit.* 294. & in hac civitate letis est, quod ban-
cam, sive Noterium, penes quem reperiuntur solemnia,
44 ostendat, Ursill. *ad Afflict. decis.* 177. *num.* 5. Acta a
procuratore mandatum non habente confecta, certum
est, quod sint nulla, quia deficit consensus principa-
lis, qui de jure naturali exposcitur, *l. in causa cogni-
tione* 27. *§.* 1. *D. de procuratorib. l. licet* 24. *C. eod. tit.*
absurdum quippe foret, ut alter non habens a me
mandatum mihi præjudicaret, argum. text. in *l. si
procurator C. d. tit.* verùm si antequam de actorum nul-
litate fuerit dictum ratihabitio principalis cum mande-
to sequatur, acta sunt valide, quia ratihabitio retro-
trahitur, & mandato æquiparatur, *l. verò §. fin. D. de
45 solut. l. si fundus §. si nesciente D. de pignor. l. si pu-
pilli 6. §. item quæritur D. de negot. gest. l. licet verum
56. D. de judic. l. semper 60. l. hoc jure 152. §. in ma-
leficio D. de reg. jur. cap. cum quis de sentent. excom-
mun. in 6. cap. ratihabitionem de reg. jur. in 6.* mate-
riam autem legimitationis personæ habes in Antonio
de Virgilio, & Matine in speciali *tract.* Carlev. *de
jud. par. 2. disp.* 4. Farinac. *in repertor. judicial. quæst.*
57. Graff. in *tract. de except. 4. except. circà fin.* Arif-
min. Tepat. *var. jur. sentent. tit.* 129. Tusch. *variar.
jur. concl. lit. L. concl.* 244. *& seqq.*

VINCENTII ALOI

ANIMADVERSIO

IN CAP. I.

SUMMARIA.

I. *De Exceptionibus generatim.*
II. *Quid sit Exceptio.*
III. *Danda ab Actore Copia primi libelli.*
IV. *De obscuritate, & ineptitudines libelli.*
V. *De scripturarum editione.*
VI. *De exhibitione tituli.*
VII. *Quæ observanda circa cautionem expensarum.*
VIII. *Exceptio de judicio sisti, & judicatum solvenda.*
IX. *Constitutio Regni* Exceptionis filiationis *exponitur.*
X. *Exceptio compromissi.*
XI. *Quæstionis Commissarii.*
XII. *Unionis Actorum.*
XIII. *Litis pendentiæ, & ne continentia Causæ dividatur.*
XIV. *Veniæ non petitæ.*
XV. *Exceptio feriarum.*
XVI. *Carentiæ, & incompetentiæ actionis.*
XVII. *Exceptio hostiæ.*
XVIII. *Juris revocandi domum.*

I. ABsoluta particularium judiciorum tractatione, gra-
dum facit *illustris Auctor* ad expositionem eorum,
quæ generaliter in judicio occurrunt; & ab *Exceptio-
nibus* ducit exordium. Revera præcognitis actionibus,
quæ sunt fundamenta judiciorum, nosse statim opor-
tet exceptiones, quæ sunt veluti actionum earumdem
impedimenta, aut exclusiones, & merito a Forensibus

audiunt *Arma verum*: nam his profecto adversus actorem, se, reus suamque defendit intentionem in judiciario conflictu. Eas itaque ab Jure Naturæ, & Gentium descendere tam certum ait, quam quod certissimum, observante *Odescalcho de Exceptionib. Cap. I.* Est nempe in cordibus hominum insculpta sui ipsius defensio: quæ quum esset perniciosior in Societatibus in uniuscujusque collata arbitrio & voluntate, tam actiones, quam defensiones privatæ concreditæ fuerunt Publicæ Potestati; suatque sub ejusdem suprema tutela. Hinc juxta regulas Prudentiæ Civilis statutæ leges, ad quarum normam experiundæ defensiones non proprio marte, sed directione, & auctoritate Magistratuum, qui præsunt internæ Civium tranquillitati.

Istæ sane defensiones, quæ juridico vocabulo *Exceptiones* nuncupantur, accommodari debent fini, pro quo fuerunt a legibus concessæ; scilicet ad conservandam propriam tranquillitatem, non ad turbandam alienam, lites in longum protrahendo dilationibus, & veritatem cavillationibus obscurando. Utinam hoc animis causidicorum insedisset. Non essent certe Exceptiones detestabilia instrumenta exercendi litigatorum ingenia. Neque id, ut nonnulli improbe censent, cohonestatur permissione legum. Leges enim Exceptiones permittunt pro justa & licita jurium, honorumque defensione in judicio; non ut Actor, & Judex calumniose delassetur, non ut inutili obruatur impendio, sed ut rectificetur ordo judicii, & per hujus ordinis semitas ad veritatem, & justitiam commodius eatur. Quod ad Exceptionum usum quidam perbellus extat in Titulis Codicis *de Judiciis*, & de *Postulando* Advocatorum Catechismus, in quo præcipue cautum est: *Nemo ex industria protrahat imaginem*, causæ scilicet speciem & durationem.

Perpaucas in *Institutionibus* exposuit Exceptiones Compilator *Tribonianus*. Sed non ad solummodo ab eo expositas aliæ omnes reduci possunt. In Pandectis enim & Codice passim occurrunt ab illis plane diversæ exceptiones, quæ exemplum posteris præbuerunt alias atque alias exstruendi, quarum nunc numero fatiscimus. Quatuor tantum *Auctor* noster hoc in capite examinare duxit, scilicet, Exceptionem obscuritatis libelli, cautionis expensarum, exhibitionis scripturarum, & legitimationis personæ. Ex revera ut plurimum opponi solent ante litis contestationem, eamdem profecto industria dilatandi. Sed non eæ tantum dilatant dationem termini: quamplures adinvenit Causidicorum sagacitas, quas in unum colligere quasi foret impossibile. Quasdam seligam magis notas, quæ non debentur Fori vitio, sed legum dispositionibus. A ceteris enim consulto abstineo, ne de eis sigillatim differendo facem in arte dilatandi præbere videar.

II. Peccavit *Auctor de Exceptionibus* tractationem instituens, nihil de definitione sollicitus. *Cicerone* enim ajente, omnis regularis tractatus incipere debet a rei de qua est sermo instituendus, definitione, cujus ope rei natura perfectius potest haberi perspecta. Non in unam Jureconsulti tam veteres, quam moderni convenerunt Exceptionis definitionem. *Ulpianus* in *L. 2. D. de Except.*, docuit, quod sit, *quædam* exclusio, quæ interponi actioni cujusque rei solet ad excludendum id, quod in intentionem, condemnationemque deductum est. Hæc vero definitio non integram comprehendit exceptionis efficaciam, omnemque valorem. Excludendi enim verbo usus est *Ulpianus* pro ejiciendo, & amputando: nam excipere servata latini sermonis proprietate, idem est ac detrahere: & exceptio inde dicta, quod aliquid de universo actoris jure detrahat. Sed non semper exceptio proponitur ad excludendam actionem: aliquoties actionem protrahit, vel impedit; aliquotiens non aliquam partem detrahit actionis, sed integram evertit. *Franciscus Hotomannus* ampliori exceptionem induit generalitate. Ita namque definit: *Judicialis quædam allegatio rei competens adversus actionem*. Verum exceptiones sunt, quæ non solum opponuntur directe adversus actionem, sed contra personam & qualitatem actoris; aliæ contra Judicem ejusque jurisdictionem. Haud adposite opinatus est *Geldenus ad L. 8. de verbor. signific. §. 1. n. 4.* hanc proponens definitionem; actionis limitatio, qua ostenditur hoc casu actionem alioquin justam locum non habere. Cui nam exceptionum generi illis convenit definitio? Non *dilatoriarum*, quia hæ non respiciunt justitiam actionis, sed modum eamdem persequendi, non *peremtoriarum*, nam his injusta dicitur actio, utpote vel pacto, vel Legibus, vel Magistratuum Decretis adversa; non anomalarum, quibus tantum impugnatur actio tam ante, quam post litis contestationem non ad finem limitandi, sed vel dilatandi vel absolute excludendi executionem: non denique *modificativarum*: quia istæ non afficiunt actionem, sed sententiam, qua fuit actio admissa, neque opponuntur ad elidendam, sed ad modificandam sententiæ executionem. Elegans porro videri potest laconica *Vulteii* definitio; quod scilicet sit *defensio rei aut actio contraria*. Sic genus exprimitur, sed occultantur characteres. Meo itaque judicio definiri potest exceptio, *facultas judiciaria resistendi actioni propositæ ad finem vel dilatandi progressum, vel impediendi experimentum, vel denique modificandi consequentias*.

III. Antiquo jure Romano Actor Reum privata auctoritate, & obtorto collo in jus trahebat juris experiundi causa *l. p. ff. de in jus voc.* Sed quia ignominiosa erat hæc in jus vocandi ratio & cultioribus sequentium temporum moribus indigna, Justiniani ævo prorsus evanuit. Sub Græcis enim Imperatoribus Actor privata quidem auctoritate Reum in jus vocabat, sed tamen per adparitores *l. 3. Cod. de ann. præscript.* Justinianus primum sanxit, quod Actor apud acta libellum afferret, eumque adparitor exhiberet Reo, qui subscribere se debebat tali die, & anno libellum accepisse, simulque solutis sportulis de judicio sisti cavebat. Quibus peractis Reo indulgebatur spatium viginti dierum a momento oblati libelli computandum, ad deliberandum cedere, an contendere vellet. *Nov. 50, 96., & 112.* Everso Romano Imperio Orientali, quando Pontifices Decretalibus jura dabant, libelli oblatio etiam apud acta fiebat, & copia dabatur Reo *Clementin. sæpe de verb. signif.* Controversia tantum fuit inter DD. an copia libelli dari deberet Reo sumptibus suis, an vero sumtibus Actoris. Baldus & Bartolus *in l. 2. ff. de edendo*, *Abbas in cap. de libelli oblat.* & *Lanfrancus in Clem. sæpe de verb. sig.* dixerunt, copiam primi libelli dari sumtibus Rei petentis, & quia alii DD & Decretalistæ sustinebant dari expensis Actoris; ideo Maranta *par. 4. dist. 9. n. 15.*, & *Menochius de arbitr. judic. cap. 128. n. 15.* uti harum opinionum conciliatores dixerunt, opinionem Lanfranchi servari posse in Curiis ecclesiasticis, ubi non obstant leges municipales. In Regno judicia formam acceperunt *a cap. Detestantes & a Prag. Dispendia litium* quibus quamvis sublatæ fuissent sollemnitates libelli a jure communi requisitæ, & modus ille libellandi per apices juris, adhuc tamen libellus, seu talis qualis petitio, quæ in illius locum successit, remansit fundamentum litis, & ex *Const. Dilationes* non potest omitti absque nullitate judicii, quia sine libello nec Reus deliberare potest cedere an contendere velit, nec judex sententiam proferre. Oblatio autem, seu præsentatio libelli apud acta est quoddam præparatorium judicii, & tam de jure communi, quam municipali intimatio, seu notificatio libelli, facta Reo per nuncios Curiæ, quos nos vocamus *juratos*, & *porterios* est principium litis, *Gloss. in l. fin. C. de temp. appell.*, *Afflict. in Const. contigit Muscatel. in Gloss. præsentata*, adeo ut Actor libellum præsentatum possit ante notificationem reprehendere *l. sempronia libellos ff. de furt.* Ex his igitur constat, quod ab Actore danda est Reo copia primi libelli. Et *Pragm. Comparente Reo tit. de ord. judic.* abstractæ etiam fuerunt dissensiones DD. cujus sumtibus danda sit copia primi libelli. Statuit enim dari debere copiam sumtibus Actoris. Quod si Actor non curaverit copiam primi libelli dare Reo, hic legalem exceptionem opponere potest non procedi ad ulteriora, nisi prius detur copia libelli ad finem deliberandi. Quia tamen ex praxi post præsentationem libelli apud acta in calce illius interponitur decretum quod intimetur Parti, & copia primi libelli, & decreti simul intimatur Reo; ideo hæc exceptio in Regiis supremis Tribunalibus non est in usu, & vel numquam copia primi libelli petitur, vel raro, prout Procuratorum elegantia requiret. Sed in aliis inferioribus Tribunalibus Regni indistincte petitur, & est prima cantilena Procuratorum, ut animadvertit Muscatel. *in gloss. respondendum n. 3.*

IV. Reus notificatus potest exceptionem opponere de obscu-

obscuritate, & ineptitudine libelli. Multa cumularunt DD. quando libellus dicatur obscurus, & quando ineptus. *Mantica* enim *singul* 263. quinque modis obscurum fieri libellum existimet, scilicet ratione æquivocationis, generalitatis, alternativæ, locutionis non coarctatæ, & infinitatis. *Pratus in addit. ad Muscatellam in gloss. obscuris* differre opinatur ambiguitatem ab obscuritate; ambiguitas enim ad totam orationem spectat, obscuritas ad peculiare verbum. *Afflict. in Const. dilationes* duplicem distinguit ineptitudinem libelli, una quæ non concludit, alia quæ provenit ex nimia generalitate, & actionem non specificat. Illustris Author noster *n.* 10. 13., *&* 14. monet obscurum dici libellum, quando ex ejus narratione actoris intentio non percipitur, quando quod petitur in actione deducta non continetur, quando denique fines, & confinia rei stabilis non contineat. In his dissentionibus regula ponenda est, quod libellus debeat esse clarus, certus, & aptus juxta tradita per DD. in *Auth. offeratur*. Si igitur non est clarus, dicitur obscurus; si incertus, vel non aptus, dicitur ineptus. Cæterum quia ea dispositione *cap. detestantes* sublatæ sunt multæ exceptiones, quæ contra libellum opponi poterant, hodie alia exceptio non opponitur, quam illa obscuritatis, eo magis quia libellus juvetur multis clausulis, quæ supplent defectus, ineptitudinesque, & efficiunt, quod omne jus videatur deductum; dummodo tamen ineptitudo non sit talis, ut actionem non contineat, vel sibi ipsi contrariam. Hinc recte laudatus noster Author solam exceptionem obscuritatis libelli adduxit. Hæc exceptio non generaliter opposita, sed in specie scilicet, ut Actor declaret illam obscuram libelli partem ad finem deliberandi, efficit ne non permittatur procedi ad litis contestationem, ne reus sub incerto Actoris discrimine vagetur. Et cum offitium judicis sit veritatem attendere, dilationes tollere, & lites celeri expeditione terminare, si viderit hanc exceptionem obscuritatis libelli opponi calumniose, & fatigandi causa, reijciet; si vero cognoscet talem esse obscuritatem libelli, ut ex illa deliberare non possit reus cedere an contendere debeat, interponet decretum, quod facta declaratione, providebitur. Imo etsi reus exceptionem prædictam non opponet, potest judex ex officio libellum obscurum, & ineptum reijcere & lacerare, *glossa in l. cum ff. de bon. libert.*, *Afflict. in cap. p. de feud. dat. in vim l. com.*, *Anna sing. 315.*, *Rovit. in Pragm. p. de off. jud.*. Animadvertendum denique est quod exceptio obscuritatis libelli non auditur in Foro nostro, vel raro; nam Advocati, & Procuratores citra honestatem & facundiam in orando, & defendendo, libellos apte, eleganter, clare, & sapienter concipiunt, nec opus indigent juvari formulis, & clausulis, quas commendat acuta Pragmaticorum natio.

V. Quoad Scripturarum editionem attinet, tituli habentur *in ff., & C. de edendo*, ubi statuitur, quod præter actionem etiam Instrumenta cum libello edi debent. Ex quo J. C. intulerunt, Actorem debere Instrumenta omnia exhibere, quibus Reus possit deliberare *l. p. & 2. ff. de edend.*, quod danda sint exempla etiam non subscripta *l. ult. ff. eod.*, etsi sine die & consule, & si Actor nolit edere, iisdem Instrumentis postea uti non poterit *l. p. §. ult. ff. eod.* Forenses tamen aliqui post Bald. & Bart. multas distinctiones fecerunt, quando scilicet Scripturarum mentio in libello fiat limitative, vel declarative, & quando illas Actor cogatur exhibere. Alii e contra indistincte voluerunt, ut quolibet casu sint Reo exhibendæ scripturæ, & Follerius *in Addit. ad Marant. p. 6. actu 10.* testatur ex communi stylo tam in M. C. quam in aliis Curiis servari ut sive limitative, sive narrative in libello scripturarum fiat mentio, exhibere illas tenetur Actor, reo petente. Ut vero ambages, & quæstiones dirimantur tyronibus, regula ponenda est, quod exceptio exhibitionis scripturarum est dilatoria, & alia est editio quæ petitur a Reo ad finem probationis; alia, ut deliberet proclivius cognita actione, & ad defensionem veniat magis instructus. Illa non admittitur, nec fieri debet ante litem contestatam; hæc regulariter per Actorem est facienda. Debet igitur Actor exhibere Reo scripturas omnes in libello enunciatas, & etiam illas, ad quas relatio habetur correlationis ratione, dummodo tamen non agatur de scriptura, quæ de se ipsa principaliter disponit, *Afflict. dec. 273.*, vel de privilegio, & Rescripto Principis, *Bon. dec. 247.*, & debet exhibere integras, quia totæ sunt legendæ; nam plerumque principium, seu aliqua pars scripturæ per aliam corrigitur, vel moderatur: dummodo non agatur de libris rationum, quia sufficit quod edatur particula illorum, quatenus ad Reum petentem spectat *l. Argentarius ff. de edendo*. Limitatur tamen regula prædicta si in libello fiat mentio de scripturis, de quibus Reus possit per se esse instructus, vel pro rostris essent positæ, vel ad Reum non spectent, vel denique si Actor juret penes se non habere in promtu, quia in his casibus exceptio exhibitionis scripturarum non impedit litis cursum, *Muscatell. glos. Mentionatorum*. Cæterum cum hæ quæstiones sint potius facti quam juris, judex suo officio videbit si hæc exceptio exhibitionis scripturarum calumniose opponatur, & ad solam dilationem fundandam, vel animo ut Reus conventus deliberaret consultius si cedere, an contendere debeat.

VI. Si in libello fiat mentio tituli, & reus exceptionem opponat illius exhibitionis, hæc exceptio non officit, ut non procedatur ad expeditionem litis, quia reservatur ad merita causæ. Ita decisum refert *Minad. dec. p.*, *Rovit. pragm. 5. de ord. judic.* Excipitur tamen si agatur de re pro qua Actor incurrit in apertam resistentiam legis, & reo adsistet jus commune, hoc enim casu Actor non auditur, nisi titulum exhibeat, quia actio est contra jus, & qualitas rei repugnet possessioni, & etiam detentioni *Rovit. Prag. p. de jurisdict. ad invicem non turb.*, *de Ponte decis. 12., & 40.* Quod maxime locum habet in exercitio corporum jurisdictionalium, & jurium prohibendi, quæ sine titulo nequeunt possideri. Prudens tamen Judex videbit an pro evitanda exhibitione tituli opponatur præsidium possessionis longissimæ, aut præscriptionis, vel consuetudinis legitime præscriptæ. Præsidium namque hoc solet esse velamen tituli non existentis, & pro titulo obtrudi tentatur effectus propotentiæ.

VII. Actor jure veteri satisdare non cogebatur *§. p. instit. de satisdat.* Jure novo fuit invectum, quod Actor satisderet intra duos menses a die porrecti libelli se litem contestaturum *l. libellum C. de litis contest.*, & similiter usque ad finem litis in judicio permansurum, & in casu succumbentiæ nomine expensarum reficere reo decimam partem litis *Auth. generaliter Cod. de episc. & cleric.* Glosa tamen in *§. sed hodie instit. de satisdat.* dixit de consuetudine cautionem expensarum non præstari, quod fuit verum, quoad primam satisdationem, & quoad formam secundæ cautionis datam ab *Auth. generaliter*. Hodie hæc cautio in quocumque Tribunali præstatur, & praxis introducta fuit a dispositione *Pragm. t. de expensis*, ut animadvertit *Rovit. ad d. pragm. n. p.*, *& Gallup. prox. l. 2. part. 2. cap. 8.* Finis hujus cautionis fuit, ut si Processus fuerit nullus, aut ipse Actor succumberet in lite, aut alio modo reum ab Actore injuste fuisse vexatum constaret, cogatur reo expensas reficere *Afflict. dec. 170.* Præstatur regulariter in ingressu litis, & antequam detur terminus in causa; quod si omissa fuerit, & reus excipiat adimpleri, Actor tenetur statim illam præstare, imo si terminus datus fuerit, supersedetur donec cautio prædicta præstetur, & postea aliud decretum interponitur, quod stante cautione expensarum præstita, terminus alias datus currat. Hæc enim cautio quamquam non sit de substantia actus, nec de necessitate præstanda, tamen quando petitur a reo, debet de necessitate præstari, & ejus omissio esset nullitas non vitians totum Processum, sed illum actum absolute, qui tamen poterit adimpleri, & suppleri semper, & in qualibet parte judicii. Quod si reus omiserit illam petere, judex ex officio tempore ferendæ sententiæ rationem etiam habebit expensarum contra Actorem injustum, & temerarium litigatorem *tot. tit. Cod. de fruct. & lit. expens.* Id cautum *Pragmat. 18. de ordin. & form. judic.*, §. 3. in qua ita habetur.

Per raffrenare le tante ingiuste liti, che s' introducono ne' Tribunali, senza ponderarsi dall' e parti se l' assiste, o nò la giustizia, ma solo per defatigare i litiganti, e cicavarne qualche profitto: Ordiniamo perciò, che tutti

coloro,

coloro, che avranno litigato, e succumbito, debbano in qualunque Tribunale tanto per le cause esecutive, quanto per le ordinarie, pagare irremissibilmente le spese di tutti due i giudizj, alle quali nell' istesso decreto diffinitivo, o sentenza debbono esser condannati, o pure dal pagamento delle medesime essere assoluti. Per le quali spese, fatto che avrà il Decreto passeggio in cosa giudicata, dallo Scrivano della causa con tutta celerità se ne debba formare il calcolo, avverso del quale si debba ammettere una sola revisione, senza potersi produrre altro gravame, se non solamente quello delle Nullità col deposito.

Satisdatio dabatur per fidejussores *inst. de satisdat.* Ex *Auth. de litigiosis §. ad excludendas*, & ex Glosa in *l. 1. ff. de satisdat.* statutum fuit, quod si Actor fidejussorem non invenerit, stetur juratoriæ ejus cautioni. Hinc controversia orta inter DD., an judex simpliciter deberet stare adsertioni Actoris, & illi deferre juramentum, an vero necessaria sit etiam aliqua summaria probatio? Alexander in *l. si constante §. quoties ff. sol. matr.*, & *Caravita super Rita 263.* dixerunt numquam admitti juratoriam cautionem, quando potest alio remedio utrique parti consuli. Menochius *de arb. jud. casu 139.* existimavit remitti arbitrio judicis. Muscatellus in *glossa Expensis* noluit juratoriam cautionem deferri abique aliqua summaria cognitione ad evitandas fraudes. Hodierna praxis has opiniones diremit, nam cautio expensarum præstatur ab Actore si aliquem fidejussorem inveniat laicum, & patriæ potestati non subjectum, aut ab ejus Procuratore in actis, qui se obligat pro suo Principali per viam expromissionis.

VIII. Reus pariter cautionem præstabat Actori de judicio sisti & de judicatum solvendo *l. 66. ff. de fidejuss.*, & *l. 9. ff. de jud. solv.* Illa respiciebat existentiam, & exercitationem totius judicii, & lata sententia expirabat *l. grave §. & post ff. de fidejuss.* Hæc finem judicii, & lata sententia exequebatur contra fidejussorem *l. judicatum solvi ff. judic. solv.* Jure autem novo reus relevabatur a cautione de judicatum solvendo, si satisdabat judicio sisti *§. 2. Inst. de satisd.*, dummodo ipse litigaret, si vero per Procuratorem, etiam de judicatum solvendo cavere debebat, quia defensor alienæ litis nemo idoneus sine satisdatione intelligitur *l. qui proprio ff. de proc.* Et similiter qui satisdabat de judicatum solvendo, non tenebatur ad aliam cautionem de judicio sisti *l. filiusfamilias ff. de proc.*, quia hæc in illa continetur. Denique ob male intellectam *l. sciendum ff. de satisdat.* error prævaluit in Foro quod possessor rerum immobilium in jurisdictione judicis non teneatur præstare cautionem de judicio sisti; & comuni fori usu hæc cautio certis tantum casibus exigebatur.

Quoad nos attinet Federicus II. *in Const. dilationes* sancivit quod reus intra triduum cautionem daret de judicio sisti, & judicatum solvendo, excipiendo tantum ab illa possessores rerum immobilium. Quod si haberent bona mobilia, & fidejussores non invenirent, admisit ad cautionem juratoriam. Et denique sancivit quod si rei conventi sint pauperes, vel vagabundi, & girovagi & fidejussores non invenirent, in carcerem intruderentur usque ad finem causæ: quæ ultima pars Constitutionis præsidium in legibus Romanis habere non potest. Hinc Forenses nostri varias agitarunt quæstiones; an possessor rerum immobilium in Regno etiam cautiones prædictas dare teneatur? Et Afflictus affirmativa conclusit *dec. 109.*: alii vero dixerunt reforibendum esse Curiæ loci, ut fidejussores reciperet. An similiter omnis reus pauper non inveniens cautionem, sit carcerandus tamquam de fuga suspectus? Et quamquam multi Forenses post *Bald. in l. sciendum ff. de satisdat.* tenuerint, reum eo ipso quod non possideat bona stabilia esse suspectum de fuga, tamen prævaluit opinio judicis arbitrio remitti, considerando personam rei conventi, nec passim sine delectu cogendum quemlibet ad has cautiones præstandas, aut ad carcerem subeundum *Menoch. de arbitr. jud. cas. 87.*, sed etiam admitti ad juratam cautionem, dummodo non sit notorius vagabundus, vel girovagus *Caravit. ad Rit. M. C. 170.* Sed postquam per *Cap. Detestantes*, & *per Pragm. I. Dispendia de ord. jud.* fuerunt sublatæ solemnitates, & substantialia judiciorum, non amplius habuere locum scrupulosæ istæ cautiones, & ad meram formalitatem sunt redactæ. Reus enim apud acta aut fidejussorem præstat quemlibet laicum, & patriæ potestati non subjectum, qui promittit prædictum reum judicio sistere, & judicatum soluturum, aut ejus Procurator cavet pro Principali per viam expromissionis. Cæterum practicatur tantum contra reum non possidentem bona in Regno, & suspectum de fuga, ne judicium reddatur elusorium, juxta terminos decisionis Afflicti 170. cumulatis limitationibus per Ursilium, cæterosque Addentes.

IX. Frequenter in Foro auditur exceptio legitimationis personæ opposita a reo contra Actorem, & quod sit adeo privilegiata, ut per nullam legem excludi possit. Revera ex jure communi legitimatio personæ Actoris petente reo fieri debet in ingressu litis, & ante litem contestatam, quia est fundamentum incipientis, & habilitas vel inhabilitas agentis ante omnia videri debet, ne in damnum rei judicium sit validum si Actor vincat, & nullum si succumbat *l. non ignorat Cod. qui accus. non possunt*, *l. si quæramus ff. de testament.*, & *l. quidam ff. de jur. dot.* Tribus autem modis Actor in judicio comparere potest, vel proprio nomine sic & simpliciter nulla adjuncta qualitate in ejus persona; vel nomine proprio non simpliciter sed cum conjuncta qualitate in ejus persona, ut heres, agnatus, filius; vel nomine alieno, ut Tutor, Procurator, Syndicus, Curator.

Nulla exceptio legitimationis personæ opponitur contra agentem nomine proprio sic & simpliciter, dummodo non sit prohibitus agere in judicio vel ex defectu consilii & intellectus, ut insana, furiosus, mentecaptus, prodigus, surdus, vel ex fragilitate consilii, ut minor, vel ex defectu potestatis, ut filiusfamilias, servus. Opponitur hæc exceptio contra agentem nomine proprio non simpliciter sed cum adjuncta qualitate in ejus persona, tamquam filius, agnatus, heres, & de jure communi ante contestationem litis tenatur probare qualitatem illam adjunctam *d. l. non ignorat Cod. qui acc. non poss.* Sed jus commune correctum fuit a Constitutione Friderici II. *exceptione filiationis*, cujus verba sunt: *De exceptione filiationis, generis, sive gentis, & quod heres non sit, qui actionem vel accusationem intendit, tam in civilibus quam in criminalibus causis contestationem litis continuo faciendam volumus retardari, sed eis propositis in causa principali, nihilominus procedat.* Statuit igitur Fridericus II. quod opposita exceptione legitimationis personæ filii aut cognati, quos eleganter appellat sub nomine *generis*, sequutus phrasim Ulpiani in *l. 9. ff. de prob.*, vel opposita exceptione legitimationis familiæ, quam eundem Ulpianum sequutus in *l. 2. & 31. ff. de ædilis. edict.* appellat sub nomine *gentis*, vel opposita exceptione legitimationis heredis, non retardetur cursus litis, sed reservantur ad merita causæ tempore ferendæ sententiæ. *Afflictus* ad hanc Constitutionem opinatur, quod si reus non opponat exceptionem filiationis, agnationis, & heredis, judicium valebit, ex quo cum Adversarius non exceperit, non videtur negare, & subdit esse menti tenendum. Quod non indistincte est admittendum: quamvis enim judicium valebit, si Actor fundatur super qualitate filiationis, vel heredis, & illam non probaret, semper obstabit regula, quod Actore non probante reus absolvitur. Denique Constitutio prædicta ut correctiva juris communis, non extenditur ad agentes alieno nomine, imo illos aperte exclusit. Igitur si contra Tutorem, Procuratorem, aliumque alieno nomine agentem opponatur exceptio legitimationis personæ, impediet litis contestationem, quia deficit radicale fundamentum judicii tam ex parte constituti, quam constituentis *l. licet Cod. de procur.*

X. Exceptio compromissi descendit ex *Pragm. Odia litis in tit. de Arbitr.*, & definiri potest quod sit exceptio declinatoria fori competens conjunctis sanguine, vel affinitate usque ad quartum gradum civilem inclusive in causis non exceptuatis. Fusius de exceptione ista pertractabimus *in Animadversione ad Cap. IV.*, ubi multa distincte enucleata reperiuntur.

XI. Antiquitus non destinabatur Causæ Commissarius generalis, nec ad successorem transferebatur ejusdem cognitio. Cœpit registrari successio anno 1559., & a Pragmatica 4. Junii 1574. *tit. de caus. decid.* ordinatum fuit, quod successor omnes causas prædecessoris susciperet. Sive igitur ob descendentiam, sive quia

quia eadem causa pluribus commissa erat, sive ob alias rationes hæc exceptio quæstionis commissarii quotidie aures Collateralis Consilii vexabat, & a legibus refrenatio expectabatur, quia justitiæ cursum retardabat. *Pragmatica 8. de dilat.* anni 1624. jussit ut tunc causæ cursum impediret, quando duo copulativa concurrerent, scilicet quod opponatur intra mensem a die intimationis decreti Commissarii, & quod intra eumdem mensem obtineat excipiens decretationem Præsidis S. R. C., *quod intimetur Parti, & veniat Actuarius cum processu, & Partibus ad providendum*. Tempus autem, in quo exceptio prædicta deciai deberet, fuit statutum trium mensium decurrendum a die, quo fuerit cæptum procedi in contradictorio judicio, quando Partes sunt præsentes in Civitate Neapolis, & sex mensium si sint absentes. *Pragm. 7. anni 1631. tit. de dilat.* Similiter *Pragm. 89. §. 3. de off. Proc. Cæsar. diei 3. Augusti* 1653. statuit, quod adversus decretum interpositum per Præsidem S. C. super decisione quæstionis Commissarii unica reclamatio concederetur, decernenda in Collaterali intra mensem decurrendum de momento ad momentum à die notificationis ipsius decreti, alias illud firmum remaneret absque alia intimatione, qui terminus mensis nullo modo possit prorogari: vel dispensari. Sed quia malitia litigantium dispositiones harum Pragmaticarum illudebat, edicto Præsidis S. C. Lanzina Ulloa diei 21. Julii 1689. fuit declaratum quod terminus trium mensium curreret etiam in præjudicium illorum qui non fuerunt auditi, & illo expleto ne fieret quidem descendentia Commissarii; & similiter quod in decretatione quæstionis hujuscemodi interponatur clausula, *verum si quæstio de commissario non fuit proposita intra mensem, servata forma Regia Pragmatica non impediatur cursus causæ*. At his salutaribus legibus nequidem frequentia quæstionum Commissariorum frænata remansit; hinc Pragmatica diei 21. Junii 1728. jussit, quod quando causa reperiretur duobus commissa, prævaleret illa commissio prius notificata Parti, etiamsi posterior sit tempore, aut ab alio Commissario fuisset expedita inhibitoria Inferiori Tribunali; & renovando dispositiones aliarum Pragmaticarum jussit similiter irremissibiliter exigi pœnam duc. 24. Fisco applicandam ab illis Actorum Magistris, qui elapso tempore statuto supplicationes hujusmodi exceptionis reciperent. Et denique Constitutione diei 18. Martii 1738. sancitum fuit, quod hæc exceptio proponenda sit intra sex dies inter præsentes, & triginta inter absentes, decurrendos a die notificationis factæ Procuratori, vel Principali. Formula vero decretationis, quæ nunc interponitur est *Intimetur Parti, & veniat Auctuarius cum Actis, & Partibus ad providendum: verum si quæstio de Commissario non fuit intra sex dies proposita servata forma Regia Constitutionis, non impeditur cursus causæ coram eo Commissario, coram quo ad præsens proceditur*. Nuper orta quæstio, an sufficiat inhibitoria notificata M. C. ad radicandam Causam coram uno Consiliario penes Scribam, qui eamdem inhibitoriam subscripsit, nihil de notificatione adversæ partis sollicitum, fuit refragantibus votis quatuor S. C. Actorum Mag., a Præside exoptatissimo *Marchione Cito* decisum, non sufficere inhibitoriam, sed ad constituendam in Consiliario jurisdictionem abscisse requiri partis notificationem. Acta sunt in Banca de Martino penes Scribam Leonardum Sarto. Accidere tamen potest quod pendente quæstione Commissarii procedi debeat ad aliquem actum necessarium; hinc cognita necessitate a Præsidente S. C. destinatur Commissarius, cujus commissio extinguitur per cursum mensis decurrendi a die commissionis, ut ex prædicto decreto Præsidis S. C. Ulloa anni 1698.

XII. Exceptio unionis Actorum frequens est in praxi. Quando enim causa in eodem Foro agitatur, Parte excipiente unio fieri debet apud illum Actuarium penes quem non solum lis est cæpta, sed etiam ubi primo ordines fuerunt notificati; quia notificatio ordinum radicat judicium, & tunc Actuario quæsitum est jus in causa *l. quisquis fuerit C. de sportulis*. Si vero causa agitatur inter Actuarios diversi Fori, unio Actorum trahitur à judice, qui debet de justitia cognoscere; *Carleval. disp. 2. quæst. 5.* Et hæc exceptio potest opponi in qualibet parte judicii; quia nullo termino præscribitur, utpote dependens ab exceptione ne causæ continentia dividatur, ita ut non præjudicetur ab alia exceptione quæstionis Commissarii jam finita. Sed non spernenda est regula, ut opponatur intra mensem, quando quæstio Commissarii non est opposita, nec terminata. Non in omnibus tamen causis opponi potest. Et primo coram judice incompetenti unio Actorum non datur. II. Quando non est eadem causa, vel quando processus primæ instantiæ cum processu appellationis, & reclamationis non est idem, & post appellationem conveniuntur alii possessores; nam judicium dividitur, ut coram judice appellationis procedatur contra litigantes in prima instantia, & judex primæ instantiæ procedit contra alios. III. Non datur unio Actorum in judiciis executivis, quia sunt compatibilia duo judicia executiva de eadem re apud diversos judices, cum in executivis judex non condemnat, & non possunt fieri repugnantes sententiæ. Hinc Delegati piorum locorum solent cogere Debitores via executiva ad continuandam solitam solutionem alicujus rei, dummodo non agatur de Patrimonio deducto, quod est judicium universale, trahens secum omnia judicia dependentia, & emergentia. IV. Non datur locus unioni Actorum in causa deductionis hereditatis cum alia causa judicii particularis super bonis hereditariis. Nam commissio causæ hereditatis importat tantum cognitionem totius, vel quotæ universæ hereditatis, & judicia particularia cognosci debent ab illis judicibus coram quibus sunt introducta *Constit. anni* 1738. §. 12. V. Non dant robur unioni Actorum provisiones notificatæ post mensem elapsum a die expeditionis, quia nullius sunt momenti *d. Const.* §. 9. Praxis vero decretorum unionis Actorum in eodem Foro est, quod in M. C. interponitur decretum, *quod Acta facta in Banca N. uniantur cum actis factis in Banca N., & si est locus unioni videatur per T. T., & interim non procedatur*. Et in calce supplicationis porrectæ Visor electus suum votum scribit: *Sum voti, quod acta facta penes N. uniantur cum actis factis in Banca N.*; adversus quam determinationem si proferatur gravamen in eadem M. C. solet committi revisio duobus Actorum Magistris, aut Magnifico a Secretis. Et in S. C. interponitur decretum: *Si est locus unionis, videant Hebdomodarii*.

XIII. Licet Procuratorum vulgus passim confundat litis pendentiam cum causæ continentia, & in replicationibus inconsiderate utramque opponere soleat; hæ tamen exceptiones inter se sunt diversæ. Illa est, quando Actor eamdem actionem ex integro & essentialiter intentatam coram primo judice transfert ad alium judicem. Hæc, quando non eadem actio ex integro & essentialiter proposita coram uno judice, sed aliqua dependens ex ea deducitur apud alium judicem. In prima opponitur mutatum esse judicium: in secunda fuisse divisum. Differunt etiam quoad effectus. Nam si opponatur, & non admittatur exceptio litis pendentiæ, debet excipiens appellare, alias valebit processus coram utroque judice factus. In exceptione tamen opposita ne continentiæ causa dividatur, si judice non admittatur, sed continuaret in procedendo, excipiens non tenetur appellare, sed Processus erit nullus *Affl. dec.* 134. Rationem hujus discriminis repetit *Follerius in addit. ad Marant. part. 6. membr. 9.* a modo primam exceptionem opponendi, sed male; quia modus consistit in scientia qualitatum harum exceptionum.

In Exceptione enim litis pendentiæ, pena mutantis judicium antiquitus erat amissio causæ, & hodie infligitur pœna arbitrio judicis, *Afflict. dec.* 394., sed non est nullitas judicii si judex, illa obstante, procederet. Igitur excipiens debet non solum opponere sed ligare manus secundi judicis producendo appellationem, si dictam exceptionem non admiserit, alias semper valebit processus. Sed in exceptione ne continentiæ causa dividatur, quia dividitur judicium, sufficit tantum opponere, nec opus est appellare, si non admittatur; cum lex prohibeat, ne resistat adulteriora procedi *l. nulli C. de sen. & inter. om. judic.*, & ideo quidquid sequitur, erit nullum *l. non dubium C. de leg. Afflict. dec.* 354., *Muscatel. Gloss. Tribunali*. Et ex his alia differentia colligitur inter utramque exceptionem, quia litis pendentiæ exceptio ante

litem

litem contestatam opponi debet, alias censetur consensisse in judicem *l. fin. C. de except.* At exceptio ne continentiæ causa dividatur etiam post litem contestatam in qualibet parte judicii opponi potest, ne in duabus causis connexis oriantur repugnantes sententiæ, *Cardeval. de judic. lib. p. tit. 2. disp. 2.* Hinc colligitur etiam differentia inter prædictas exceptiones, & illam unionis Actorum supra expositam. Per litis pendentiam mutatur judex & non judicium. Per continentiam causæ mutatur judex & judicium. Per unionem Actorum in diversis Bancis non mutatur nec judex, nec judicium.

Litis pendentiæ exceptio nascitur ex *l. ubi captum ff. de judic.*, & fuit inventa ne litigantes coram diversis judicibus divertantur, & vexentur laboribus, & impensis, & ad conservandum juris rigorem, & jurisdictionem, *Menoch. de arbitrari judic. cons. 371.*, *Muscatell. in Gloss. Tribunali.* Ut admittatur, tria requisita habere debet, scilicet ut sit eadem res, eadem causa, eadem persona, seu idem modus agendi *l. cum quaritur ff. de re judic.* Exceptione ne continentiæ causa dividatur nascitur ex *l. nulli Cod. de judic.*, ubi denegatur audientia ei qui vult causam dividere. Quamquam autem diversæ sint hæ exceptiones tamen opposita exceptione litis pendentiæ sub clausula generali, implicite intelligitur opposita etiam illa ne continentiæ causa dividatur, eo magis quia secundum *Afflictum d. dec. 359.* multis modis dicitur continentiæ causa dividi; & hinc communiter in Foro causi Procuratores opponunt non solum exceptionem litis pendantiæ simpliciter, sed omnem aliam resultantem, vel narrant factum taliter, quod implicite ex facto narrato resultet etiam exceptio non expressa; hincque etiam prædictæ exceptiones sub uno titulo connectuntur. Verum non inducitur litis pendentia per simplicem libellum præsentatum, sed necesse est ut sit intimatus, & appareat nuncii seu Porterii relatio, ut inducatur, *Bald. in l. p. ff. de in jus voc. Marant. part. 6. memb. p. n. 71.* Et hic Forenses varias agitant quæstiones. An intimatio nulla producat litis pendentiam: An Actor sicut Reus possit illam opponere: An instantia perempta, possit allegari litis pendentia: Et in quibus causis continentia causæ, & litis pendentia locum non habeant: Quæ quæstiones etiam ex animadversis facile diluuntur. Nam in citatione nulla quidquid superædificatur nullum est *Bald. in l. p. ff. de in jus voc.*, *Afflict. in Const. eorum fraudibus.* Idem est in citatione circumducta, *Franch. dec. 132. n. 4.* nam tunc non dicitur lis pendere *arg. l. non putavit ff. de bon. poss. c. tab.* At si in actione perempta insufflatur vitæ spiritus, tunc dicitur restituta beneficio Principis, & ideo inducit litis pendentiam, *Muscatel. gloss. Tribunali n. 7.* Similiter exceptio litis pendentiæ, & continentiæ causæ competit etiam Actori in casu, quod Reus Actorem vellet reconvenire coram alio judice *l. in Cod. de fruct.*, *& lit. expens.* Denique prædictæ exceptiones locum non habent in judicio executivo, si pendentia est similiter litis executivæ. At si pendentia est litis ordinariæ, Forenses in varias opiniones abierunt. *Maranta disp. part. 6. num. 9.*, *Concius de Cens. art. 6.*, aliique relati per Regentem Petram *Rit. 166.* opinantur, quod si Actor elegerat viam ordinariam, exceptio litis pendentiæ admittitur, quia non potest recedere a via electa. *Muscatellus in gloss. Tribunali* limitat si Actor intendendo actionem ordinariam protestatus fuerit non præjudicari in via executiva. Galterius *3. part. Rubric. præsent. Instr.*, *& Ursilli ad Afflict. dec. 226.* ante litis contestationem non posse recedi a via ordinaria; post vero litis contestationem exceptiones prædictas non admitti. *Regens Petra* indistincte dixit excludi dictas exceptiones, quia Actor per actionem ordinariam non renunciavit actioni executivæ *in Ritu 144. n. 64.*, & hæc opinio est in Foro recepta, eo magis quia in Instrumentis apponi solet clausula, quod una via electa, altera non tollatur. Similiter non habent locum dictæ exceptiones in judicio prævento, *de Luca ad Franchis obser. 373.*, *& Petra ad Rit. 166.* Et denique non habent locum in judicio *l. diffamari Mastr. lib. p Resol. 14. 3. & 255.*, *Verda ad Galluz. part. 2. cap. 3.*

Quia exceptiones istæ in omnibus Tribunalibus Regni frequenter audiuntur, juvat quæ ad praxim decretorum conferunt, referre. Non admittuntur dictæ exceptiones per viam replicationis factæ in copia libelli notificati, sed per viam attestationis, quæ fieri debet ab Actuario Curiæ, in qua lis pendet, & in calce petitionis interponitur decretum: *super omnibus hinc inde prætensis audiantur Partes*, & quando Judici videbitur Causam esse remittendam, interponitur decretum. *Visis provisum, & decretum est, quod Partes adeant dictam Curiam, ubi inceptum est judicium, hic suum &c.* Quando autem non habent locum exceptiones, interponitur decretum. *Quod procedatur in M. C. petita remissione ad Curiam N. non obstante, vel procedatur in præsenti causa ad ea quæ incumbunt, oppositis non obstantibus.* Multoties exceptiones productæ esse possunt tanti ponderis, ut arduum sit rejicere, vel admittere, & tunc interponitur aliud decretum: *Quod expectetur exitus causæ principalis.* Si vero agatur de pendentia causæ in Tribunali S. C., vel Regiæ Cameræ, tunc non producitur fides Actuarii, sed inhibetur Banca M. C.

XIV. Cum ignominiosa esset in jus vocatio, Prætor edixit quasdam Personas non debere omnino vocari in jus, quasdam vocari posse sed non aliter quam venia prius ab ipso impetrata. Non poterant vocari in jus omnino I. Ob dignitatem Magistratus qui cum potestate erant *l. 2. ff. de in jus voc.* II. Personæ rationis usu destitutæ, veluti furiosi, infantes, puberes, *l. 4. & 22. ff. eod.*, 3. publica solemnitate occupati, ut sacra facientes, equo publico in causa publica transvecti, judicantes, nuptias celebrantes, funus ducentes *l. 2.*, *& 3.*, *& 4. ff. h. tit.* Sine impetrata venia a Prætore non poterant vocari Parentes utriusque gradus & sexus etiam adoptivi *l. 4. & 8. ff. eod.*, & Patroni, & eorum parentes & liberi ob naturalem reverentiam *l. 9.*, *& 10. ff. eod.*; item Patroni uxor, & heres etiam extraneus, vel Personæ proximæ Parentibus, ut Socer, Socrus, vitricus, noverca *l. 1. & 2. C. de in jus voc.* Et si quis has Personas sine venia in jus vocasset, in eum quinquaginta aureorum judicium dabatur *l. penult. ff. h. tit.* Vocatus igitur sine venia, vel qui omnino vocari non debebat, apud Prætorem excipiebat sua jura & nullam fuisse vocationem ostendebat, *Cujac. lib. 5. obs. 1716. argumento l. ult. ff. de jurisdict.* Quamvis autem evanuerit in jus vocatio, jura tamen eadem observabantur, ut videre est in Pandectis, quæ tam diffuse explicari passus est Justinianus. Sed quia Modestinus in *l. 13. ff. eod.* rem paucis verbis absolvit: *Generaliter eas personas, quibus reverentia præstanda est, sine jussu Prætoris in jus vocare non possumus*, dubium moverunt Doctores, quibus debeatur reverentia, & confundendo reverentiam quæ legis accessione est præstanda, cum alia ex urbanitate, & honore tantum proveniente, intularunt hanc exceptionem veniæ competere præceptoribus, in jus vocatis a discipulis, *Alexand. ad d. l. generaliter*: Parentibus spiritualibus ad instar Parentum adoptivorum, Jason, & Angelus *ad d. l.*, Domino contra Vassallum, & Universitati contra Civem.

In Regno ob Ritum *M. C. 46.* non datur exceptio Personarum, & omnes Personæ, cujuscumque status, gradus, conditionis, dignitatis, præeminentiæ citari possunt, exceptis tantum familiaribus, & commensalibus domesticis Regis, & actu servientibus, qui nihilominus etiam a M. C., & Regiis Audientiis citantur, & sunt exempti a Curiis propriorum domiciliorum, *Caravita in d. Rit. n. 22.* Hinc Forenses nostri in varias opiniones abierunt, an scilicet penitus in Regno locum non habeat exceptio veniæ non petitæ. Muscatellus *glos. intimato* censuit ob *d. Rit.* pœnam prætoriam locum non habere, & quod omnes Personæ etiam privilegiatæ citari possunt, & ex urbanitate tantum solere apponi in libellis clausulam venia, quatenus opus fuerit, petita. Alii opinati fuerunt Ritum prædictum loqui tantum de Personis, quæ prætendebant ad M. C. non trahi posse ob privilegia concessa per Carolum III., Reginam Margharitam, Ladislaum, & Prædecessores, & ad alias personas non extendi; hinc concludunt habere locum dictam exceptionem, si statim opponatur, sed si non opponatur a Personis in Ritu non comprehensis, censetur approbata Persona Actoris, & data licentia agendi, *Novar. part. p. quæst. for. 149.*, *Freccia part. 2. n. 56. de præsent. instr.* Alia quæstio insuper emer-

emersit, an venia requiratur pro forma, & non sufficiat tacita; an vero sufficiat in libello exprimi qualitatem personarum, & eo ipso quo judex permittit citationem, censeatur concessisse veniam. Primam opinionem sequitur *Novarius loc. cit.*, addendo quod etsi velit Actor solvere pœnam adhuc procedi prohibetur. Secundam amplectitur *Capyc. dec. 56.*, *& Freccia loc. cit.* At cum per *cap. desistantes*, *& Prag. dispendia litium* sublatæ fuerint solemnitates de apice juris, in praxi non habet locum hæc exceptio, & in libello quando agitur contra Personas, quibus naturalis reverentia debetur, sufficit adponi clausulam *petita, quatenus opus fuerit, venia*, eo magis quia hæc exceptio est de venia non petita, non jam de venia non obtenta; ideoque opus non est ut prævio decreto judicis venia concedatur.

XV. Feriæ sunt dies, qui a forensibus negotiis vacationem præstant. Jure Romano aut erant repentinæ seu indictæ, aut sollemnes & legitimæ *l. 26. §. 7. ff. quibus ex cau. major.* Repentinæ extra ordinem pro re nata indicebantur, veluti ob res prospere gestas, vel in honorem Principis *l. p. ff. de fer.*, item ob luctum, vel calamitatem publicam ad placandam Deorum iram, *Gell. lib. p. Noct. Attic.*, *Tacitus lib. 2. Ann. c. 62.* Sollemnes & legitimæ erant statæ & ordinatæ Feriæ, quæ perspici possunt *in l. 26. C. de fer.* Hæ vel erant divinæ Religioni & cultui divino dicatæ *l. ult. C. eod.*, vel humanæ, ut natales diea urbis Romæ, & Constantinopolis *l. 7. C. eod.*, item dies antecedens Kalendas Januarii solitus vacare honori Magistratus *l. 5. ff. eod.*, & similiter feriæ Messium, & Vindemiarum *l. p. ff.*, *& l. 2. & 7. Cod. eod.* Ex oratione divi Marci refert Ulpianus: *Ne quis messium, vindemiarumque tempore adversarium cogat ad judicium venire, occupati enim circa rem rusticam in forum compellendi non sunt d. l. p. ff. de Fer.* Idem, Ulpianus *in l. 6. ff. eod.* non distinxit inter ferias divinas, & humanas. Si igitur quis in tempore Feriarum vocatus erat in judicium, tueri se poterat exceptione feriarum, & actus erant nulli *l. 2., 7., & ult. C. eod.* Sed ex Ulpiani sententia licebat Prætori volentibus feriato die jus dicere. Excipit tamen Ulpianus quasdam causas, in quibus exceptio dicta locum non habebat, & si tempore res erat peritura *l. p. §. 2. ff. eod.* Licebat enim per ferias agere quod pretermissum noceret, *Macrob. Saturn. l. p. c. 16.*, imo cogebantur si de rebus publicis, fiscalibus, pistoriis ageretur, aut de latronum quæstionibus *l. 10. h. tit.* Actus tamen voluntarii quosumque die feriata peragi poterant *l. 11. ff. eod.*

In Regno similiter Feriæ aut sunt repentinæ, aut statutæ, & solemnes. Repentinæ indicuntur a Principe vel ex causa Coronationis, vel nuptiarum, vel partus, vel belli prospere gesti, vel ex aliis causis. Statutæ dividuntur in illas quæ sunt ad honorem Dei & Sanctorum, ad honorem Principis, ad comoditatem hominum, & etiam ad voluptatem illorum, ut sunt Baccanalie, quæ barbaro vocabulo aliqui imperiti Forenses adpellant ad honorem Diaboli. Ex *Prag. 2. de Feriis* omni anno fieri debebat Kalendarium, ubi statuebantur dies feriarum, & notabantur etiam Feriæ Messium, & Vindemiarium sub nomine Feriarum æstivarum, quæ incipiebant a die 15. Mensis Julij, & perdurabant usque ad diem septimum Septembris, sed ad instantiam Electorum hujus Civitatis prorogari solebant ad diem decimum octavum & vigesimum Octobris. Istæ Feriæ æstivæ fuerunt sublatæ per Regalem Constitutionem anni 1738. *n.* 35., & conservatæ fuerunt a die primo mensis Octobris usque ad diem 15. Novembris. Hodie tamen feriæ prædictæ ordinem mutarunt ex nova Pragmatica diei 17 Februarii 1779., qua sancitum fuit, quod Feriæ currerent in duabus partibus anni scilicet per totum mensem Maij, & a die prima Octobris usque ad diem quartum Novembris. Et ne dimineretur numeros dierum fastorum, aliqui dies nefasti Anni fuerunt facti juridici. Denique ne justitiæ cursus retarderetur, sancitum fuit, quod Regalis Camera S. Claræ tribus vicibus congregari deberet in Mense Maij, & tribus aliis diebus in Mense Octobris, quod extensum fuit ad Regiam Cameram Summariæ. M. C. vero in civilibus in primis quatuor diebus Maij congregari in Aula deberet ob causas exfractationis domorum, & duo judices duarum Aularum debent expedire causas, quæ dilationem non admittunt, & uniri in Aula ob expeditionem Preambulorum. Et demum M. C. criminalis bis in hebdomada congregari deberet in Aula, ut expedirentur causæ criminales. Igitur hac nova Pragmatica exularunt tot quæstiones inter Forenses agitatæ, an expediri possint in Feriis causæ alimentorum, absolutionis a juramento, Universitatum, an testes examinari possint, feriæ estivæ quare restituuntur, an appellari possit die feriato, & similes. Valet enim regula, quod die dominico, & cultui divino dicato nullus actus contentiosus fieri potest nisi periculum sit in moræ in aliix tamen diebus feriatie expediri possunt decreta Monitionum, & interlocutoria, & actus præliminares litium. Nec sufficit consensus Partium ut in istis diebus procedatur in causis ordinariis, quia Feriæ non tantum indictæ sunt ad comodum Partium, sed etiam ad quietem Judicum. Quod si una Partium secus fecerit, altera potest exceptionem Feriarum opponere, & cognitio differri debet post ferias, si vero hanc exceptionem non opponat, acta currunt *l. p. ff. de Feriis*. Et ratio assignatur a Caravita ad *Rit.* 143. 148. & 150., quia feriis hominum renunciari potest, & currunt sine protestatione, & exceptione. Cæterum hic sunt animadvertenda 1. quod feriæ mensis Maij, & Octobris currunt tantum in his Regiis Tribunalibus non in Regno 2. quod multæ Feriæ particulares introductæ sunt in multis locis in honorem Sanctorum, & servari debent consuetudinea 3. Etsi exceptio Feriarum sit dilatoria, potest tamen in quacumque parte judicii opponi ab Actore, & Reo quandocumque casus accident, & ideo a plerisque Forensibus inter exceptiones anomalas recensetur, *Altimar. de nullit. rubr. 9. quæst. 40.*

XVI. Diversæ sunt inter se hæ duæ exceptiones, *carentiæ* scilicet, & *incompetentiæ* actionis, & diversas effectus inducunt. Etenim carentia actionis dicitur quando a lege non est prodita actio, vel si prodita & nata, tollitur tamen ipso jure. Et nemo sine actione admittitur ad agendum *l. si quod de petit. hered.* Exceptio incompetentiæ actionis dicitur quando ex libello datur actio prodita a lege, sed parte opponente cessat exercitium propter exceptionem oppositam. Ideo hæ duæ exceptiones diversos pariunt effectus. Prima repellit actorem, & Judex etiam Parte non opponente ex officio potest supplere *l. ubi pactum C. de jur. cal.* secunda repellit quidem Actorem non ex defectu actionis, sed personæ agentis, & non opposita, Judex non tenetur repellere, & Acta valebunt *Muscatell. gloss. actionis*, quia hæc exceptio parte non opponente non procedit. Hæ duæ exceptiones possunt opponi in quacumque parte judicii, *Gallap. part. 2. c. 8. n. 46.*, & impediunt litis ingressum; verum non opponuntur post sententiam *l. cum. putarem ff. fam. erciscundæ*. Soleot tamen Procuratores, sive intelligant sive non vim dictarum exceptionam, illas non solum opponere, sed addere etiam cantilenam aliarum exceptionum notorii defectus juris agendi, & quod sua non interest, de quibus juvat aliqua dicere. Exceptio notorii defectus juris agendi est quædam generalia exceptio respiciens omnem & quemlibet notorium defectum circa actionem intentatam. Et credunt plerique Forenses *post Rovit. in Prag. 6. de ord. judic.* quod si opponatur simpliciter carentia actionis, poterit judex ad instantiam actoris, vel ex officio compellere Reum ut declaret exceptiones in facto consistentes, qua declaratione facta poterit cogi Actor ad probanda jura, quare exceptio carentiæ actionia non obstet, ut dixit *Franchis dec. 26.* servatum in S. C. Si vero excipiatur notorius defectus juris agendi, nullo modo poterit astringi excipiens ad faciendam dictam declarationem, quia se refert ad jus, & quatenus jus contineat. At inutilibus Forensium argutiis non est immorandum. Nam jus agendi, & actio idem sunt, cum actio sit jus *instit. de act. in princip.*, & jus agendi ponitur in actione ut genus, ideoque eodem modo, quo judex repellet carentem actione, repellet etiam excipientem notorium juris defectum, & carentiam actionis, cum validas exceptiones debeat admittere, & invalidas reijcere *Afflict. Consi. literas n. 5.* Similiter exceptio tua non interest comprehenditur in illa carentiæ & incompetentiæ actionis, nam

cujus non interest, eidem non competit actio *Dec. conf.* 302., *Gallup.* 2. *par. c.* 8. Non opus est igitur aliis exceptionibus, quando illæ carentiæ, & incompetentiæ omnes alias similes includunt.

XVII. Hostici exceptionem vulgo dicunt Forenses incognitam fuisse in jure Romano, a Langobardis introductam, & in formam a Friderico II. redactam, *Constantin. in Pragm.* 4. *de dilat.*, *Afflict. in Const. Hostici*, *de Marin. resol.* 74. At si de nomine agitur, non est dubitandum; si vero de exceptione ipsa, Romani absentibus Reipublicæ causa, & militibus in castris, vel in procinctu ad bellum, exceptionem comparendi sistendique in judicio dabant, quod notavit *Bartolus in l.* 49. *ff. de excus.*, *Anna allegat.* 5. Fridericus II. *in Const. Hostici exceptionem* statuit ad exemplum Ulpiani in *l. cum non temere ff. de judic.*, quod miles in exercitu proprii Principis, aut in procinctu discedendi ad exercitum, per dies quindecim ante discessum, & per alios dies quindecim post reditum gauderet privilegio non comparendi in judicium, nec compellendum esse ad Procuratorem constituendum, & opponendo hostici exceptionem omnia judiciarius actus suspenderetur. Quod si Actor & reus sint in exercitu, hæc exceptio obstare non poterit. Forbanniti etiam propriis expensis servientes in bello hujusmodi exceptione gauderent, dummodo intra annum ab accusatoribus non sint conventi, non autem forjudicati, quia æstimantur ut mortui. Quæ Constitutio limitata fuit a Rege Roberto *in Capit. inter belli discrimen*, & *in cap. si Comes*, scilicet quod opponere illam non possit miles qui in exercitu, aut in procinctu discedendi ad exercitum, possessorem vi a feudo dejecisset. Est igitur exceptio hostica dilatoria, quæ opponitur a milite per quindecim dies antequam discedat, & per totidem quindecim dies post regressum a bello, ut procedi non possit in ejus causa. Et illam opponere potest quilibet consanguineus, & excusator, *Amendola ad Franch. dec.* 286., *Anna allegat.* 75. Et extenditur etiam ad uxorem militis, quando in castris cum viro moratur, vel in causa dotis a milite viro possessæ, *Gallup. part. p. cap.* 6., *Capyc. dec.* 74. Opponit etiam miles valide hanc exceptionem contra Uxorem agentem pro recuperatione dotis, *Afflict. ad d. Constit. n.* 20., quia miles dicitur absens Reipublicæ causa *l. milites ff. ex quib. caus. major.* Non habet tamen locum prædicta exceptio, si miles non est in exercitu proprii Principis, vel si ivit ad bellum non submonitus, non citatus, neque coactus, & missus per Curiam, *de Franch. dec.* 286., *Staiban. resol.* 66. Et hic non prætermittenda est hallucinatio nostrorum Forensium, qui fatendo hanc exceptionem impedire liquidationem instrumenti, & obligationis penes acta, negant opponi posse contra Ecclesiam, & Ecclesiasticas personas, & contra instrumentum censuale juxta Bullam Pontificiam, *Marinis lib.* 2. *resol.*, *de Franch. dec.* 286., *Staiban. observ. ad resol.* 66. Ratio hallucinationis fuit, quia crediderunt hanc exceptionem non a jure civili, sed a jure municipali introductam, quod tollere non potest jura Ecclesiæ, & Clericorum. At cum Clerici legibus patriis sint obnoxii, ut alio loco animadvertimus, & Constitutio Friderici sit generalis, merito hæ opiniones exularunt, & deridentur.

XVIII. Cum judex competens sit ille qui reum coercere potest, consequens est ut Actor debeat sequi forum rei *l.* 2. *Cod. jurisd. om. jud.* Forum est aut generale ratione domicilii, & originis, aut speciale ratione contractus, rei sitæ, continentiæ causæ, & prorogatæ jurisdictionis. Forum domicilii erat apud Romanos aut commune, aut proprium. Commune omnium Civium erat Roma, quam omnes ut majorem patriam venerabantur, *Cicer. de leg.* 2. *p.*, *l.* 3. *ff. ad municip.*. Hinc Civis ubicumque lares posuisset, Romæ tamen deprehensus, forum ibi agnoscere tenebatur *l.* 26. *ff. de judic.* Proprium domicilium erat voluntarium, aut necessarium. Voluntarium, ubi quis sponte habitare volebat, necessarium, ubi degere debebat, veluti Legati, relegati, senatores municipales, & hi conventi jus habebant revocandi domum. *l.* 27. *ff. ad munic.*, *l.* 11. *ff. de Senator.*, Alterum forum generale erat originis. Municipes enim tametsi Romam, vel alio migrassent, quia in municipio jura retinebant, ibi forum agnoscere tenebantur, unde Pater, vel Patronus essent oriundi *l. p.*, & 6. *ff. ad municip.* Nulla maternæ originis habebatur ratio, exceptis Iliensibus, Delphicis, & Ponticis, qui maternum forum sequebantur *l. p. ff. ad munic.* Ilienses a Minervæ Iliensis veneratione, Delphici a Pythia, Pontici ab Amazonibus, ut suspicatur Gothofredus *ad l.* 51. *Cod. Theod. de decurion.* Speciale forum erat illud contractus *l.* 19. *ff. de judic.* Et ex privilegio causæ status *l.* 3. *C. ubi caus. stat.*, & causæ Mercatorum. Hi omnes conventi in alio Foro exceptionem habebant juris revocandi domum. In Regno nulla est major Patria, nullus usus fori originis, sed prævalet forus domicilii, & ideo in primis causis reus coram judice ordinario est conveniendus, & si alibi conveniatur, potest opponere exceptionem juris revocandi domum, *Pragm. querula tit. ubi de delict.* Domicilium autem quamvis acquiratur habitando in aliquo loco animo permanendi, ex causa officii, vel alterius lucri, & requiratur spatium decem annorum ad illud contrahendum in dubio, *Gallup. p.* 2. *c.* 6., sufficit tamen quoad forum unus dies cum animo ibi permanendi ex dispositione *d. Pragm.* Uxor etiam convenienda est in foro viri, & quamvis Pragmatica de illa non loquatur, servatur tamen jus comune *Auth. offeratur Cod. de lit. contest*, etiamsi sit Neapolitana quæ exterum duxisset *Franch. dec.* 416. Vidua similiter, qui retinet domicilium viri mortui *l. filii ff. ad munic.*, *Franch. dec.* 363., in foro viri est convenienda. Hæ personæ exceptionem juris revocandi domum habent. Limitatur regula in causis privilegiatis, ut causæ feudales, & rationis computorum. Limitatur etiam in Personis privilegiatis, de quibus capite sequenti est dicendum.

Porro exceptio ista *juris revocandi* domum potissimum gaudent legati, quibuscomque titulis adpellantur & distinguuntur. Sed ratio hujuscemodi exceptionis non a Jure *Romanorum*, sed Gentium erit arcessenda. Sane non subditum foro nostro subiicere non possumus. Legatus non est civis, non incola, non domicilium, hoc est, rerum aut fortunarum suarum sedem ad nos transfert: apud nos tantummodo moretur, ut agat rem Principis sui. Hanc rationem his verbis expressit *Grotius de J. B.*, & *P. Lib.* 2. *Cap.* 18. §. 4. *num.* 5. *Placuit Gentibus ut communis mos, qui quemvis in alio territorio existentem ejus loci territorio subiicit, exceptionem pateretur in Legatis, ut, qui sicut fictione quadam habentur pro personis mittentium, ita etiam fictione simili constituerentur quasi extra territorium: unde & Civili Jure Populi, apud quem vivunt, non tenentur.* Sed si hac lege venerint, ut sint foro nostro subjecti, consensisse videntur in eum, *L.* 2. *in princ. D. de Judic.* Ubi nihil convenit, est pro eorum exemtione Jus Gentium servandum. Hinc pro debiti solutione nec mobilia capienda, nec personæ compellendæ: compellandi sunt amice, & si detrectent, monendus is qui misit, ita ut ad postremum usurpentur ea, quæ adversus debitores, extra territorio positos, usurpari solent, ut advertit idem *Grotius loc. cit.* §. 9. Plurimis id adstruit *Huberus Prælat. in Pand. Tit. de in jus vocendo, Sect. de Arieste personar.*. Verum duo ut indubitata sunt tenenda: primum nempe legatos, ubi de ære alieno, de testimonio dicendo, aliisque id genus litigatur, ordinariæ non subiici jurisdictionis; alterum uti posse *exceptione juris revocandi domum*, si in eos actio apud proprii territorii Judicem tentetur, ad finem protelandi usque ad ejus in Patriam reditum.

CA.

C A P U T II.

De Decretis fori exceptionem declinatoriam respicientibus.

DISTINCTIO PRIMA.

S U M M A R I U M.

1 *Potestas Imperatori, & Regibus in Laicos a Deo tributa est, ac Summo Pontifici in Clericos.*
2 *Judices judicando Dei Ministri dicuntur, & sententia justa a vultu Dei prodire videtur.*
3 *Judex quando sit competens, vel incompetens, tum ratione causæ, tum personæ, exponitur.*
4 *Judicis competentia, vel incompetentia unde descendat. Aut temporanea est, aut perpetua, prorogabilis, aut non.*
5 *Decretum, quo dicitur:* Præsens causa remittatur ad Curiam Capuanam, &c. *quibus nitatur juribus.*
6 *Actor cur sequi cogatur forum rei, & in quibus casibus hoc regula locum habeat, & n. 42.*
7 *Exceptio declinatoria etiam in S. C. Tribunali Supremo opponi valet.*
8 *Exceptio fori declinatoria quando dicatur temporanea.*
9 *Partium consensu tacito, vel expresso prorogatur.*
10 *Declinatoria fori nequit opponi post litem contestatam, & quare, & num. 27.*
11 *Privilegiatus an post litem contestatam fori declinatoriam opponere possit remedio restitutionis in integrum, & variæ DD. sententiæ referuntur, & num. seqq.*
12 *Minor ob læsionem restituitur.*
13 *Personæ miserabiles privilegio eis concesso cur nequeant renunciare.*
14 *Personæ miserabiles possunt in qualibet judicii parte forum variare.*
15 *Privilegiatus num in causa criminali forum variare queat.*
16 *Quænam personæ privilegiatæ secundum affirmativam DD. opinionem post litem contestatam forum valeant declinare?*
17 *Decretum, quo dicitur:* N. N. remittatur una cum actis &c. *in causa criminali profertur.*
18 *Decretum:* Visis actis, M. C. &c. *quando interponatur, & num. seq.*
19 *Causæ, quæ non avocantur a M. C. recensentur.*
20 *Commissarius generalis causarum M. C. inhibere non potest, si in generali commissione desit clausula* etiam cum potestate avocandi.
21 *Inhibitio non habet locum in causis, quæ 60. ducatorum summam non excedunt.*
22 *Inhibitiones semper expediuntur cum clausula,* dummodo non agatur de causa executiva.
23 *Praxis declinandi forum ob litis pendentiam coram alio Judice, ex quibus juribus oriatur, & in qua ratione fundetur.*
24 *Litis contestatio in causis civilibus ordinariis fit per termini impositionem, in executivis, intimato primo præcepto.*
25 *In causis, in quibus non fit litis contestatio, primus actus contestationis loco habetur.*
26 *Litis contestatio judicii est fundamentum, ejusque effectus.*
28 *Decretum, quo dicitur:* Procedatur in S. C. petita remissione ad Curiam, &c. *quando interponatur, ejusque praxis ex quibus emanet juribus, & num. 29.*
30 *Viduæ, ac pupilli cur miseratione digni sint.*
31 *Pupillorum, & Viduarum peculiaris protector est Deus.*
32 *Personæ privilegiatæ quæ sint, ab Auctore recensentur.*
33 *Mulier absentem, & inutilem virum habens vidua dicitur.*
34 *Neapolitani si domicilium alibi faciunt, ibique delinquant, fori non habent privilegium.*
35 *Appellatione viduæ venit virgo, & n. 37.*
36 *Virgo patrem habens num fori privilegio gaudeat, DD. opiniones referuntur cum Auctoris sententia, & num. seqq.*
38 *In bonis profectitiis pater est dominus, in adventitiis usufructuarius, & legitimus administrator.*
39 *Virgo non potest dici miserabilis, sed ob sexus imbecillitatem alieno præsidio indiget.*
40 *Paterno amore, & consilio nil potius.*
41 *Vidua, aut virgo patre orbata post litem contestat. in nuptui tradita, fori electi privilegium non amittit, secus lite nondum contestata, displosa Carlevalis contraria sententia.*
43 *Electio fori ut locum habeat, quæ requirantur.*
44 *DD. de juramento prohorrescentiæ tractantes indicantur.*
45 *Praxis decreti, quod in electione fori profertur.*
46 *Electio, sive variatio fori potest fieri per procuratorem speciale mandatum habentem de præstando perhorrescentiæ juramento, vel mandatum generale cum libera.*
47 *Variatio a Curia superiore ad inferiorem in criminalibus non admittitur, reo in fortiis non existente, juxta Auctoris sententiam, & quare, ut num. seqq.*
48 *Reipublicæ expedit, ne crimina remaneant impunita.*
49 *Exceptio fori, utraque parte privilegiata, minimè conceditur, præterquam Curiali, modo non agat jure cesso ex causa lucrativa, ut n. 50.*
51 *Curialis qui dicatur.*
Personæ miserabiles agentes ex cessione, seu donatione lucrativa non gaudeant fori privilegio.
52 *Conventus ex contractu paterno forum non declinat.*
53 *Electionis decretum, existente contradictore dato termino, non existente sine termino profertur.*

Die &c. præsens causa remittatur ad Curiam Capuanam e. g., quæ procedat, & justitiam faciat *vel dicitur.*

Die &c. N. N. remittatur una cum actis ad Curiam Capuanam, quæ procedat, & justitiam faciat.

Die &c. visis actis eadem M. C. procedat, & justitiam faciat, literis inhibitorialibus expeditis non obstantibus.

Die &c. procedatur in S. C. petita remissione ad Curiam N. N. non obstante.

1 PRo generali dictorum decretorum explicatione sciendum est, quod omnis potestas a Deo est, & hæc Imperatori, & Regibus tributa in laicos, ac summo Pontifici in clericos, ut in *can. cum ad verum 6., & can. si Imperator 11. dist. 96. can. quæsitum 23. quæst. 4. l. 1. in princ. C. de vet. jur. enucl.* a quibus alii jurisdictionem recipiunt: hinc Judices in justitia ad-
2 ministranda Ministri Dei dicuntur, ut in *can. qui malos 29. 23. qu. 5.* atque adeò justa sententia a vultu Dei quodammodo prodita videtur, sicuti colligitur ex *cap. ut nostrum 50. de appell. cap. ut nostrum 1. ut Eccles. benef. sine &c.*

Porrò Judex vel est competens respectu causæ, & per-
3 sonæ tum in civilibus, tum in criminalibus; in civilibus conventum absolvendo, vel condemnando ad aliquid præstandum, vel solvendum, cumque etiam juris ordine in carcerem detrudendo; in criminalibus in carceres aliquem conjiciendo, & puniendo usque ad capitalem pœnam pro delicti mensura; aut est incompetens ratione causæ tantum, ut puta in causis feudalibus, in quibus Regia Camera, si fiscus habeat interesse, est Judex competens, S. C. ubi fiscus interesse non habet, ac M. C. civilis in causis civilibus, præsertim præambulorum, M. C. criminalis in causis criminum: vel est incompetens tum ratione causæ, tum personæ, quando neque in causa, neque in personam, quà civiliter procedendo, quavè criminaliter
4 puniendo jurisdictionem habet. Hæc autem Judicis competentia, vel incompetentia descendit aut ex lege, aut ex privilegio. Item temporanea est, aut perpetua,

 vel

vel est prorogabilis, aut non prorogabilis, ut in ex-
plicatione decretorum palam fiet.

Primum igitur decretum fundatur de jure communi in
5 *l. 2. C. de jurisdict. omnium Judicum*, in *l. 2. C. ubi*,
& apud quem cognitio in integrum &c. & in *l. 3. C.*
ubi in rem actio, *& in cap. cum sit generale extrà de*
foro competenti cum concord. ex quibus juribus consti-
tuitur protrita illa regula, quod actor sequi debeat
6 forum rei, ne reus extra proprium domicilium incom-
modis, & impensis gravioribus defatigetur, proce-
ditque nedum in causa civili, sed etiam criminali, *l.*
in criminali 5. C. de jurisdict. omn. Jud. de jure au-
tem regni extant Regiæ *Pragm.* in causis civilibus 3.
de officio S. R. C. quæ incipit, *Nos autem in primis*
causis, & 81. *eod. tit.* §. 6. quibus cautum reperitur,
quod rei non evocentur ab eorum foris, nisi ex pri-
vilegio trahentium, & in causis criminalibus alia
Pragm. quæ incipit, *Querula sub tit. ubi de delicto*
quis conveniri debeat.

Itaque conventus etiam in S. C., quod Tribunal Supre-
7 mum esse neminem latet, exceptionem hanc declina-
toriam opponere valet: verum hic animadverto, quod
hæc exceptio, quæ fori declinatoriam respicit, tum
8 dicitur temporanea, cum a sententia interposita in
causa, quæ remittitur, gradatim, scilicet ad Regiam
Audientiam primò, si est in Provincia, dein ad Ma-
gnam Curiam, postremò ad idem Sacr. Consilium, a
quo fortassis causæ remissio fuit petita, & obtenta;
amplius hæc exceptio prorogari potest partium con-
sensu *l. 1. C. de jurisd. omn. judic. l. 1. & 2. §. conve-*
9 *nire D. de judiciis*, nedum expresso, sed etiam tacito,
ut cum partes sciant ipsis competere exceptionem de-
clinatoriam, eam non opponunt ante litis contestatio-
nem, vel immediatè post, *l. sed & si suscepi 52. D.*
de judiciis; Maraota in suo *speculo aureo prax. civil.*
par. 4. dist. 12. Alex. in *l. fin. num. 6. D. de jurisd. omn.*
jud. Paris de Puteo *de Syndic. in V. instrumentum num.*
1. fol. mihi 148. Merolla in *Theol. moral. lib. 3. disput.*
7. cap. 1. dub. 14. num. 299. & seqq. Lite enim conte-
10 stata hujusmodi exceptio opponi nequit, *l. pen. D. de*
jurisd. omn. judic. l. nemo post litem C. eod. tit. l. fin.
Cod. de except. & ratio a priori est, quia per litis
contestationem videtur judicium jam formatum, & Ju-
dici radicata jurisdictio; unde declinatoria non esset
11 sine ejus contemptu. Verum revocatur in dubium, an
hæc exceptio post litem contestatam remedio resti-
tutionis in integrum conveniat personæ privilegiatæ,
veluti minori &c. qua in re DD. inter se dissentiunt:
mordicus negant Baldus in *l. scio D. de in integr. re-*
stit. & in *l. peremptorias C. sententiam rescindi non pos-*
se, Covarr. *pract. qu. cap. 26. vers. Quintò in ejusdem*,
Franc. Caldas Pereira in *repetitione leg. si Curatorem*
habens vers. vel adversarii dolo num. 11. fol. 222. col. 2.
cum seq. C. de restitution. in integr. Capyc. *decis. 13.*
qui complures alios DD. congerunt, D. Præses de
Franch. *decis. 439. num. 1.* Innoc in *cap. coram super*
V. justam de in integrum restit. Andr. in *constit. Regni*
incip. *obscuritatem in princ. vers. majus autem* Musca-
tell. in *praxi par. 2. glos. competentes num. 35.* Rovit.
in *pragm. 1. de minor. num. 20.* de Marin. *lib. 2. reso-*
lut. 196. num. 1. & 2. ex eo quod hæc exceptio decli-
12 natoria non tangat negotium principale, in quo ve-
rum interesse consideratur; & minor, sive persona
privilegiata restituitur ratione læsionis, quæ in hoc
casu non magni momenti est; parum enim refert,
quod quis coram uno vel alio judice litiget, cum ne
minimum quidem justitiæ præjudicium afferatur: affir-
mant vero Specul. in *tit. de restit. in integrum §. 1.*
num. 35. Redoan. *de reb. Eccles. non alien. in tit. de*
restit. in integrum qu. 78. cap. 6. num. 6. Thesaur. *decis.*
277. num. 6. Nevizz. *in Sylva nupt. lib. 6. num. 38.* Ca-
ravit. *Rit. 231. num. 5. & 6.* aliique DD. quod pro-
13 bare contendunt; primò, siquidem viduæ, pupilli,
atque aliæ personæ miserabiles privilegio eis concesso
renontiare nequeunt, cum miserationis intuito fuerit
datum, Felin. in *cap. si diligenti vers. tertium corolla-*
rium num. 16. de foro compet. Rebuff. in *Constitut. Franch.*
tract. de sentent. provision. art. 3. glos. ult. vers. postre-
mo; secundò, quandoquidem hæ personæ possunt fo-
14 rum variare in qualibet judicii parte, Franch. *decis.*
100. num. 10. & decis. 64. num. 2. Viv. *decis. 521.*
num. 17. Novar. in *pract. elect. for. tom. 1. sect. 1. qu.*
25. & in *collect. super pragmat. 2. tit. ubi de delicto*
quis conveniri debeat num. 27. alioquin privilegium ni-
hil operaretur, quia si non declinaret, perinde habe-
15 retur ac si persona privilegiata non esset, quod contra-
ra dici non potest: quæ opinio, attenta praxi, non
procedit in causa criminali, si in fraudem fisci varia-
tio fiet. Alii vero DD. ad Judicis arbitrium dubii
resolutionem remittunt, inspecta læsionis qualitate, ut
notat D. Præses *decis. 439. num. 7. ubi & fuit conclusum*
hoc esse arbitrarium Judici, & non esse differentiam inter
dilatoriam, & peremptoriam, sed inter læsionem, & læ-
sionem, quam opinionem novissimè etiam tenet Joann. Gutt-
tierez Hispan. in tract. pract. qq. lib. 1. qu. 52. per tot.
fol. 115. & ex Stott. Oddo *de in integrum restit. par. 2.*
qu. 64. art. 9. num. 39. & Cancer. *lib. 2. variar. c. 2.*
de minor. num. 302. notat Rev. de Luca *in observat. ad*
d. decis. num. 2. denegatur quippe restitutio in inte-
grum, si Judex cognoscit, quod ipsam petens non bo-
nam foveat causam, vel si valde jus actoris elidere-
tur deterius, atque adeò completo examine, vel com-
pilato processu defatigaretur actor, & judex eludere-
tur; secus si damnum, ac præjudicium emergeret pri-
vilegiato: verum si secundam opinionem affirmativam
cuiquam amplecti libeat, adverte, quod illa procedit
16 quoad eas personas, quæ hoc privilegium habent in
corpore juris clausum, & facultatem eligendi, & va-
riandi; non autem quoad eas, quæ privilegio exemptio-
nis gaudent, non tamen eligendi, & variandi forum.

Secundum decretum, quo dicitur: *N. N. remittatur und-*
17 *cum actis &c.* interponitur in causa criminali. Ter-
tium verò, quando reus conventus in M. C. quodam
quæsito colore, ut judicium effugiat, comparet in S. C.,
18 vel quum actor primò comparuit in M. C., ut reum
defatigaret, tum comparet in S. C. & obtinet inhibi-
toriam in forma, quod *M. C.*, sive *alia Curia non*
procedant, & acta, si quæ sint, ad S. C. transmittant;
19 causæ vero apocharum Bancalium, pacti executivi,
obligationis penes acta, literarum cambii, instrumen-
ti liquidationis, confectionis præambulorum, & ex,
quæ dependent ab executoriis vigore Consuetudinis,
non avocantur a M. C.; ideoque decretum interponi-
tur: *Visis actis, M. C. procedat, & justitiam faciat,*
literis inhibitorialibus expeditis non obstantibus; & fun-
datur in *Pragm. 83. de offic. S. R. C.* Item hoc decre-
tum pronunciatur, quando inhibitiones expediuntur a
Commissariis generalibus aliquarum artium, si causa
20 in M. C. introducta non pertinet ad artis exercitium;
neque Commissarius generalis causarum M. C. inhibe-
re potest, si in generali commissione non legatur clau-
21 sula, *etiam cum potestate avocandi*, ut in dict. *Pragm.*
83. Præter hæc inhibitio locum non habet in causis,
quæ summam ducatorum sexaginta non excedunt, co-
jusmodi cognitio spectat ad M. C. ut sancitum est in
pragmat. 3. §. 3. de offic. S. R. C. ideoque in inhibi-
tionibus, quæ in M. C. a Magistris actorum expe-
22 diuntur, additur clausula, *dummodo non tractetur de*
causa executiva.

Rursum conventus forum declinare potest propter litis
pendentiam, ut quando actor coram uno Judice actio-
nem intentat, quoad vero dependentia ab eadem velit
coram alio litem prosequi; nam producta hujusmodi
litis pendentiæ fide, decernitur, quod coram primo
23 procedatur: quæ praxis descendit ex text. in *l. ubi*
captum D. de judic., & in ratione fundatur, ne con-
tinentia causæ, & judicium dividatur, *l. 1. & 2. D.*
de quibus reb. ad eund. Jud. eatur, *l. nulli 10. C. de*
judic., *leg. omnes 5.* ubi Dionys. Gothofr. *lit. H. C.*
arbitr. tut. quippe magnum esset absurdum, ut unus
Judex condemnaret, alter absolveret; & contrariæ
sententiæ ferrentur in una eademque causa, citat. Dio-
nys. Gothofr. in *d. l. 1. lit. H. D. de quibus rebus*, *&c.*

Ultimò hic meminisse dissentaneum non erit, quod hæc
exceptio declinatoria ante litis contestationem (quæ
24 in civilibus causis ordinariis dato termino expletur;
in causis verò executivis ab intimatione primi præce-
pti) opponi debet, & in omnibus omninò causis sum-
mariis, statim ac merita causæ agitari, tractarique
per procuratorem incipiunt, Bart. in *l. nulla dubita-*
tio C. de procurat. per d. tex. siquidem litera non di-
cit, *post litem contestatam*, *sed post causam in judicio*
agitatam procurator dominus litis efficitur; Bald. *ibi-*
dem num. 3. vers. quæris Bartolus quid in causis, in
quibus non contestatur lis, Alberic. in *eod. l. num. 1.*
vers. quid de causis summariis, Pauli de Castro, Ale-
xan. Jason. & Barbos. in *tit. l. num. 5.* idcirco in hisce
causis,

25 causis, in quibus non fit litis contestatio; primus
actus, quo Judex de meritis incipit cognoscere, con-
testationis loco habetur, Consil. Carleval. de judic.
disp. 4. tom. 2. num. 8. Trentacinq. var. resol. lib. 2.
resol. 4. num. 2. de procurat., atque alii. Quid autem
26 sit peragendum defuncto principali, incerto herede re-
licto, alibi videbimus. Ceterum nemo est, qui igno-
ret, litis contestationem judicii esse fundamentum, l.
unica C. de lit. contest. DD. in l. 1. C. de judic. Cu-
jac. in l. 14. quæst. Papin. ad l. 15. §. 1. D. de inoffic.
testam. fol. mihi 357. lit. D. in fin. tunc autem Judex
de meritis causæ cognoscere incipit, l. 1. ubi Dionys.
Gothofr. lit. V. D. de lit. contest. ac reus videtur in
Judicem consentire, eumque adprobare, l. apertissimi
16. ubi Dionys. Gothofr. lit. Z. C. de judic. idedque
27 secuta jam litis contestatione, ne Judex contemnatur,
& actor defatigetur, declinatoria prædicta minime op-
poni potest, l. præscriptiones ult. C. de exceptionib.
Quartum decretum, quod procedatur in S. C. petita re-
28 missione ad Curiam N.N. non obstante, profertur, quo-
ties actor facultatem habet eligendi forum, vel decli-
natoriam à reo oppositam elidit ex privilegio: quo
fit, ut reus ad actoris forum trahatur; & hæc est li-
mitatio illius regulæ, quod actor sequi debeat forum
29 rei: quæ praxis oritur ex textu in l. unica C. quan-
do Imperator inter pupillos, & viduas, vel miserabiles
personas, &c. cujus verba hæc sunt: si contrà pupillos,
vel viduas, vel diuturno morbo fatigatos, & debiles
impetratum fuerit lenitatis nostræ judicium: memorati à
nullo nostrorum Judicum compellantur comitatui nostro
sui copiam facere, quinimo intrà Provinciam, in qua li-
tigator, & testes vel instrumenta sunt, experiatur jur-
gandi fortunam, atque omnis cautela servetur, ne termi-
nus Provinciarum suarum cogantur excedere: quod si pu-
pilli, vel viduæ aliique fortuna injuria miserabiles ju-
dicium nostræ serenitatis oraverint, præsertim cum alicu-
jus potentiam perhorrescunt, cogantur eorum adversarii
examini nostro sui copiam facere; & ex Constitut. Re-
gni, quæ incipit, Statuimus, ut M. C. ibi: nec non
& miserabilium personarum, quarum est privilegium fo-
rum eligere, corporali præstito sacramento, quod adversa-
riorum suorum forte potentiam perhorrescunt, causas au-
diat, & justitia mediante decidat; nec immeritò pu-
pilli, & viduæ inter miserabiles personas annumeran-
30 tur: pupilli, quoniam hi patre carent, paternoque
subsidio, & assiduè cum Regio Propheta in Psalm.
116. exclamant: custodi nos Domine, ut pupillum ocu-
li; pupillus enim juxtà Isidori etymon a pupilla hu-
mani oculi nuncupatur, ut eadem profectò cura pupil-
li custodiantur, qua pupillæ: quis autem non videt,
quàm solerter, ac mirificè natura providerit, ut oculi
tuti esse possent, teste quoque D. Basilio in Hom. 11.
exam.: Viduæ, quod à statu maritali ceciderint, quo
mariti dilectione; aliisque conjugalis vitæ commodis
perfruebantur; quamobrem dicitur, Deum pupillorum,
31 viduarumque peculiarem esse protectorem in Exo. cap.
22. num. 22. ibi: viduæ, & pupillo non nocebitis, si
læseritis eos vociferabuntur ad me, & ego audiam cla-
morem eorum, & indignabitur furor meus, percutiamque
vos gladio, & erunt uxores vestræ viduæ, & filii vestri
pupilli, & Isa. cap. 1. num. 17. Judicate pupillo, de-
fendite viduam.
Personæ autem privilegiatæ non solum dicuntur pupilli,
32 viduæ, debiles, & alii diuturno morbo exagitati, sed
omnes, ad quorum miseritudinem sublevandam natura
movemur, ut arbitrantur Innoc. in c. significantibus de
offic. deleg. Bartol., aliique DD. in d. l. unica ex ver-
bis illis: aliique fortuna injuria miserabiles; hinc eo-
dem gaudent privilegio mulieres nuptæ inutiles viros
habentes, teste Caravita Ritu 19. num. 22. captivos
ab hostibus, ad triremes damnatos, vel ad perpetuos
carceres, Viv. decis. 197. num. 1. Costa in tract. de re-
trotract. cap. 2. monit. 2. num. 12. pag. mihi 465. 1. col.,
vel deportatos, Rebuff. in comment. l. malum 242. §.
viduam vers. item licet D. de V. S. quamobrem talis mu-
33 lier absentem, & inutilem virum habens vidua dici-
tur, teste Gonzalez in lib. 1. Decretal. tit. 7. num. 4.
lit. J. ex Feliciano Vega in cap. ex tenore n. 15. de
electione. Pauper, & Inops, qui non habet unde vi-
vat, Orphanus, Peregrinus, & Advena, Mercatores,
qui in itinere præ vectigalibus gravantur, Agricolæ,
Rustici, Scholares, Meretrices, Expositi, Liberti Ec-
clesiæ, publici Pœnitentes, recens ad fidem Conversi,
a dæmone Obsessi, Decoctus sine fraude, Cæcus, Pro-
digus, & Mentecaptus: idem habent privilegium Ci-
vitas, Universitas, Resp., Ecclesia, Monasteria, Loca
pia, Confraternitates, Collegia, Hereditas jacens,
Clerici litigantes pro rebus Ecclesiæ, vel si agant pro
injuria sibi allata, vel pro rebus, ad quarum titulum
sunt ordinibus initiati, ut videre est penes D. Consi-
liar. Altim. in addit. & observ. ad dec. 49. D. R. Ro-
vit.: item Neapolitani ex Rit. 201. ac etiam exteri
Neapoli incolæ animo permanendi, vide Francisc. de
Petris cons. 15. per tot. & præsertim num. 9. Ursill. ad
Afflict. decis. 384. num. 5. Grammat. decis. 67. verum si
34 Neapolitani domicilium sibi faciant, ibique delin-
quant, fori privilegio minime gaudent, & carcerati
remittendi sunt ad locum, ubi deliquerunt, & ita de-
cisum per S. C. testatur Michael Angelus Gizz. in
observat. ad decis. Capic. Latro 54. quemadmodum in
nostra pariter Aula nuperrime fuit pronuntiatum: Cu-
riales, ut de jure Regni per Rit. 228. 229. 232. &
35 233. necnon Virgines, cum appellatione viduæ ve-
niat virgo, ut ex text. in l. malum 242. §. viduam
D. de V. S. cujus verba hæc sunt: Viduam non solum
eam, quæ aliquando nupta fuisset, sed eam quoque mu-
lierem, quæ virum non habuisset, appellari ait Labeo;
quia Vidua sic dicta est, quasi vecors, vesanus, qui
sine corde, aut sanitate esset: similiter viduam esse di-
ctam sine ducatu; ex quo apertè deducitur, viduam
eam quoque appellari, quæ virum nunquam habuisset.
36 At revocatur in dubium, an hoc privilegium compe-
tat Virgini patrem habenti, & Doctores in contra-
rias scinduntur sententias; alii enim affirmant, alii
negant, aliique distinguunt: qui affirmant, fundantur
in supradicta ratione, quia nomine viduæ venit vir-
go; & sicut viduæ competit electio fori etiam patrem
habenti, ita & virgini, & ex eo, quod utraque indi-
geat alieno consilio, & auxilio propter sexus imbe-
cillitatem, & hi sunt Isern. in Constit. Regni incip.
statuimus vers. quid si virgo, vel vidua Afflict. ibid.
qu. 19. num. 8. D. Præses decis. 100. Consil. Carleval.
de judic. disp. 2. qu. 6. Pratus in addit. ad Muscatell.
in praxi par. 2. glos. competentes a num. 71. & 72. &
lib. 1. discept. forens. cap. 13. atque alii innumeri ab
eo congesti; pro qua sententia existunt decisiones S. C.
altera relata a D. Reg. Rovito decis. 49. d. altera a
D. Consil. Prato dec. 13. & a Thoro in compend. dec.
p. 3. vers. electio fori fol. 364. & fol. 365. col. 2. & alia
decisio Senatus Sardiniæ penes Dexart 72.
Qui oppositam sustinent sententiam, moventur ex eo,
quia præcitata jura de virgine non loquuntur; & quam-
quam nomine viduæ, juxtà Jurisconsulti placitum in
37 citat. l. malum veniat virgo; rei veritate perperam
comparantur, cum vidua sit, quæ virum habuit, &
quia virgo, si patrem habeat, defensore non caret:
hi sunt Rebuff. in comment. ad l. malum 242. §. vi-
duam vers. ex quo infertur Horat. Viscont. in addit.
ad D. Præs. dec. 100. Jo: Baptista Thoro in suo com-
pend. decis. Neapol. tom. 1. in v. virgo patrem habens,
Lagan. in addit. ad Rovit. in Pragm. 1. de remiss. caus.
Reg. Capyc. Latro. dec. 54. num. 5. atque alii; extant
quoque S. C. decisiones ab eod. Thoro memoratæ in
compend. decis. tom. 3. p. 3. in ver. virgo, quæ patrem ha-
bet, & adest non absimilis decisio Senatus Lusitaniæ
penes Cabed. 180. lib. 1.
Inter has duas discrepantes opiniones, mediam, uti ve-
ritati magis consonam ex animo amplector: aut loqui-
mur de civilibus causis, & in his, sive agatur de bo-
nis profectitiis, sive de adventitiis; dubio procul ele-
ctio Virgini puellæ non competit, cum in hujusmodi
bonis patris potius interesse consideretur, quam filiæ;
38 siquidem in profectitiis pater est dominus, in adven-
titiis est usufructuarius, ac legitimus administrator, l.
cum oportet 6. §. non autem, l. cum non solum 8. §. ubi
autem C. de bon. quæ liber. l. 1. C. de bon. matern.
Capiblanc. super Pragm. de Baron. par. 2. cap. 44. num.
14. adde Reg. de Marin. lib. 1. resol. jur. cap. 338.
39 Præterquam quod nequit virgo dici miserabilis, sed
tantum ob sexus imbecillitatem alieno præsidio indi-
get; adeoque si patrem habeat, non est cur electione
fori fruatur; hic enim paterna usus industria, ac solli-
citudine in civilibus causis filiam tutatur, ac defensat;
exploratum namque habemus, nihil aut esse, aut fingi
40 posse paterno amore, & consilio fortius, nil potius,
nil antiquius, l. iste quidem §. ult. D. quod met. causa,
l. non solum 67. §. de uno in fin. D. de rit. nupt. l.
falsus 11. §. Julianus D. quod fal. tut. auth. leg. cum
su-

furiosus 7. C. *de Cur. fur. vel prodigo*, *l. nec in ea* 22. §. *fin. D. ad l. Jul. de adult. l. cum pater* 77. §. *mando D. de leg.* 2. aut de re criminali agendum sit; & tunc inspici debet, num filia suam, an suorum injuriam prosequatur: si suam, scilicet principaliter sit offensa per stuprum e. g. & ipsa quamvis in patria sit potestate, fori electionem habebit juxta doctrinam Caroli Orilia in *observat. ad resolut.* 8. *Campanæ num.* 7. *circa fin.* sin autem suorum, nimirum de vindicanda fratris, aut alterius conjuncti morte, & pater negligens sit in accusando, electio ipsi filiæ competit; cum jus istud accusandi ad eam quoque pertineat, D. Rovit. *decis.* 49. *num.* 12., idem de Marin. & Capiblanc. *loc. cit.* Campan. *inibi in fin.* quamvis hoc in casu Capiblancus de patris negligentia ne verbum quidem faciat.

Quin etiam in civilibus causis si vidua, aut virgo patre 41 orbata Tribunal quoddam elegerit, & post litem contestatam viro nupserit, privilegium non amittit, & reus conventus, seu Baro neutiquam est audiendus, testibus D. de Marin. *c.* 343. *a num.* 1. *ad* 7., & Gizz. *observ. ad dec. Cap. Lat.* 54. *num.* 6. secus autem si lis nondum fuerit contestata; quamvis enim vidua, vel virgo viro nuptui tradatur, re tamen integra reus minime trahi cogitur ad forum electum; quicquid velit Carlevalius *de judic. disp.* 2. *quæst.* 6. *sect.* 7. *num.* 618. ubi tenet indistincte non esse viduam, aut virginem a foro semel electo extrahendam, tametsi lite cœpta, nec dum contestata, status mutatio supervenerit, fretus generali axiomate; *ubi cœptum de judic.* siquidem 42 regula non procedit in præjudicium conventi, qui alibi conveniri nequit, contra illud, quod actor sequi cogitur forum rei, vulgatis juribus. Ceterum in criminalibus causis, quia jus fisci a principio videtur acquisitum, fiscus jus suum prosequitur, testibus eodem de Marin. *lib.* 2. *resol* 243. & Gizz. *loc. cit. num.* 7.

Lectores tamen admonitos velim, quod respectu dictarum 43 personarum miserabilium, ut electio locum habeat, tria copulative requiruntur, nempe miserabilitas, adversariorum in loco potentium perhorrescentia, ac de ipsamet perhorrescentia juramentum, quod juxta *l. unic.* non erat de necessitate, perpensis iis verbis, *præsertim cum alicujus potentiam perhorrescant*; per Constitutionem vero requiritur, inspectis verbis, *corporali præstito sacramento*; quod Sacri Consilii decisionibus comperimus obfirmatum, testibus D. Præsid. *decis.* 257. Merlin. *controv. forens. cent.* 1. *cap.* 86. *num.* 14. docet Borrell. in *sum. decis. tit.* 56. *de juram. perhorresc. num.* 2. & 3. & comprobatur etiam ex textu in *cap. statutum* §. *cum vero de rescript. in* 6. de quo quidem per- 44 horrescentiæ juramento tractant Gerard. Feltmanus, Philippus Ernestus Schefferus, & Henricus Rudolphus Redecker in eorum *disput. inaugur.*

Hinc praxis invaluit illius decreti, quando comparet di- 45 cta persona privilegiata, eligendo forum M. C. vel S. C. vel Reg. Aud. *Visa comparitione, &c. stante electione fori formiter facta in S. C., vel Regia Audientia, Curia N. non procedat, & acta transmittat.*, dicitur, *formiter*, siquidem præfata tria requisita concurrant oportet; nempe qualitas personæ, quæ dicat perhorrescere in tali loco adversariorum potentiam, & juramentum ejusmodi perhorrescentiæ. Hæc autem electio, seu variatio fieri potest etiam per procuratorem spe- 46 ciale mandatum habentem de præstando dicto juramento, sive mandatum sit generale cum libera, teste Thoro in *Cod. ver. judic. par.* 2. *casu* 31. *num.* 3. D. Petra super *Rit.* 230. *num.* 6. atqui variatio e Curia superiore ad inferiorem in causis criminalibus, reo in 47 fortiis non existente, non procedit, ob duplicem rationem; prima, quia variatio est quædam remissionis species, quæ non conceditur alii reo carcerato; secunda, quod ejusmodi variatio non est sine collusionis partium suspicione, nempe ipsarum partium præcedente concordia, præsertim si variatio fiat ad Curiam baronalem, Mastrill. *decis.* 288., & ita tenuo cum Capiblanco super *Pragm.* 8. *de Baronib. cap.* 31. *num.* 13. rejecta opinione Antonii de Ballis *tract. crim. lib.* 4. *qu.* 2., qui contrarium fulcit ex eo, quod electio, & variatio a voluntate personæ privilegiatæ dependeat; nam alia fortior suppetit ratio, & est, quia in criminalibus duo considerantur, interesse partis nimi- 48 rum; & Reip., cui expedit, ne delicta impunita remaneant ad aliorum exempla, *l. ita vulneratus* 51. *D. ad l. Aquil. l. si longius* §. *si judex l. si a reo* §. *fin. D. de fidejuss. & mandat. l. per omnes* 6. *C. de Defens. Civit. cap. ut famæ* 35. §. *respondemus de sent. excom.* eoque magis, quod pro forma substantiali juramentum perhorrescentiæ defertur, quæ, si agitur in M. C. e g. utpote coram Principe nullatenus consideratur, arg. *leg. alt. D. de eo, quod metus causa, l.* 1. *C. de his, qui propter metum judic.* Regens Tapia *decis. S. C.* 43. *num.* 5. Præses Merlin. *controv.* 100. *num.* 3. *lib.* 1. Regens Rovit. *cons.* 88. *num.* 4. *lib.* 1.

Porro hujusmodi electio fori contra aliam personam 49 æque privilegiatam minime procedit, Rit. 128. teste D. Præs. *dec.* 188. licet majori privilegio sit munita, D. Ricc. *collect.* 300. *vers. item miserabilis*, quoniam, ut ipse advertit, Ritus generaliter loquitur verbo, *quod nullus*: excepto Curiali, nisi is agat ex jure 50 cesso, videlicet ex causa lucrativa, nam tunc electio locum non habet; & ita decisum in S. C. testatur D. Capyc. Latro *decis.* 54. Curialis autem dicitur Advo- 51 catus, Procurator, Scribæ M. C. V. juxta placitum ejusdem D. Capyc. Latro *d. decis. num.* 1. necnon Capitaneus justitiæ, ejusque Lictores, Magister actorum, Scriba, Nuntius, Commissarius, Exequutor, aliique id generis auctore *D.* Præsid. Merlin. *cap.* 64. *num.* 3., & 4. *cent.* 2. *controv. forens*: Cæterum personæ miserabiles, si cessio, sive donatio ex causa lucrativa iis- 52 dem fit facta, dummodo fraus absit, fori privilegio gaudent, & conventum trahunt, Ricc. *respons.* 79 *tom.* 2. D. Præses *decis.* 195. & ibi in *obs.* R. de Luca, qui aliqua de fraude considerat, præsertim quando cessionarius est homo litigiosus, solitus similibus negotiis implicari; neque ulla alia ratio excogitari potest, quare cessio fuerit facta, nisi ut reus vexationibus, ac molestiis afficeretur.

Verum conventus ex contractu paterno, nempe ob negotium certo loco a patre administratum, forum declinare nequit, sed ibi rationes reddere cogitur, ex *Rit.* 234., constito igitur de qualitate, in qua funda- 53 tur privilegium, contradictione non existente supradictum interponitur decretum sine termino, nempe, *procedatur in S. C. petita remissione non obstante*, sin vero contradictor reaitatur, opus est termino.

VINCENTII ALOI

IN CAPITIS II.

DISTINCTIONEM PRIMAM

ANIMADVERSIO

SUMMARIA.

I. *Exceptionis Declinatoriæ definitio.*
II. *Quibus nitatur rationibus Competentia Judicis.*
III. *Infra quæ tempora hæc sit exceptio proponenda.*
IV. *Vera de personis forum variantibus Doctrina.*
V. *Qui sint in Regno respectu litigantium Judices competentes.*
VI. *Regulæ circa fori declinatoriam observandæ.*
VII. *De prorogatione jurisdictionis, ejusque requisita, & effectus.*
VIII. *Quænam sit exceptio incompetentiæ Judicis, quædisque ejus efficacia, & usus.*

I. DE exceptione Fori declinatoria tractaturus definitionem suo more *illustris Auctor* prætermittit; nescius ex perspecta rei natura melius qualitatis, jura & relationes innotescere, parumque firma esse quæ dicuntur, iis prius non agnitis & intellectis. Definiri itaque illhæc exceptio potest: *quod sit legitima oppositio vocationi in jus ob defectum jurisdictionis ex causæ indole, persona actoris vel rei, aut ipsa Judicis incompetentia proveniens.* Inaccurata sane a *Leonardi Riccio Prax. Civil. Tom.* 4. *Cap.* 6. *ex Judic.* traditur definitio, scilicet, *recusatio comparendi coram Judice citante*. Vel enim Judex aliquam habet jurisdictionem, & nemini licet ejusdem recusare citationem. Quisque citatus debet venire, exceptionem declinatoriam allegaturus: recusatio enim comparendi puniri potest pœna contumaciæ, & prima inculata pereunt citato omnes declinatoriæ exceptiones, ajente *Johanne Voet lib.* 2. *tit.* 11. §. 6., & Antonio Fabro C. *lib.* 4. *tit.* 10. *Defin.* 1.

Ne-

Necessitas enim parendi citationi, quæ oritur ex aperta dispositione Juris in *L. 5. D.* de Judiciis criminosam reddit compareodi recusatioeem. Hinc declioatoria eoe despicit Judicem, ejus non obtemperaodo vocationi, sed eumdem advertit suam noo esse jurisdictionem; de quo quidem ipse judicat.

II. Judicis competentia perperam e quibusdam Forensibus adstruitur Juris Romani principiis. Noe enim ea est in Regno, quæ Romæ erat jurisdictiooalia Politia. Eraot tunc qui jurisdictionem habebant jure Magistratus, quique judicandi tantum, non jusdiceodi facultate pollebant; tamque varie istam exercebant facultatem, ut *Æmilius Ferratus* ætatis suæ Jurisconsultorum facile prieceps difficile existimavit definire Romanum Magistratum. *Goveanus* tamen *de Jurisdictione lib. 2. ad l. 13.* putavit non male posse definiri, *Potestatem Populi Romani ordinariam*. Hæc porro definitio nostris minime convenit Magistratibus, qui non ordinariam habent, sed delegatam potestatem. Idcirco ex peculiari forma, & constitutione Regni facultas, & compotentia nostrorum Judicum erit metienda. Ambigi absque maximo errore nequit judiciariam potestatem, tota quanta est, penes summum Imperantem residere. Finis etenim constituendarum Civitatum is statuit *Hesiodus*, eempe creatos fuisse Reges ut jus populis dicerent, & Injusta tollerent facta. Quod etsi aliqoo respectu verum sit, aliaque plane fuerit Civilis Societatis origo; non defuere tamen Principes, qui sibi id negotii dari putarint, ut litigantes audirent, & lite cognita sententiam dicerent. Salamonem juridicundo vacasse ex sacris litteris scimus. Id præstitisse *Augustum*, *Tiberium & Claudium* testati sunt *Svetonius in August. Cap. 33.*, *in Claudio Cap. 14.*, *& Tacitus lib. 1. Annal. Cap. 75.* Id idem de *Carolo Magno refert Eginhardus* in ejus vita, & de *Ludovico* Pio memorant *Annales*. Sed maximæ, graviores, frequentioresque Regni curæ ab ista Principem avertunt adplicatione; cui quum noo satis sufficere possit, probos doctosque constituit homines, qui jurisdictioni præsint, & subditis litigantibus jus dicant.

Hi ad hoce finem constituti, proprie dicuntur Judices, omnemque auctoritatem, quam exercent, a Principe habent, ejusque jure utuntur. Sunt vero ipsi intuitu Principis adhuc subditi: respectu eorum tamen quibus præsont, publicam personam cum imperio repræsentant; ideo cum suo funguntur officio, his obediendum ac ipsi imperanti. Hæc vero dignitas non adeo Judices extollit, ut omnimoda & absoluta jurisdictione censeri possint donati. Se imperans eos constituens haud sua privat potestate, neque jus dicendi circa omne negotium eisdem demandat. Integrum adhuc eidem manet, causas ab ordieario advocare judicio, & sua decisione finire. Omnia itaque jurisdictio semper intelligi debet subordinate coecessa: ita ut incommoda sit Veterum quæstio utrum jurisdictio censeatur *privative*, an cumulative concessa. Prius eoim continet absordum, Principem a se omnem abdicasse potestatem, quod ejus repugnat supremæ inspectioni omnium judiciorum. Posterius quid comprehendit indecorum summæ Majestati, quasi habeat concurrentem jurisdictionem. Constituto enim semel Magistrato, is erit adeundus; sed eo ipso Principi non ligantur manus, quin possit causam ex ratione justa ad se trahere. Curare namque debet ne quid a Judicibus peccetur in causis cognoscendis & decidendis, quod de *Romulo* fuisse cantum tradit *Dionisius Halicarnassæus lib. X.*

Hinc quum sit verissimum de quocumque Rege, quod Antiqui de Imperatore dixeruet, scilicet *ad eum omnem pertinere jurisdictionem, ab eo tamquam a fonte fluere, & ad eam refluere tamquam ad mare*; merito in dijudicanda Magistratus competentia inspiciendum est in primis qualem quantamque Princeps commiserit jurisdictionem; inde in quos permiserit exercendam; porro quibus in negotiis explicandam; & demum quo in territorio extendendam. Hisce circumscripta limitibus quotiens Judex utatur jurisdictione, sua se exerit competentia: extra hos limites incompetens est. Ex hac nempe doctrina repetitum est in Jure Romano: *Extra territorium Jusdicendi impune non paretur l. ult. D. de Jurisdictione*. Hinc pro Reipublicæ utilitate, & ad servandum ordinem in judiciis, Prieceps solet peculiaria fora certis causis, certisque adsignare personis: Sunt revera io Regno forum ecclesiasticum, militare, feudale, criminale, commercii, admiralitatis, Dobanale, aliaque quam plura, quæ etsi separata sint, unam eamdem exercent jurisdictionem ab ipso Priecipe dependeotem.

III. Ex dispositione legis fiealis C. *de except.* exceptio diclinatoriæ fori debet opponi in ingressu judicii ante litem contestatam, quia si Reus conventus in dicto termino illam eoe opponat, videtur in judicium consentire *l. sed si susceperit ff. de judic.* At ex alia *l. si per errorem ff. de jurisd. omn. judic.* Doctores intulerunt, quod si Reus conventus a principio ignoraverit sibi competere Fori declinatoriam, potest illam opponere etiam post litem contestatam quandocumque *Gloss. in d. l. fin. Cod. de except.* Hinc Baldus in *d. l. fin.* opinatus est, quod scieetia non præsumitur nisi probatur; ideoque allegata ignorantia declinatoriæ fori, semper & quandocumque exceptio prædicta oppoei possit per remedium restitutionis in integrum. Hincque Bartolus in *l. minor. ff. de minor.* regulam tradit, quod Reus conventus per se litiget, non per Procuratorem, quia in primo casu declinatoriam per remedium restitutionis in integrum semper opponere poterit, sed litigando per Procuratorem, quia hic de juribus Principalis censetur instructus, beneficium restitutionis amittit. Forenses nostri *l. fin. Cod. de except.* & Baldi & Bartoli opiniones præ oculis habendo, in varias sententias abierunt. Afflictus enim in *Constit. Exceptiones* dixit semper ignorantiam opponi posse a Rusticis, militibus, aliisque personis miserabilibus, ideoque exceptionem fori declinatoriam numquam præscribi. Sed idem Afflictus in *Constit. obscuritatem*, *& in Const. Statuimus* tenuit, quod si Reus citatus exceptionem declinatoriam omiserit, non poterit postea illam opponere etiam per viam restitutionis in integrum. Ut Afflictus cum Afflicto conciliaretur multa adstruxerunt *Muscatelius in gloss. competens*, *& Caravita in Ritu 231.*, ita tamen ut perplexitatem tironibus non auferrent. *Rovitus in Pragm. p. de minor. Capyc. dec. 13. & Marinis lib. 2. Resol. 197.* negarunt post litem contestatam hanc exceptionem opponi posse. Adfirmarunt alii multas limitationes producendo, ut *Caravita Rit. 231.*, *Thesaur. dec. 177. Novar. in pract. elect. for. quæst. 15.* Denique *Cancerius libr. 2. var. cap. 2. de minor.*, *de Luca ad Franch. dec. 439.* judicis arbitrio remittendam putarunt, attentis circumstantijs Rei conveeti, & causæ. In hoc laberintho opinionum, ut tirones eon aberrent, veram doctrinam de Personis forum variaotibus tradere oportet.

IV. Vera est doctrina, quod ante litem contestatam hæc exceptio opponi debeat *ex l. fin. Cod. de except.* Aliquando etiam post litis contestationem immediate, & dummodo ad alios actus judiciales non sit perventum, quia quæ immediate fiunt, videntur inesse *Gloss. in l. Pomponius ff. de Proc.*, *& l. petens Cod. de pact.* At restitutio in iotegrum ab ignorantiam concedi non debet, & ita servatur in praxi. Ratio colligitur ex *l. scio ff. de in integr. restit.*, quia pro re minima restitutio in integrum non datur; & rem minimam esse declinatoriam fori respectu causæ principalis nemo dubitare potest, cum omnes judices jurisdictionem habeant a Principe; & omnes præditi esse debeant scientia, & justitia. Admittitur tantum hæc exceptio, etiam post litem contestatam vel ex privilegio quarumdam Personarum, vel respectu causæ in judicio deductæ. Ex privilegio quarumdam Personarum conveniunt DD. Pupillos, viduas, diuturnoque morbo laborantes ex *l. unic. Cod. quando Imperator* quandocumque Forum variare posse, *Muscatell. Gloss. competentes*, *Capiblanc. ad Pragm. 8.* sed dissentiunt in ratioee hujus privilegii. Alii enim dixerunt quod hujusmodi privilegium concessum est cætui miserabilium, & eidem renunciare non possunt Personæ privatæ, quia totus cætus læderetur *Gloss. in d. l. unic.*, *Caravit. Rit. 231.*, *de Franch. dec. 100.* Alii DD. videntes falsam esse rationem allatam, quia Milites, Neapolitani, aliæque Persoo æ similes quamquam privilegium variandi Forum haberent non personale, sed cætui concessum, tamen Forum variare non possunt, aliam rationem adduxerunt, scilicet, quod Forum miserabilium personarum fuit Principi reservatum, *Petra Rit. 231.* Quæ ratio

tio nimia generalis est, nec in omnibus partibus vera. Dicendum est igitur quandocumque Personæ miserabiles Forum variare posse, etiamsi illi renunciaverunt, ob privilegium publici favoris. Expedit enim Reipublicæ, ne miserabiles personæ a potentioribus opprimantur, *Altimar. de nullit. qu.* 18., *Cancer. var. resol. l.* 2. *c.* 2. *Thesaur. dec.* 171. Quod intelligendum est, si litigantes sint miserabiles principio litis motæ, secus vero si tales effecti sint post litem cœptam *l. quis postea ff. de jurisdict. omn. judic. DD. in Auth. quas actiones Cod. de sacros. Eccl.* Respectu causæ in judicio deductæ oon variatio sed exceptio declinatoriæ Fori etiam post litem contestatam opponi potest quando privative causæ cognitio ad specialem judicem spectat. Hinc supervacuum non erit videre qui sint in Regno respectu litigantium judices competentes.

V. Judices competentes sunt aut respectu Actoris, aut Rei, aut causæ. Respectu Actoris Fiscus, Neapolitanus, Capuanus, Locatus menæpecudum Apuliæ trahunt ad proprium judicem, & oon trahuntur. Fisci judex competens est Regia Camera Summariæ etiamsi lis sit inter privatas personas de *Franch. dec.* 117., *Pragm.* 61., *&* 62. *de offic. Proc. Cæsar.* Jurisdictio enim Regiæ Cameræ est privativa quoad alios judices, itaut quæcumque Persona privilegiata Fiscum ad alium judicem trahere nequeat *Reverter. dec.* 7., *Altimar. de nullit. quæst.* 29., *Sanfelice dec.* 291. Neapolitanus originarius habet proprium Judicem solam M. C., quia *per Ritum* 301. sublata fuit omnis jurisdictio aliis judicibus contra Neapolitanos, & reservata Judicibus Neapolitanis. Neapolitanus non originarius, sed per concessionem, per incolatum, vel domicilium, si in alio loco se transfert, amittit privilegium, & non trahit, sed trahitur. *Pragm.* 3. *de immunit. Neapolit.*, *&* *Ritu M. C. V.* 301. Capuanus idem privilegium habet trahendi ad suum Forum *Carleval. l. p. tit.* 2. *disp.* 2. *quæst.* 6., sed trahitur a Neapolitano, quia in *cap.* 53. derogatum fuit privilegium Capuanorum, & aliorum etiam in corpore juris clausorum litigantium cum Neapolitanis *Vrsill. ad Afflict. dec.* 173. Locatus Regiæ Dohanæ menæpecudum Apuliæ judicem habet Regiam Doganam, quæ amplissimam exercet jurisdictionem super omnibus locatis illorumque familiis ex privilegio Alphonsi Aragonensis sub *die p. Mensis Augusti* 1447., confirmato *diplomatibus diei* 8. *Octobris* 1738., *diei* 18. *Novembris* 1739., *diei* 28. *Julii* 1740. *Vide Præsid. Steph. de Stephan.* in celebri ejus *opere pastor.*

Respectu Rei conventi declinatoria fori opponi potest, si Reus vivat de arte maris, vel sit descriptus in matricula alicujus artis. Nam pro Nautis, aliisque de arte maris viventibus Judex competens est Tribunal Magni Admiratus. Ars Serici, & lanæ ob amplissima privilegia Ferdinandi I. Aragonensis confirmata ab aliis Regibus habet judices proprios, qui sunt Consoles cum Adsessore, & ab illis adpellatur ad Tribunal Magistratus. Loca insignia hujus Civitatis habent specialem judicem, qui adpellatur Delegatus Loci. Curiales Regis habent proprios judices *Const. Statuimus*, & hodie illorum Judex est Tribunal Domus Regalis. Denique Advocati & Procuratores horum supremorum Tribunalium, quia Curiam sequuntur, illorum Judex est M. C. V. ob Ritum 229., *Mascatell. Gloss. Competentes*.

Respectu causæ in judicio deductæ animadvertendum est, quod quædam causæ habent speciales Judices, avocata cognitione ab aliis. Causæ enim Feudales habent Judicem solum S. C. *Pragm.* 3. *de off. S. R. C.* sed si adsit interesse Fisci, Regiam Cameram Summariæ *Pragm.* 62. *de offic. Proc. Cæsar.* Causæ administrationis gestæ habent specialem judicem loci administrationis. Ibi enim dandæ sunt rationes ubi administratio est gesta *l. p. &* 2. *Cod. ubi de ratiociniis agi oportet*. In Causis damni dati privative procedit Curia bajularis.

In Causis Universitatum, ubi interesse erat inter Partes solebat collaterale Consilium providere, ut S. C. procederet. Hodie procedit Regia Camera Summariæ. In Causis Portolaniæ procedit Portolanus Loci, & in casu gravaminis Regia Camera Summariæ. In Causis in quibus agit, aut convenitur Civitas Neapolitana Judex competens est Regalis Camera S. Claræ; ita tamen ut si de jure fiscali disceptandum contigerit oblique intervenire debeat Præses Regiæ Cameræ Summariæ *ex* Gratia *anni* 1746. Causarum literarum Cambii privative competens judex est Tribunal Commercii prout ex plano legum, & jurisdictionum ejusdem Magistratus anni 1740. Denique in Causis liquidationis Instrumenti, incusationis obligationum penes acta, apocarum Banci, executorialium vigore Consuetudinis, Syndicatus, & coofectionis Præambulorum competens judex est M. C. V.

VI. His præmissis ad tironum intelligentiam regulas circa fori declinatoriam observandas tradere juvat. I. Non datur declinatoria in illis causis, in quibus judex specialis est designatus, *Scialoya de foro competen. c.* 16., *Novar. t. p. sect.* 4. *qu.* 64. II. Non potest opponi, si declinatoria superveniat, judicium enim ibi finem habere debet, ubi sumsit initium *l. ubi acceptum ff. de judic.* 3. Declinatoria non datur inter ambas Partes privilegiatas, quia conquassatis privilegiis inter Actorem & Reum reditur ad jus commune, & quia privilegiatus suo privilegio uti non potest, Actor sequi debet Forum Rei *Rit.* 231. *&* 228. Quod intelligendum est si privilegia sint æqualia, ut si pupillus agat contra alium pupillum vel viduam, *Afflict. in Const. Statuimus*, *de Franch. dec.* 588. Si vero privilegia non sint æqualia, tunc magis privilegiatus tradit minorem privilegiatum *Afflict. dec.* 56., *Sanfelic. dec.* 356., *Mariu. lib.* 2. *resol.* 47. Hinc Neapolitanus & Curialis horum Tribunalium trahit personas miserabiles. At si Neapolitanus & Curialis sint Actores, & convenerint alium privilegiatum extra Forum Neapolitanum, non amplius poterunt Forum variare, quia variatio solum permittitur Personis miserabilibus, quæ tunc gauderent proprio privilegio, *Carleval. de judic. lib. p. disp.* 2. *quæst.* 6. *Sect.* 8. In paribus autem privilegiis Neapolitanorum, & Locatorum menæpecudum Apuliæ solet procedi in Regia Camera Summariæ, quia Regia Dohana est pars Tribunalis Regiæ Cameræ 4. Si negatur qualitas fundans jurisdictionem ex privilegio, & in promtu de dicta qualitate non constet, datur brevis terminus ante litem contestatam ad verificandum *l. si quæramus ff. de testam. Afflict. Const. Exceptiones*. Sed cauti Procuratores, qui declinatoriam opponunt, a Judice apud quem Causam actitari volunt, impetrant literas inhibitoriales, ut ille judex qui cœpit procedere, amplius se non inferat & omnia Acta transmittat. Post vero inhibitionem, vel hortatoriam si declinatus non procurat transmissionem Actorum, judex declinatus non potest terminum statuere pro transmissione, sed Actor declinatus obtinere debet ab eodem judice superiori terminum ad Acta transmittendum cum clausula, *quod alias dicto termino elapso procedatur coram judice declinato*. 5. In Regno non conceditur declinatoria Personis miserabilibus, nisi prius juramentum præstiterint de perhorrescentia. In constitutione enim *Statuimus* aperte dicitur *corporali præstito Sacramento, quod adversariorum suorum potentiam perhorrescunt*. Hodie sufficit quod in Mandato Procurationis adsit facultas præstandi juramentum, & Procurator nomine suæ Principalis dicat in prima instantia jurare perhorrescentiam Partis adversæ, quia juramentum prædictum est de forma etiam, & substantia Ritus M. C. V. 218., & tamquam actus jurisdictionis recipiendum est a jurisdictionem habente *Muscatell. gloss. competentes*. Hinc in decretis declinatoriæ fori ex praxi inseritur clausula *præstito juramento perhorrescere potentiam ejus adversariorum*. Et quia perhorrescentia, & metus non præsumitur in his supremis Tribunalibus, ideo non admittitur declinatoria a M. C. V. ad S. R. C., *Afflict. dec.* 3., *Rovit. cons.* 88. 6. Quia fori declinatoria regulariter in ingressu judicii, & ante litem contestatam opponitur, & multoties per actus antea factos amplius opponi non potest: ideo cauti Procuratores repetunt in quolibet actu protestationem non consentiendi in judicem, quia potestatio conservat jus protestantis *Staiban. resol.* 124., *Muscatell. gloss. competentes*; Nec patiuntur incusari contumacias, quia contumacia dat jurisdictionem judici aliter incompetenti *de Franch. dec.* 417., & regulariter contumax amittit fori declinatoriam, cum videatur illæ exceptioni tacite renunciare. Fallit tamen hæc regula

in

in illo, qui nec expresse Foro renunciare potest, ut Pupillus, aliæque Personæ miserabiles. *Moill. de Grad. citat. n. 3.*, *Afflict. dec. 173. 7.* Declinatoria fori locum non habet in judicio universali, ut familiæ erciscundæ, & concursus Creditorum, quia in judicio universali omnes trahuntur coram uno judice *l. p. ff. de quib. reb. ad eum d. jud. eatur.*, *Capyc. dec. 128.*

VII. Qui potest declinatoriam Fori in judicio deducere, & illam non opponit, dicitur jurisdictionem judicis prorogare. Prorogatio enim jurisdictionis est extensio jurisdictionis ad causam, seu personam alias sub ea non comprehensam; ut definivit *Carleval. de judic. lib. p. tit. p. disput. 2. quæst. 8. sect. p. n. 971.* Ex qua definitione eruuntur species, requisita, & effectus prorogationis. Regulariter prorogatio fit tripliciter, scilicet de tempore ad tempus, de re ad rem, de persona ad personam *Gloss. in l. 2. §. si & judex ff. de judiciis*. De tempore ad tempus habemus exemplum in *l. 2. ff. de judiciis*, ubi quando judex habet limitatam jurisdictionem certo tempore duraturam possunt Partes prorogare, & extendere ad aliud tempus. Quod quotidie practicatur in compromisso, in quo ex dispositione Regiæ Pragmaticæ intra bimestre laudum ferri debet, & Partes per consensum ad aliud tempus prorogare possunt. De re ad rem exemplum habemus *in l. 79. ff. de judic.* quando judex cognoscit de causa usque ad certam summam, Partes possunt prorogare jurisdictionem ad summam majorem. Animadvertendum tamen est, quod quando res tractu temporis ex accidenti crevit, vel diminuit, tunc judex non cognoscit ex vi prorogationis, sed ex quo attenditur actio primordialis intentata *Gratian. decis. 226.*, *Gallup. part. p. c. 2.* De persona ad personam exemplum habemus *in l. p. & 2. ff. de judic. & l. si convenerit ff. de jurisd. omn. judic.*, ubi quando judex limitatam habet jurisdictionem in uno Territorio, & alii de aliena jurisdictione in illum volunt consentire, prorogatur illius jurisdictio. Sed in Regno non indistincte hoc procedit in omnibus Personis, sed in illis tantum de quibus judex poterit cognoscere *Afflict. dec. 354.* Quando igitur est taxatus certus Judex in determinatis causis, & in expressis personis, amplius Judex cognoscere non potest. Hinc ex ipsis principiis juris communis vales regula, quod non potest prorogari jurisdictio illius judicis, qui funditus non habet jurisdictionem *l. si convenerit ff. de jurisd. om. judic.* Non enim erit prorogare sed potius jurisdictionem concedere, quod partes facere non possunt *l. fin. ff. de jurisd. om. judic.* Quando autem in favorem litigantium exemtio concessa est a jurisdictione aliorum judicum, tunc litigantes ipsi, quia juri suo renunciare possunt, jurisdictionem judicis prorogare valent. Ultra tres species allatas prorogationis Riccius *in sua Praxi part. 3. lib. 2. c. 7.* tres alias species adducit, scilicet de causa ad causam, de loco ad locum, de casu ad casum. Primam confitetur reduci ad illam de re ad rem; reliquas depromsit ex Decretalibus quæ in Regno locum non habent. Inutilibus tempus terere non vacat; ideo ad uberiora transimus.

Requisita prorogationis sunt consensus litigantium, & judicis. Consensus litigantium aut debet esse expressus, aut tacitus, sed semper per actus voluntarios, non coactos. Expressus datur sive per pactum nudum, sive per stipulationem, sive per juramentum per actus judiciales, non extra judiciales, *Carleval. ubi loc.* Cæterum in casibus in quibus datur prorogatio, semper est locus pœnitentiæ antequam Judex adeatur *l. si convenerit ff. de jurisd. om. judic.* Consensus, tacitus elicitur ex actibus negativis, scilicet ex omissione declinatoriæ, ex patientia, & taciturnitate in eodem judicio II. requisitum est consensus judicis. Judex enim qui non omnino est competens, scire debet prorogatam esse illius jurisdictionem, & consentire, *Carleval. ibid.* Quando igitur Judex habet jurisdictionem, & Partes, & Judex consentiunt, datur locus prorogationi. Ex praxi requiritur III. requisitum, ut Procurator habeat speciale mandatum prorogandi. Non enim sufficit mandatum generale. *Carleval ibid.*

Effectus prorogationis sunt. I. Ut judex successor eadem jurisdictione prorogata utatur. II. Ut si judex prorogatus non habeat successorem, prorogatio extinguitur. III. Ut a decreto judicis prorogati adpelletur ad judicem superiorem prorogati, non ad superiorem prorogantium. IV. Ut judex prorogatus possit suam sententiam executioni mandare. V. Ut idem judex compellatur sententiam ferre. VI. Ut possit delegare.

VIII. Exceptio incompetentiæ judicis est illa, qua opponitur nullam competere jurisdictionem citanti contra citatum *l. ult. Cod. si non a competen.*. Et quia judex est potissima pars, Dux, & Imperator judicii *l. absens. ff. de procur.*, ideo DD. concludunt ante omnia opponendam, discutiendamque esse hanc exceptionem. Differt ab exceptione declinatoria fori duobus modis I. declinatoria fori opponitur quando Judex clare, vel sub dubio habet in citatum aliquam jurisdictionem, & citatus vigore sui privilegii forum declinat: hæc autem exceptio opponitur, quoties citatus nullo modo poterat citari, quia judex funditus non habet jurisdictionem, & quia non entis nullæ sunt qualitates. II Declinatoria fori debet opponi in ingressu judicii, & ante litem contestatam; sed exceptio incompetentiæ judicis opponitur quandocumque, & etiam post sententiam, ut Baldus *in l. exceptionem Cod. de probat.*, *Afflict. in Const. exceptiones*, nec citato præjudicant actus qualescumque in judicio facti, *Afflict. in Const. si civiliter*. Et ex his colligitur efficacia hujus exceptionis, quod in qualibet parte judicii opponi possit, & si opponetur post sententiam, executionem sententiæ retardat, *Altimar. de nullit. rubr. 9. quæst. p.*, *Rovit. cons. 48.*, quia statim ac opponitur, remanent ligatæ manus judicis, *Gallup. part. 2. cap. 6. n. 8.*, & omnia acta postea facta sunt nulla, *Afflict. decis. 354.* Hinc post Baldum in *l. 2. ff. de in jus voc.* volitat per ora Forensium illud adagium: In mundo non potest esse major nullitas, quam nullitas incompetentiæ judicis ex defectu jurisdictionis: & quod exceptio judicis incompetentiæ sit potius defensio, quam exceptio.

Quæstio inter DD. agitata fuit an opposita exceptione incompetentiæ judicis, idem judex possit de exceptione cognoscere, & se declarare competentem. Usus fori quæstionem diremit. Nam quando opponitur in Curiis inferioribus, opponens inhibet dictam Curiam inferiorem per Curiam superiorem competentem, & tunc Curia inferior non potest se declarare competentem. Si Curia allegata competens sit æqualis, Curia competens expedit literas hortatoriales ut non procedat; & si hoc non obstante velit procedere, & se declarare competentem, recurritur ad judicem superiorem, qui competentiam judicat. In Tribunali vero superiore quando competentia non est clara, & evidens, sed dubia, datur terminus summarius ad instructionem judicis, & ex illo judex se declarat competentem, vel incompetentem. *Sanfel. dec. 10.* Quæ praxis fundatur in *l. ex quacumque ff. si quis in jus voc. non ierit*, & *in l. si quis ex aliena ff. de judic.* Extat porro *n. 3. §. 3. Pragm. 18. de ord.*, & *form. jud.*, in quo statuitur, quod orta quæstio Tribunalia inter S. C., & M. C. Vicariæ, deciditur vel ab eodem S. C. in Aula, nullo permisso gravamine, vel a Consiliario Commissario, a cujus decreto ad S. C. provocatur.

DISTINCTIO SECUNDA.

De Decretis, quæ in Judicum recusationibus interponi solent.

SUMMARIUM.

1 *Suspectos allegari Judices jure non prohibetur, tum Cæsareo, tum Divino, ut num. seq.*
2 *Unusquisque suum commodum sequitur, ac damnum fugit.*
3 *Hodie suspicionis remedio plerique litigantes tanquam calumniæ propugnaculo abutuntur.*
4 *Judicibus omnem honorem, ac reverentiam deberi leges jubent, & num. 6.*
5 *Est quædam contumelia proprium Judicem spernere.*
7 *Injuria facta Senatori est quoddam læsæ majestatis crimen.*
8 *Regia Pragmatica* de Suspicionibus *circa quatuor potissimum tendunt, nimirum circa tempus, modum, causas, & finem.*
9 *Tempus proponendæ suspicionis explicatur, & n. seq.*
10 *Pragmatica* 8. de Suspicion. *disponens, allegari posse suspicionem usque ad conclusionem corrigitur a* Pragm. 15. *ejusdem tit.*
11 *Tempus 40. dierum in causa consanguinitatis, vel affinitatis non militat.*
12 *Quæ natura conjunguntur, non immutantur, nec tempore præscribuntur.*
13 *Suspicionis orta ex inimicitia capitali effectus.*
14 *Suspicionis caput, quo Judex antea fuerit Advocatus in causa, tempore dierum 40. non præfinitur.*
15 *Quando Judex teneatur se a voto abstinere.*
16 Pragm. 15. de Suspicionib., *quæ remedium restitutionis in integrum sustulit, an locum habeat in minore, ac pupillo?*
17 *Tertius præsentaneum habens interesse in causa prædicto tempore non circumscribitur.*
18 *Proposita formiter suspicione cum capitibus, lapsus termini non impedit, quominus alia proponi possint capita.*
19 *Scrupulus, quem sibi Judex facit, Pragmatica termino non præfigitur.*
20 *Suspicio est proponenda a Principali, vel a Procuratore speciale mandatum habente.*
21 *Speciale mandatum quodnam sit in materia suspicionis, Doctorum, & Auctoris sensus exponitur.*
22 *Suspicio quando, & quomodo possit a Procuratore generali de rato promittente proponi.*
23 *Supplicatio, vel alia petitio suspicionem continens cur ab Advocato sit subscribenda, idque ab Auctore exponitur.*
24 *Suspicio proponi debet cum deposito, & istud quale sit, & num. 26.*
25 *Decretum, quod* ostendatur *supplicatio Domino Consiliario recusato, cum ejusdem replicationibus, & num. seqq.*
27 *Praxis exponitur, quum Pars recusans Judicis recusati depositionem petit, ac discors DD. sententia refertur, ut num. seqq.*
28 *Juramentum est tormentum spirituale.*
29 *Juramentum deferri nequit nulla prævia probatione.*
30 *Arma non sunt sumenda a domo Rei.*
31 *Quænam recusatio injuriam irroget recusato.*
32 *Termino impartito in recusationum causis non recipiuntur attestationes, & fides, sed testium depositiones cum juramento.*
33 *Judex nequit se declarare suspectum in præjudicium collitigatoris, & recens quædam facti species ad propositum adducitur.*
34 *Praxis in scrupulo per Consiliarium proposito.*
35 *In causa recusationis quando terminus denegari soleat.*
36 *Causæ recusationum sunt multiplices, & eæ recensentur cum num. seq. atque etiam a Regiis* Pragmaticis *declarantur, num. 52.*
37 *Amoris, & odii effectus.*
38 *Pleræque recusationum causæ ex Judicum moribus oriuntur.*
39 *Doctrina cur judicantibus tantoperè sit necessaria.*
40 *Judices imperiti judicare prohibentur.*
41 *Judex quomodo gravitatem præseferre debeat.*
42 *Severitas, & lenitudo ab Judicibus temperanda.*
43 *Judex probæ vitæ, ac sceleris purus esse debet.*
44 *Judex quomodo se facilem præbere debet.*
45 *Judex nequaquam precibus flecti debet.*
46 *Judex a pretio, & muneribus accipiendis abstineat.*
47 *Amicitia idem operatur, ac sanguinis conjunctio, & sæpe consanguinitati præfertur.*
48 *Amico interdum obtemperare nefas est.*
49 *Odium suggerit omne malum.*
50 *Judicis partes quales esse debeant.*
51 *Consiliarii nostrorum temporum commendantur.*
53 *Inimicitia qualiter Judicem suspectum reddat.*
54 *Causa litis an sufficiat ad recusandum Judicem.*
55 *Compatratus inter quos suspicionem inducat.*
56 *Inurbanitas quoad salutationes an sit causa Judicis recusandi remissivè.*
57 *Recusationis judicium infrà quem terminum finiatur.*
58 *In expeditione judicii suspicionum quot Judices requirantur.*
59 *A quibuscumque decretis recusationum neque appellatur, neque remedium ullum permittitur.*
60 *Decreta recusationum explicantur.*
61 *Capita suspicionum simulata quæ sint.*
62 *Formula hæc,* Rejiciantur capita, *cur adhibeatur.*
63 *Auctores de suspicionis materia differentes recensentur.*

DIE &c. visis supplicatione, ac compatitione cum capitibus fol.... non recipiantur capita; *vel dicitur*, rejiciantur capita, & proinde depositum liberetur Regiæ Curiæ, & pro ea Magnifico Secretario, servata forma Regiæ Pragmaticæ.

Die &c. visa supplicatione fol... N. N. interveniat, & proinde depositum liberetur Regiæ Curiæ, &c.

Die &c. visa supplicatione &c. N. N. non interveniat, & proinde restituatur depositum; *vel dicitur:* visa supplicatione fol.... N. N. non interveniat.

Die &c. donec suspicio non fuerit proposita formiter, Magnificus Commissarius continuet in procedendo.

1 JUdices tanquam humanis affectibus non omnino solutos, in judicio suspectos allegari posse, & ratio
poscit, & jura permittunt, potissimum tex. in *l. apertissimi*, *& l. fin. Cod. de judiciis*, & in *can. quod
suspecti 3. qu. 5.* ubi glos. *cap. suspicionis de offic. deleg. cap. cum speciali 61. de appell.* ac de jure municipali
hujus Regni quamplurimæ promulgatæ fuerunt Pragmaticæ: idque rationi quam maximè convenit;
2 quandoquidem unusquisque suum amat, & sequitur commodum, & damnum refellere, atque eludere cupit,
suffragante etiam jure divino; loquutus est enim Deus ore Zachariæ Prophetæ *cap. 8. num. 16.* dicens
populo: *veritatem, & judicium pacis judicate in portis vestris*, hoc est judicium æquum, non declinando
neque ad dexteram, neque ad sinistram, sed rectum coram Domino; quod rectum a Judice suspecto haberi
nequit. Sed in præsenti ævo mirum est, quod suspicionis remedium, uti justitiæ præsidium inductum,
3 ac defensionis speciem continens, per litigatores in calumniæ propugnaculum convertatur, ut legitur in
proœmio *Pragm. 8.* de anno 1585. *Pragm. 15.* de anno 1611. ac in proœmio *Pragm. 18.* in anno 1632. sub
tit. de suspicion. non obstante pœna depositi aucta; idcirco ad eorum audaciam compescendam novam legem
pœnalem esse promulgandam existimarem, ut justitiæ, & judicentium reverentiæ consulatur; siqui-
4 dem Judicibus omnem honorem salvum esse, & reverentiam deberi leges jubent, ut in *l. omnem C. quando provoc. non est necess. cap. ut debitus honor de appellat.* contumelia enim est sine causa proprium Judicem
5 spernere, *l. litigatores 11. in princ. D. de recept. arb.* Gonzalez in *lib. 2. Decretal. tit. 59. in notis lit. B.*
6 hinc Plato *lib. 6. de legibus* inquit: *post Deos immortales iis hominibus secundos, & honoris, & gloriæ sedes deberi, qui publici muneris magistratum gerunt, &*

egre-

egregia sua virtute, atque industria caeterorum vitam mo-
7 *derantur*; quo fit, ut injuria, sive offensa Senatori
cuilibet irrogata nonnisi pro læsæ Majestatis crimine
habenda sit, ut in *l.* 5. *C. ad l. Jul. majest.* ibi: *Se-*
natorum etiam (nam & ipsi pars Corporis nostris sunt.)
Ad decretorum igitur enucleationem deveniendo, quo
hæc Judicis incompetentiæ exceptio præmonstretur,
dispositiones Regiarum Pragmat. referre par ait, quæ
8 circa quatuor potissimum tendunt, nempe circa tem-
pus suspicionis proponendæ, circa modum & propo-
nendi, & in causa procedendi, circa causas, & tan-
dem circa ipsius suspicionis tempus terminandæ.
Quoad primum, tempus est quadraginta dierum a die,
quo notificata fuerit principali (si is præsens sit) pri-
ma petitio, si absens, completo termino ad denun-
ciandum impartito: quod si minime fuerit terminus
ad denunciandum petitus, casus hic quamvis a Regia
Pragm. prima fronte videatur omissus, itaut judicii
norma sumenda esset a probabilitate scientiæ, quam
potuit habere principalis a suo procuratore; re tamen
vera casus in regia Pragmatica comprehendi visus est,
ubi statuit, quod si alter Judex adveniat in Aulam,
tempus quoque est 40. dierum, quo tempore si Pro-
curator mandatum habeat speciale, recusationem pro-
ponere potest, si non habeat, potest Judicem suspe-
ctum allegare, & insimul petere terminum ad procu-
randam principalis ratificationem, quæ dilatio a Reg.
Collaterali Consilio concedenda est. Si vero novus
Judex in Aulam advenerit, ubi lis agitur, a die ca-
ptæ possessionis: si adjunctus sit, vel unioni Aula-
rum intersit, a die, quo hæc notificare est provisio,
nisi nova supervenerit causa; nam tunc etiam elapso
dicto termino dierum quadraginta proponi potest, in-
tra tamen terminum triginta dierum, ut ex *Prag.*
15. §. 6. *de suspicionibus*, qua correcta remanet *Prag-*
mat. 8. *eod. tit.* disponens suspicionem allegari posse
10 usque ad conclusionem inclusive. Effluxo dicto tem-
pore, nulla ex causa de præterito suspicio proponi
potest, ne per viam quidem restitutionis in integrum,
aut quavis alia rationa, ut ex eadem *Pragm.* 15. §. 9.
neque notorietatis prætextu tum juris, tum facti, ut
ex *Pragm.* promulgare sub die 2. Septembris 1689. ab
Excellentissimo Comite S. Stephani optimo tunc Re-
gni moderatore; quo casu commisso causæ pro non
facta habetur, ut in *vers.* incip. *E perchè &c.*.
Verum hæc dispositio limitatur in quampluribus causis;
11 & primo in causa consanguinitatis, vel affinitatis, ut
ex hac postrema *Pragmat. in vers.* incip. *Limitiamo*;
12 quæ enim natura conjunguntur, non immutantur;
ideoque tempore non coarctantur; secundo, cum ab
hac Pragm. excipiatur consanguinitatis, & affinitatis
causa, excepta quoque intelligitur illa cognationis
spiritualis, ut ante *Pragmaticam* decisum refert in
S. C. Gizzius in *observ. ad decis. D. Capyc. Latro* 164.
num. 26. & 28. & ex majoritate rationis comprobat
Franciscus Maradei in *observ. ad singul. super Reg.*
13 *Pragm. sing.* 388. *D. Patris sui num.* 4. tertio, causa
inimicitiæ capitalis; scriptum est enim *Ecclesiast. cap.*
12. *num.* 10. *inimico tuo non credas in æternum; sicut*
enim æramentum, æruginat nequitia illius: & si hu-
miliatus vadat curvus, adjice animum tuum, & custo-
di te ab illo, plane furor inimici in corde semper
fervescit; ideoque occasione porrecta timetur offensio,
& hac in re gravamen; & licet adversari videatur
eadem *Pragm.* in hæc verba: *essersi date parole regia,*
come pure l'obbligo, e mandato fatto di non offendersi,
vogliamo, che da se solo non sia giusto motivo di ricu-
sazione, ma si debbiano considerare, e discutere le cau-
se, per le quali si sono date le sudette cautele, & in-
ferius (quod nota) *e quella si abbiano da proporre nel*
termine stabilito dalle Regie Prammatiche; respon-
deri tamen potest, quod *Pragm.* non loquitur de capitali
inimicitia jam declarata, & notoria, si perpendantur
illa verba *considerare, e discutere le cause &c.* quarto,
si suspicionis causa proponatur, quod Judex prius fue-
14 rit Advocatus in causa, ut in enunciata *Pragm.* cor-
rigante quoque *Pragm.* 20. qua cautum erat, Judicem
semel in una causa suspectum semper esse talem in
omnibus causis ipsius recusantis; id enim per dictam
Pragm. correctoriam relinquitur juris communis dispo-
sitioni, an suspectus sit in omnibus recusantis causis,
ut in *vers. considerando noi*; in hac enim causa quem-
15 admodum in superius enunciatus Judex tenetur se ab-
stinere a voto, alioquin acta, & sententia sunt nulla;
merito non coarctantur tempore prædictæ causæ; si-
quidem de nullitate dici potest usque ad decennium;
quinto, in suspiciona proponenda per minorem, non
doli capacem tutore, & curatore carentem, non ob-
stante *Reg. Pragm.* 15. §. 9. qua remedium restitutionis
16 in integrum fuit sublatum, ut decisum refert per S.C.
Constantinus Cafarus sui temporis primæ notæ Advo-
catus in *speculo peregrinarium quæst. qu.* 13. Princeps
enim non potest dispensare super tali defectu, ut sci-
licet fingatur pupillus bene noscere id quod agit, &
sic nullo modo talis prohibitio pupillum comprehen-
dere potest, ut hæc ibi legitur ratio, & procedit
Pragm. contra minorem doli capacem, vel in minore
17 tutorem, vel curatorem habente; sexto, in causa a
tertio proponenda proprium, & præsentaneum interes-
se habente; nam supradicto non restringitur tempore,
Franciscus Maradei in *observ. ad d. singul.* 388. *num.*
11. & licet decisio, quæ allegatur penes Gizzium in
observat. ad decis. Capyc. Latro 85. *sub num.* 6. verba
faciat de consanguinitatis, & affinitatis causa; nihilo-
minus decisio ibi relata respexit interesse tertii venien-
tis in causa, cui non oberat lapsus termini: & qui-
dem limitatio ratione substinatur; nam tempus a *Pragm.*
statutum regulatur a die intimationis primæ petitionis,
& a termino ad denunciandum impartito, ut supra
dictum est; tertius enim non intimatur, neque aliquo
modo certior factus in proponanda suspiciona non est,
18 quod tempore circumscribatur; septimo, proposita
formiter suspicione cum capitibus, alia proponi possunt
capita, non obstante lapsu termini quadraginta, vel
triginta dierum, ut circumscriptis Doctorum auctori-
tatibus non semel in praxi servatum animadverti.
19 Tandem ubi agitur de scrupulo, quem sibi Judex fa-
cit, quominus interveniat, terminus a Pragmatica
præstitutus neutiquam consideratur; causa enim isthæc
minime sub illius dispositione comprehenditur.
Quoad secundum attinet, proponenda est suspicio a prin-
20 cipali, vel a procuratore speciale mandatum habente,
ut ex dicta *Pragm.* de anno 1689. *vers. vogliamo però*,
21 & speciale mandatum reputatur, si clausulam contineat
ad Judices, & Notarios recusandos, ut ex Beltramino
in annot. ad decis. Ludovisii 368. Merlino *decis.* 201.
Fontanella *decis.* 4. Queiada *controvers.* 38. Bajardo *ad*
Clarum quæst. 43. firmat Consiliarius Altimare in *tra-*
ctato de nullitatibus rub. 11. *quæst.* 26. *n.* 228. at ego
contrarium sentio in terminis nostræ Pragmaticæ, &
ajo, mandatum speciale necessarium esse ad recusan-
dum talem Judicem, cum recusatio dependeat ex ani-
mo, & principalis voluntate, qui fortassis eum recu-
sare nollet; ideoque ad arbitrium procuratoris non est
res tam magni momenti remittenda sub illo mandato
etiam ad Judices recusandos; eo vel maxime, quod
inter recusantem, & recusatum facile nasci potest ini-
micitia, cum Judicis recusatio ad iracundiam provocet,
Capyc. Latro *consultat.* 101. *num.* 42. Cafarus in *spec.*
22 *peregr. quæst.* 13. *num.* 4. & 5. vel proponi potest a
procuratore generali de rato promittente, D. Rovitus
super *Pragm.* 1. *de suspicionibus num.* 75. Rebuffus in
Constitut. Galliæ tom. 3. *tit. de recusationibus num.* 4.
Gizzius *ad D. Capyc. Latro* 164. *num.* 1. D. Petra *Ritu*
265. *num.* 25. Consiliarius Altimare *cit. loc.* qui *num.*
226. ex Gratiano *disceptat.* 275. *num.* 13. & 14. &
Quesada *d. controv.* 38. *num.* 67. docet, ratificationem
subsequi debere infra tempus a lege statutum: iste
etiam procurator pro habenda principalis ratificatione
congruum terminum petere potest ad denunciandum
principali absenti, ut præcitati Doctores asseverant,
vel ad producendum speciale mandatum; ac propterea
adeundum Collaterale Consilium, ut ipso mandante,
congruus terminus concedatur, censet idem Maradei
loc. cit. num. 29.
Rursum in S. C. supplicatio, quæ D. Præsidenti porri-
23 gitur, sive alia petitio subscribenda est ab Advocato
causæ ordinario, ut aperte dictat Regia *Pragm.* 15.
§. 4. Advocatus enim, uti probus vir, & egregius,
qui non tenetur calumniæ juramentum præstare, ut
probat Franciscus de Petris *cons.* 1. non supponitur,
quod calumniosè ad dilatandum suspicionem proponat:
cum declaratione, quod is tantum, non collegà sub-
scribere debet, quamquam in Aula patrocinium in cau-
sa insimul præstiterit, & Superioris jussu patrocinium
susceperit, ut ex allegata *Pragm.* de anno 1689. *vers.*
vogliamo però; Advocatus enim ordinarius præsumitur
magis instructus, & cum sublineat causæ onus, argui

poteſt, quod bene consideraverit pondus causæ suspi-
cionis: nec solum supplicatio, aliave petitio, sed ca-
pita quoque ab eo sunt subscribenda, ut ex eadem
Pragm. ibi: *ed i capi debbano sottoscriversi dall' Avvo-
cato, che il peso della causa principale &c.* ne de igno-
rantia alicujus capitis excusetur, ac superius allata
ratione.

Sin autem ab Advocato non fiat subscriptio, fieri debet
a principali; quod si is scribere nesciat, a Notario
illius nomine cum duplicato deposito; etenim cum Ad-
vocatus subscribere noluerit, supponitur, quod princi-
palis suspicionem proposuit tractus a propria passio-
ne, quæ est veritatis velamen: praxis autem hæc est,
quod porrecta supplicatio cum inserto capite suspicio-
nis omnino ab Advocato subscribatur. Solet quoque
præter supplicationem alia concipi comparitio, in qua
nedum caput allegatæ suspicionis, sed novæ exprimun-
tur capita, & tunc Advocatus necesse est, ut subscri-
bat tam supplicationi, quam capitibus in comparitio-
ne contentis; nec exinde infertur, quod capita dum-
taxat Advocati subscriptionem exigant, non item sup-
plicatio; accidit enim, quod suspicionis causa suppli-
cationi annectatur, neque alia comparitio cum capi-
tibus præsentetur.

Item una cum deposito ducatorum sexaginta pro pœna,
24 si causa summam ducatorum quingentum excedat, ut
ex *d. Pragm.* 15. §. 2. *vers. vogliamo, ed ordiniamo,
che da quà avanti &c.* si vero dictam summam non
excedat, tunc remanet pro pœna in suo robore *Pragm.*
10. *eod. tit.* §. 5. *item vogliamo &c.* quod si causa
certum non contineat valorem, isto casu pœna arbi-
tranda est a judicantibus causam suspicionis prædictæ
a quo arbitramento nullum proponi potest remedium,
ut ex *d.* §. 2. prædictum depositum ducatorum sexa-
ginta fit in eo casu, quo terminus in causa non im-
partitur; impartito autem termino fieri debet usque
ad summam ducatorum biscentum, ut ex eod. §.

His adimpletis, a D. Præsid. decretum profertur, quod
25 *ostendatur* supplicatio cum capitibus Domino Consilia-
rio, contra quem proposita est recusatio; qui Consi-
liarius quandoque replicat, quod veræ non sunt expo-
sita, & ideo remittit se juri; pars autem recusans pe-
26 tit terminum ad probandum capita, ac tenetur facere
duplicatum depositum, ut jam dictum est.

Hinc si eadem pars recusans, ut relevetur ab onere pro-
27 bandi, Judicis recusati depositionem super articulis,
seu positionibus petat, quid antehac observatum fue-
rit, & quid in futurum servandum sit, ostendere li-
bet; etenim hac in re, si recusationis causa sit cri-
minosa, Doctores sunt concordes, quod Judex recusa-
tus non sit interrogandus; sin autem criminosa non
sit, Interpretes non pauci affirmant, nempe quod
sit interrogandus etiam cum juramento, ut vide-
re est penes D. Thesaurum *decis.* 7. ubi de observan-
tia illius Senatus testatur: alii tandem absque jura-
mento, & extra judicialiter, ut penes D. Regentem
Rovitum super *Pragm.* 1. *de suspicionibus Officialium*
n. 41. qui hanc praxim usuvenire non diffitetur. Ego
autem neutrum admitterem, imo subsequentibus ratio-
nibus contrarium servatum iri existimarem: prima,
quia juramentum est spirituale quoddam tormentum,
28 cum non minus mentem urgeat ad veritatem dicen-
dum, quam ipsa tortura, ut probat Pater Lessius *de
justitia, & jure lib.* 2. *de reo, & Advocato dubitat.* 3.
cap. 31. *num.* 55. ergo recusato Judici illud non est
deferendum ad recusantis requisitionem, ut relevetur
ex ore Judicis recusati ab onere probandi; etenim
Juramentum deferri non potest interrogando, nisi præ-
via quadam probatione, nempè semiplena, *argum. cap.
29 qualiter* 17. *cap. inquisitionis* 21. *de accusationibus*,
& ex Divo Thoma 2. 2. *quæst.* 69. *art.* 2.

Secunda ratio est, quia arma non sunt sumenda a domo
30 rei, *l. de minore* 10. §. *nec debet D. de quæstion.* ibi: *nec
debet initium probationum de domo Rei accusator sumere
l. nimis grave* 7 *C. de testibus*: tertia, si enim super
capitibus Judex esset interrogandus, suo dicto standum
esset tum affirmativo, tum negativo: sed sic est, quod
contrarium in negativo servatur, & recusanti ad pro-
bandum capita terminus impartitur, in quo recusatus
probare nequit, neque pars contraria, quæ pro Judi-
ce est in causa, testes producere potest, ut ex d. *Prag.*
55. §. 20. ergo non est interrogandus, ut in judicio
servetur æqualitas, *l. ut liberis* 17. ibi: *æqua lance,
parique modo prospici possit C. de Collat. l. si major.* 4.
ibi: *ut in omnibus æquabilitas servetur C. Com. divid.
l. non tantum* 20. *D. de re judic.* cum concord. sicque
recusatus profecto remaneret gravatus: quarta; nam
recusatio, præter causam consanguinitatis, vel affini-
tatis, aut advocatiæ, recusato nonnullam irrogat in-
31 juriam, cum bonam opinionem, saltem quoad mores
imminuat; idcirco aliud addi non decet, quod Judi-
cis dignitatem, & auctoritatis splendorem, ac decus
obumbret; præterquam quod contristaretur sanè Judex,
& indecorum foret, eundem super capitibus interro-
gari, cum interrogationis actus, qui jurisdictionis est,
non sine Judicis pudore, ne dicam dedecore, perficia-
tur: quinta, quia Judex non videtur esse in causa,
ut animadvertit quoque Petrus Fontanella *dec. Cathal.*
23. *num.* 14. *circa fin.* quorsum igitur interrogari de-
bet Judex, & respondere per verbum *credo, & non
credo*? Sexta, quia si absque juramento Judex interro-
garetur, actus esset inutilis, & frustratorius, nam fa-
cili negotio omnia reticeret, & insuper cum juramen-
to eum dedecet percontari, ut probatum est; neutrum
igitur esse servandum existimo, prout in facti contin-
gentia in mea Aula tantum fuit dictum, quod *com-
paritio cum positionibus iterum ostendatur Domino Con-
siliario.*

Impartito termino, attestationes cum Notariorum lega-
32 litate, vel fides eorum etiam, qui in dignitate sunt
constituti, non recipiuntur, sed testes cum juramento
examinari debent, sicut in dicta *Pragm.* 15. §. 21.

Si vero replicet, *vero sunt exposita, ideoque non possum
intervenire*, hac replicatione non videtur jam suspe-
ctus declaratus; aliquoties enim pro evitando labore,
& incommodo, aut alia quavis causa ita respondetur;
33 siquidem nec ipsemet Judex se potest declarare suspe-
ctum in præjudicium partis collitigantis, *Pragm.* 15.
§. 12., quæ pars audienda est contra suspicionem, ac
demonstrare capita non continere legitimas causas,
ut ex eadem *Pragm.* §. 20. & 21. sicuti quando ali-
34 quis Consiliarius proponit in aula scrupulum, partes
audiri consuevimus, & ita fuit decisum; nam cum
fuisset D. Consiliarius D. Julius Capycius Galeota
suspectus allegatus pro parte heredum Jo: Stephani
de Auria, non obstante quod replicasset, *vera sunt
exposita, & non possum intervenire*, suspicionis nihilo-
minus causa fuit mihi commissa a Spectabili D. Præ-
side D. Alonzo Perex Araciel omnibus scientiis, ac
virtutibus ornatissimo, & commissio fuit confirmata
per Regium Collaterale Consilium sub die 15. Junii,
currentis anni 1705. acta sunt penes Magnificum An-
tonium Lombardum; atque adeo praxis invaluit, quod
si pars adversa conquiescat, committitur causa princi-
palis alii Consiliario; sin autem non conquiescat, &
contendat, recusationis causam esse injustam, erroneam,
& minime subsistentem, tunc committitur suspicionis
causa, & pars auditur in juribus suis.

Si vero simpliciter dicat, *remitto me juri*, fateri quod-
ammodo potius videtur, quam exposita negare: præ-
terea dici solet, *vera sunt exposita, & ideo remitto me
juri; aut vera sunt exposita, & proinde non possum in-
tervenire*, rationibus supra consideratis.

Ceterum non est impartiendus terminus, si capita pro-
35 bata non relevarent, ut ex *Pragm.* 5. *eod. tit.* alio-
quin pars recusans gravaretur duplicati depositi pœna,
quæ remitti deinde non posset, ut ex *Pragm.* 10. §. 5.
ibi: *vogliamo, che irremissibilmente si abbia da esigere*,
Pragm. 15. §. 5. ibi: *vogliamo che dette pene non si
possano rimettere nè in tutto, nè in parte per qualsivoglia
causa, etiam se prima, o poi del termine la parte si
rinunciasse*, *Pragm.* 16. §. 2. ibi: *s' incorra nella pe-
na del deposito, il quale non si possa restituire.*

Circa tertium, nempe respectu causarum, hæ sunt mul-
36 tiplicis generis, sed omnes propemodum originem
trahunt ab amore, & odio, unde tanquam ab radice
pullulant, Theodor. *allegat.* 87. *num.* 4. qui sanè
concitatiores animi motus ex se judicii rectitudinem
magnopere perturbant, & faciunt sepè Judicem non
agnoscere veritatem, Aristot. *Rhetor.* 1. amor enim,
37 & odium, quamvis objectorum respectu bonum, vel
malum contineant, veluti pudicus, & impudicus amor,
odium contra malum, bonum, & è contrario; sicuti
amor erga proximum, charitas est, odium contra pro-
ximum, iniquitas; in hac tamen recusationis materia,
utrumque semper malum est; etenim amor erga unam
partem, in alteram collitigantem quodammodo odium
est, ob damnum, quod inde potest emergere: causæ

inquam

lnquam aliæ referuntur a Jasone in *l. cum apertissimi*
C. de judic. a Decio, a Præposito in *cap. postrema de*
appellationibus, & a Panormitano in *cap. 4. ut lite*
non contest. a Marania in suo *speculo prax civil. artic.*
2. quadraginta connumerantur, a Præposito *loco cit.*
septuaginta quatuor, a Carrasco *ad ll. Recop. cap. 9.*
nonaginta & una, & octoginta quatuor a Borgnino
Calvacano *dec. 28. p. 2.* Gonzalez autem in *c. cum*
speciali de appell. n. 4. vers. hæ autem causæ docet,
quod cum illæ multæ sunt, variæ jure non defini-
tæ, proinde Judicis arbitrio sint æstimandæ. Harum
38 paucæ ex Judicum moribus proveniunt: hinc quales
esse debeant Consiliarii Sanctæ Claræ, & quomodo
in magistratu se gerere debeant, admonet Serenissi-
mus Rex Ferdinandus Aragoneus in *Pragm. 2. de of-*
ficio S. R. C. §. 4. ibi: *Consiliarii, nisi juris insigni-*
bus decorati, docti, graves, severi, insontes, mites, ju-
sti, faciles, levesque, qui in judiciis exercendis, non
precibus, non pretio, non amicitia, non odio, non deni-
que ulla re corrumpantur, aut ab æqui, rectique deji-
ciantur sede, justitiam amplectentes, divina formidantes
judicia. Docti, ut valeant juris dubietates interpretari
39 ac definire; idcirco Athalaricus Rex apud Cassiodor.
lib. 8. variar. epistol. cap. 18. litterarum peritissimos
maxime in legibus deligendos esse voluit; ait enim
Professionem constat esse justitiæ, legum peritos judices
ordinare: quia vix potest negligere, qui novit æquita-
tem, nec facile errores vitio sordescit, quem doctrina
purgaverit; ac tradit Petrus Gregor. Tholosan. *de*
Republica lib. 24. cap. 6. de bonis Consiliariis eligen-
dis, & qualitatibus eorum, hinc Judices imperitos
40 judicare vetatur, ex Gratiano in *summa distinct. 20.*
§. sed aliud est causis terminum imponere, D. August.
in can. ut evidenter 82. in fin. 1. q. 1. & glos. *ibi-*
dem, D. Hieronym. in *can. si quis non recto judicio 4.*
24. q. 3. Alexand. III. in *cap. ex literis*, & glos.
in *cap. sciscitatis 13. §. nos vero extra de rescriptis*;
quandoquidem turpe est, jus, in quo quis versatur,
ignorare, *l. 2. §. Servius autem Sulpitius de origin.*
jur. quia etiam Judex, qui est crassa Minerva, &
illiteratus, in puncto subtili recusari potest, Aufrer.
de recusation. num. 54. ne nimia familiaritate, Regia
41 auctoritate neglecta, contemnatur, quod innuit Calli-
stratus in *l. observandum 19. D. de officio Præsidis*,
ibi: *observandum est jus reddenti, ut in adeundo qui-*
dem facilem se præbeat, sed contemni non patiatur: un-
de mandatis adjicitur, ut Præsides Provinciarum in ul-
teriorem familiaritatem Provinciales admittant: nam ex
conversatione æquali contemptio dignitatis nascitur. No-
vell. 17 cap. 5. §. 3. Kellerus *de offic. juril. polit.*
lib. 1. cap. 18. fol. mihi 143. Ruger. Rulant. *lib. 1.*
de commissar. & commission. Cameræ Imper. lib. 1. cap.
28. num. 4. non autem superbi, nec elati, ne populo
invisi reddantur; tales enim natura ad consilia inabi-
les, & ineptos esse ait Adamus Kellerus *ibi*. *Se-*
veri, & Mites; severi videlicet in atrocibus crimini-
bus, mites in levibus, vel *severi, & mites*, ut severi-
42 tate cum temperamento utantur, juxta monitum Ju-
risconsulti in *l. respiciendum D. de pœnis*, & juxta
can. omnis, qui juste judicat 10. dist. 45. can. discipli-
na 9. dist. 45. ibi: *in regimine ergo populi utrunque*
Moyses miscuit, ut nec disciplinæ deesset misericordia,
nec misericordia disciplinæ: miscenda ergo est lenitas
cum severitate, faciendumque quoddam ex utraque tem-
peramentum, ut neque multa asperitate exulcerentur sub-
diti, neque nimia benignitate solvantur; ibique glos.
v. miscenda: temperari igitur debet vinum austerita-
tis cum oleo pietatis, more illius Samaritani *Lucæ 10.*
qui vinum, & oleum semivivi vulneribus miscuit,
ut per vinum, inquit D. Gregor. *ibidem mordeantur*
vulnera, per oleum foveantur. Insontes; nam quomodo
43 sibi conscii de propriis flagitiis, aliena vitia recte
coercere queant? quod inculcat Gregor. in *moralib.*
in can. qui sine peccato 3. in fin. 3. qu. 7. in hæc
verba: *quid est, quod in ultionem fidelis inflammatus,*
& tamen prius ipse prosternitur? nisi quod prius ipsi
purgandi sunt, per quos aliorum culpæ feriantur, ut
ipsi jam mundi per ultionem veniant, qui aliorum vitia
corrigere festinant; prosequiturque D. Ambros. in *can.*
judicet 4. 3. qu. 7. ibi: *Judicet ille de alterius errore,*
qui non habet, quod in se ipso condemnet. Faciles vide-
44 licet se exhibere audiendo æque divitem, ac paupe-
rem: *nulla erit distantia personarum; ita parvum au-*
dietis, ut magnum, Deuteron. cap. 1. & per sapien-
tiam Salomonis *Ecclesiastici 11.* dicitur: *antequam*
scruteris, ne reprehendas: intellige prius, & cum incre-
pa, antequam audieris, ne respondeas: quod & Aristi-
des *ad Capitonem lib. 3.* monet, judicem præbere se
ipsum æqualem utrique, & communem quoad auscul-
tationem: belle igitur Philippo Macedoni dixit mu-
liercula quædam: *si non vis audire, nec regnes. Leves,*
scilicet affabiles, non austeri; plus enim humanitatis
flos valet, quam sapientia; lenitudo autem consistit
in factis, & verbis benignis, quæ comitate, & allo-
quiis officia provocat, ait Keller. *præcitat. loco*; hinc
dixisse fertur Philippus Macedo apud *Plutar. in apoph-*
tegm., *se malle diu benignum, quam brevi tempore do-*
minum appellari, *non precibus* nec pauperum, nec
45 potentum; scriptum est enim, *non consideres personam*
pauperis, nec honores vultum potentis, Levit. cap. 16.
num. 16. præcit. *l. observandum de offic. Præsid.* ibi:
neque precibus calamitosorum &c. ut fortes sint, atque
integro, infractoque animo; scriptum enim est; *noli*
quærere fieri Judex, nisi valeas virtute irrumpere ini-
quitates: ne forte extimescas faciem potentis, Ecclesiast.
46 *cap. 7. num. 6.*: *Non pretio*; quinimo non tantum
pretio, quod personam deturpat, atque familiam, &
nefandum est, sed quocumque accepto munere, judi-
cium non ineant; hinc considero, quod Jesus Salva-
tor noster sua virtute, & summa charitate cæcos fe-
cit videre, & mutos loqui; muneribus autem Diabo-
lus videntes cæcos, & loquentes reddit mutos; scri-
ptum est enim: *nec accipies munera, quæ etiam excæcant*
prudentes, & subvertunt verba justorum, Exod. cap. 23.
num. 8., & *Deuteronomii* quoque, *non accipies perso-*
nam, nec munera: quia munera excæcant oculos sapien-
tum, & mutant verba justorum, cap. 16. num. 14. &
cap. 27. *Ecclesiastici cap. 2. Isaiæ cap. 5.*; porro quæ-
cunque dona intrepide rejiciantur oportet, exemplo
Christi Diabolum Regnorum oblatione tentantem eji-
cientis, *vade Satana, Matt. cap. 4.* *Non Amicitia*;
hæc enim mirum quam operatur, æque ut sanguinis con-
47 junctio: quinimo stricta, consanguinitatis vinculo an-
tefertur, *l. cum allegas C. de castrensi peculio militum*
lib. 12. ibi: *quinimo vice mutua chariores invicem sibi*
reddidisse credendum est, & Cic. *de amic. n. 18.* in-
quit: *namque hoc præstat amicitia propinquitati, quod*
ex propinquitate benevolentia tolli potest, ex amicitia au-
tem non potest, sublata enim benevolentia, amicitiæ
nomen tollitur, propinquitatis manet. Verum fas non
48 est amicos obtemperare conscientiæ damno, aut pie-
tatis jactura, ut ex Lemnio in *exhor ad vit. optime*
instituend. fatetur Kellerus *de officio juridicopolitico*, &
Ecclesiast. cap. 6. noli fieri pro amico inimicus proxi-
mo. Non Odio, quod valde distat ab ira, ut docet
D. Thom. 2. 2. *quæst. 158. art. 4.* & adversatur di-
49 vino præcepto, *Luc. cap. 22.* odium enim omne ma-
lum suggerit, Chrysost. super *Matt. hom. 43.* Ad sum-
50 mam Judex in judicando Deum solum præ oculis ha-
bere debet, ac via Regia incedere, ex *cap. qualiter,*
& quando 17. extra fin. de accusat. ibique glos. *cap.*
cum æterni 1. de sent. & re judic. in 6. Extravag.
commun. declarationes §. in ergo de Decimis; hinc lu-
culenter A. Gellius *noct. Att. lib. 14. cap. 4.* ex
Chrysippo imaginem justitiæ verborum coloribus gra-
phice depingente ait: *Judicem, qui justitiæ antistes est,*
oportere esse gravem, Sanctum, Severum, incorruptum,
Inadulabilem, contraque improbos, nocentesque Immise-
ricordem, atque Inexorabilem, erectumque, & arduum,
ac potentem, vi, & majestate æquitatis, veritatisque
Terrificum. At hæc est felicitas nostrorum temporum,
51 quod consiliarii in nostro S. C. omnes doctissimi,
atque integerrimi præsideant, nulli prorsus vitio ex
antedictis obnoxii.

Causæ etiam declarantur a Reg. *Pragm. 55. tom. 3.*, &
52 *ultim. tit. de suspicion. tom. 4.* scilicet causa inimi-
citiæ (quæ necessum est, ut clara, & specifice expri-
53 matur) si totam offendat familiam, extenditur usque
ad quartum gradum consanguinitatis, & ad tertium
affinitatis inclusive, computatis gradibus de jure ca-
nonico; si capitalis, quæ familiam non afficit, usque
ad tertium gradum consanguinitatis, & secundum af-
finitatis: consanguinei videlicet, & affines usque ad
enunciatum gradum Judicem recusare valent, dummo-
do non sit secuta reconciliatio inter Judicem, & prin-
cipalem, ut ex dict. *Pragm. 15. §. 15.* causa litis
54 minima satis est ad suspicionem astruendam, præter-
quam inter litigantes, & Judicem tantum: si vero
magni

magni momenti sit, ita ut ex ea capitalis inimicitia exoriatur, extenditur ad immediatos successores ab intestato rei, de qua agitur, & ad alios quoque conjunctus usque ad secundum consanguinitatis gradum, sive affinitatis, ut ex §. 16. *d. Pragm.* 15. Causa compatratus, quo cognatio spiritualis contrahitur, secundum Sac. Concilii Trident. dispositionem *sess.* 24. *cap.* 2. *de reform. matrim.* suspectum pariter Judicem reddit,
55 si cognatio sit inter susceptum, & suscipientem, ac reliquos, cum quibus spiritualem istam cognationem contrahi idem Concilium declaravit, ut ex *d. Pragm.* §. 17. Causa, in qua Judex fuit Advocatus, eundem pariter in suspicionem adducit, etiam partibus consentientibus, §. 18. adde causam inurbanitatis quoad
56 salutationes, ut in *d. Pragm.* 15. §. 19.

Circa quartum, recusationis judicium intra mensem ter-
57 minari debet, quo in termino pars recusans testes producere, ac scripturas valet, ut ex *Pragm.* 15. §. 22. incip. *Ordiniamo di più*; necnon causæ expeditionem procurare, ut ex *Pragm.* 18. & in ejus expeditione tres Judices unius Aulæ sufficiunt, aliis non exi-
58 stentibus; quinque vero duarum Aularum, si in duabus Aulis tractata sit, ut ex eadem *Pragm.* 18. §. 2. & Consiliarii dati pro adjunctis interveniunt tantummodo in decretis diffinitivis, non autem interlocutoriis, & incidentibus, ut ex *Pragm.* 21. *tom.* 3. &
59 *ult.*, *vers.* incip. *che la stabilita roti.* 4. Item a decretis tum diffinitivis, tum interlocutoriis non appellatur, neque reclamatur, aut de nullitate dicitur, neque aliud quodvis remedium opitulatur, ne restitutio quidem in integrum, atque adeo illorum executio nullatenus retardatur, quamvis incidentia ejusmodi forent, ut in diffinitiva reparari non possent, ex *Pragm.* 9. 11. 15. §. 23.

His absolutis ad propositam decretorum explicationem
60 devenio. Primum itaque decretum, *non recipiantur &c.* interponitur, quando suspicio non fuerit infra legitima tempora proposita, capita non fuerint subscripta ab ordinario Advocato, aut depositum non fuerit integrum, aut a Principali proponatur, deposito non duplicato, sive a Procuratore speciale mandatum non habente.

Secundum decretum, quo dicitur: *rejiciantur capita, & depositum liberetur magnifico Secretario &c.* interponitur, quando capita sunt infra legitimum tempus proposita, & cum requisitis Reg. Pragm. circa ordinem: verum illa sunt affectata, vel procurata, de quibus loquitur *Pragm.* 15. §. 14. & *pragm.* 19. *tit. de su-*
61 *spicionibus*, vel quando simulata sunt, puta creditum venditum, vel cessum personæ, quæ Judici est suspecta, vel quando capita apertè subsistentiam non habent.
62 Hic autem noto, quod hæc formula, *rejiciantur*, usovenit ad indicandum, quam flocci pendantur hujusmodi suspiciones; & merito hoc verbo utimur, ut contemptus remaneat, qui ausus fuerit talem suspicionem proponere. Olim etiam dicebatur, *non admittatur*, ut ex *Pragm.* 16. sed supradicta formula magis est consentanea, & usu recepta, quemadmodum ita dicimus, quando capita nullitatum aperte ad dilatandum, & cavillandum sunt proposita.

Aliud decretum, quo dicitur: *interveniat*, vel *non interveniat*, explicatione non indiget.

Quartum decretum, quo dicitur: *visa replicatione, non interveniant*, interponitur, quando ex dicta replicatione apparet, quod Judex affectet in causa intervenire, & multoties, quando capita aliquo modo Judicum personam offendunt, ut semper eis salvus sit honos.

Interponitur quoque aliud decretum, quo dicitur: *Visis actis, interveniant, & depositum liberetur Magnifico Secretario, servata forma Regiæ Prag.* quando pars recusans distulerit expeditionem, vel quando suspicioni renunciaverit; nam, non obstante renunciatione, depositum in pœnam audaciæ liberatur. Decretum vero, quo dicitur: *donec suspicio non fuerit proposita formiter &c.* interponitur a Spectabili Domino Præside, quando porrigitur libellus recusationis absque deposito: quod mihi videtur perperam esse introductum; nam aut Consiliarius replicat *remitto me juri* post decretum, *ostendatur*, & si capita non sunt recipienda, aut rejicienda, recusans evitaret pœnam; aut replicat, *non possum intervenire*, & pars adversa non conquiescit, ex rationibus deductis committenda est suspicionis causa: quamobrem magnificus Secretarius S. C. una cum libello debet recipere depositum.

De hac suspicionis materia latè disserunt DD. in commen-
63 *tar. ad leg. cum apertissimi C. de judiciis*, prætertim doctissimus Hubertus Giphanius, & super *Pragmaticis* D. Reg. Rovitus, Novarius, ac novissime Franciscus Maradei: decisiones vero S. C. recenset Thorus in *compend. decis. in v. suspecti & suspicio tom.* 1. *a fol.* 532. *usque ad fol.* 535. *tom.* 2. *a fol.* 673. *usque ad* 676. *tom.* 3. *par.* 3. *fol.* 306. & 310. *in supplementa in v. Judex a fol.* 622. *usque ad* 625. & in *Cad. rer. judic. fol.* 57. D. Reg. Petra super *Ritu M. C.* 266. *tom.* 2. & 3. ubi latissime, sicuti de hac eadem re Jo: Petrus Fontanella triginta exaravit decisiones, 14. D. Reg. Sanfelic., scilicet decem in *tom.* 1. *a decis.* 77. *usque ad* 86. & quatuor in *tom.* 2. nempe *decis.* 224. 254. 287. & 303. Nec non de *recusationibus, sive suspicionibus Judicum* tractant Bartolus, Stephanus Aufrerius, Joannes Michael Eodter, Lanfrancus de Oriano, Jo: Ferratius Montanus in *progymnasm. forens.* Jo: Wamesius in suo *tract. de appellat.* Guazz. *ad defens. reor. defens.* 1. *cap.* 19. 20. & 21. Ritius Merlus in sua *apologia juris homoletica*, Hortensius Cavalcanus *de Brachio Regio par.* 3. *num.* 312. & *seqq.* & *num.* 340. & *seqq.* Jo: Baptista Costa *de re integra distinct.* 96. & de *judiciis num.* 48. & *seqq.* Gresous de Valdaura *observ.* 9. Jo: Antonius ab Ecclesia *p.* 2. *observat.* 68. 69. 70. & *seqq.* Prosper Farinac. in *frag. p.* 2. *a num.* 636. *usque ad* 971. & in *repertor. judicial. qu.* 42. Carolus de Grassis in *tract. de except.* 24. Jo: Baptista Larrea in *dec. Granat. p.* 1. *disp.* 48. D. Cardinal. Tuscus *pract. conclus. jur. lit. R. conclus.* 65. & *lit. S. conclus.* 906. & *seq.* Arsmin. Tepatus in *compendio var. jur. sentent. tom.* 1. *tit. de recusat. judicum suspect. fol. mihi* 167. Didacus Covarruvias *pract. quæst. cap.* 26. Carolus Antonius de Luca *de linea legali art.* 29. Hippolytus Maja in *observ.* 6. *num.* 26. & *seqq.* Joseph Romanius in *cons.* 3. Scaccia *de judic. lib.* 11. *cap.* 66. *num.* 13. & *seqq.* Antonius Barra *controv.* 78. Scialoja de *foro competenti cap.* 9.

VINCENTII ALOI

IN CAPITIS II.

DISTINCTIONEM SECUNDAM.

ANIMADVERSIO

SUMMARIA.

I. *Quæ sint potissima Judicis recusationis fundamenta.*
II. *An Procurator proponere possit recusationem Judicis, & quali egeat mandato.*
III. *An Procuratore subscribente recusationis Capita sufficiat simplex depositum, vel requiratur duplicatum.*
IV. *An possit Advocatus se abstinere a defensione recusationis, etiamsi renunciet defensioni causæ principalis.*
V. *Tempora præfixa ad proponenda, & prosequenda recusationis Capita num locum habeant in suspicionibus, quæ ex lege oriuntur, vel in his, quæ proveniunt ab homine.*
VI. *Quid circa eadem tempora, si recusatio probatione indigeat.*
VII. *Quo jure circa tempus censeatur suspicio oriens ex cognatione spirituali.*
VIII. *An limitatio temporis locum habeat, etiam in recusatione ex caussa recepti arbitrii, vel nominationis in Arbitrum.*
IX. *Tempus ne restringatur, tam quando recusatus Judex ex caussa præstiti patrocinii in eadem lite individualiter, quam si Advocatus fuerit in caussis annexis, & connexis, emergentibus, & dependentibus.*
X. *Limitetur ne tempus, si Judex fuerit testis in interpositione Decreti* quod expedit *illius contractus, de quo principaliter controvertitur.*
XI. *An sit locus temporis limitationi quando filius Ministri, vel conjunctus in tertio gradu intervenit in caussa uti Advocatus, vel uti Arbiter.*
XII. *An minori doli incapaci, & Curatorem non habenti competat restitutio in integrum adversus lapsum temporis.*

XIII. *An*

XIII. *An recusationis tempus curret Curatori hereditatis jacentis, etiamsi curtere incaperit in vita defuncti.*
XIV. *An tertio venienti in caussa ob suum principale & præsentaneum interesse tempus curret a die comparitionis.*
XV. *Quando tempus curret si recusatio proponatur pro parte principalium absentium, & litis ignorantium.*
XVI. *Elapsis quadraginta diebus num proponi possint nova recusationis capita, pendente adhuc caussa recusationis infra legitima tempora proposita.*
XVII. *An terminus 40. dierum obtineat etiam in suspicione resultante ex inimicitia capitali, quamvis nascatur ex lite civili.*
XVIII. *An subjaceat temporis limitationi suspicio, quæ oritur ex proprio interesse, quod Minister habet in caussa.*
XIX. *An recusatio proveniens ex collatione beneficii, vel muneris & officii cujuscumque opere unius ex litigantibus restringatur terminis præfixis a Regiis Pragmaticis.*

I. RECusationis fundamenta potissimum non ex affectibus, sed ea Judicum officiis erant arcessenda. Facilius enim officiorum, quam affectuum indoles pernoscitur: quum homines plerique sedulo studeant, quæ maxime agitantur, passionem occultandi. Qua enim ratione dignosci potest amorem an odium invadisse Judicis animum? Verba plerumque sunt æquivocum argumentum; nam possunt provenire ex justitiæ zelo, & nihilominus odio tribuuntur. Facta, vel sunt juridica; & quia legibus præsto sunt litigatoribus æque juridica remedia, non recusationem admittunt, sed legitimum gravamen. Pernota sane, & vulgaris est in Foro parœmia: *Si gravaris, appella*; vel sunt extra judicium; & quia indubia, clara, & univoca probatione indigeant, perdifficile atque dubium reddunt recusationis judicium. Judex igitur in conflictu passionum sui ipsius cognitor esse potest. Sed qui indifferens & fidelis in suipsius perscrutatione? Ipsi nos seducimus, & quidem sub specie recti. Tutius ideo foret, recusationem metiri ex Judicum officiis, quæ quanta & qualia sint ignorat nemo. In eis enim prælucere debet sapientia, amor justitiæ, odium iniquitatis, & temperantia, qua non sobrietas solum indicatur, sed maxime *ejuratio avaritiæ*. Si contra hæc Judex peccat, est omnino suspectus. *Sapientia* est legum peritia, qua sufficienter præditus Judex præsumi debet. Hinc culpolum reor caussarum recusationes in Judicis imperitia fundare; idem enim esset ac injuriam facere Principis delectui. Quapropter bene *illustris Auctor n. 40.* Judices imperitos judicare vetari ait, quod ad summam pertinet Potestatem; non vero posse recusari, quia non est privatorum existimare Judicum peritiam. *Amor justitiæ* te calerit in impartialitate, qua jus cuique dicitur; quæ virtus si vel minime turvatur, Judex aliquo affectu agitatus sit oportet. *Odium iniquitatis* si in omnem Judicis actum non elucescit, amore alicujus ex litigatoribus laborat. *Avaritia* denique omnium malorum radix cordibus Judicum si non abest, proprio officio adesse prorsus nequeunt. Cor enim interesse blanditiis commotum, mentem obruit; Intellectum scilicet præpedit in inquirenda & cognoscenda veritate; ac voluntatis libertatem avertit, quominus media amplectatur mendacio veritatem, & iniquitati justitiam legali fortitudine & constantia præferendi. Si probe noscatur sensus Pragmaticarum, quæ prostant in Titulo *de suspicionibus officialium*, mea non mihi male redit opinio circa recusationis fundamenta. Quæ etenim in illis cauta sunt, rigidam respiciunt officiorum Judicis observantiam, quæ promovetur præcipuos animi effectus recusatione castigando. Non omnia potuit *illustris Auctor* ad hanc materiam pertinentia sua tradere facilitate. Multa sane utpote inter sui temporis Doctorum disputationes subjecta, proprio resolvit judicio; nonnulla irresoluta reliquit. Erat tunc temporis publicata circa Judicum suspiciones Pragmatica *Comitis S. Stephani*, quæ est XXII. *Tit. eod.* At postea ad removenda dubia, quæ exorta fuere interpretum forensium nimia litigandi prurigine, in anno 1731. emanarunt Pragmatica XXIII. & XXIV. Prorege *Comite de Harrach*; quæ quum non potuerunt innotescere *illustri Auctori* jam defuncto, hic adnectere duas dubiorum resolutiones ex iisdem Pragmaticis resultantes.

II. Cum Pragmatica 22. *de suspic. offic.* statuisset Principalem litigantem, vel ejus Procuratorem speciale mandatum habentem proponere posse Judicis recusationem, quæstio inter Pragmaticos orta fuit, quodnam sit speciale mandatum in materia Recusationis. Permulti affirmarunt speciale mandatum reputari si in mandato adsit clausula judices, & Notarios recusandi: Alii censuerunt mandatum speciale esse illud, in quo datur Procuratori facultas talem judicem in tali causa recusandi. In hoc opinionum conflictu laudatus Author noster præscio quasi calamo scripsit *num. 21. mandatum speciale necessarium esse ad recusandum talem judicem, cum recusatio dependeat ex animo; ideoque ad arbitrium Procuratoris non est res tam magni momenti remittenda.* Nam a *Pragm. 24.* edita anno 1731. *de susp. off.* hæc quæstio diremta fuit his verbis: *Ordiniamo, e comandiamo, che il mandato speciale del Procuratore s'intenda che debba esser specialissimo ad recusandum il tal Ministro nella tale causa, ed altrimenti si possa ammettere.*

III. Similiter a *Pragm. 15. §. 4. de susp.* sancitum fuit, quod recusationes judicum non recipiantur nisi subscriptæ ad Advocato ordinario causæ, vel a Principali cum duplicato tamen deposito illius quod fieret, si Advocatus causæ subscriberet. Et in *Pragm. 22.* simpliciter dictum fuit, quod non recipiantur nisi propositæ sint a Principali, vel ejus Procuratore. Hinc quæstio orta inter Pragmaticos: An subscripta recusatione a Procuratore cum speciali mandato sufficiat depositum simplex, vel duplicatum eadem forma ac si a Principali subscripta esset. Ab utraque Parte variæ decisiones proferebantur. *Giizius* enim in *observ. ad dec. 81., & 164. Capyc. Latr.* adnotavit exempla, etiam in sui personam, duplicati depositi. *Franciscus Maredei in observ. ad singul. 388. n. 30. & 31.* testatus fuit in causa Marchionis Cusani ob recusationem in personam Consiliarii Petri de Fusco requisitum fuisse simplex depositum. Quæstionem diremit etiam Pragm. anni 1731. his verbis: *Inoltre che in tal caso il deposito debba esser duplicato nello stesso modo, e forma, che venisse la ricusa proposta, e li capi soscritti dal Principale.*

IV. In Pragmatica anni 1689. præscriptum fuit, quod Advocatus Causæ subscribere debeat recusationis capita, non collega, etsi loquutus fuit in Aula: At Advocatus Causæ onus sustinens, ne per recusationem Judici injuriam inferret, vel per alias causas, plerumque a tali onere se abstinebat, & Cliens aut alium Advocatum destinare debebat ad hunc actum, aut ad Principem recurrere debebat, ut Advocatum destinaret ad subscribenda recusationis capita, & ita indirecte hujus Pragmaticæ dispositio eludebatur. Huic malo etiam occurrit Pragm. anni 1731. sanciendo nullo prætextu, Advocatum causæ principalem excusari posse a subscriptione capitum recusationis, & illorum defensione, excepto solo casu si capita non sint honesta, quia tunc subscribere non cogitur, sed subscribi debent a Principali, vel ab ejus speciali Procuratore. En Pragmaticæ verba: *Ordiniamo, e comandiamo, che colui, che si trove Avvocato principale della causa non possa in niun conto, e per niun pretesto scusarsi della difesa della ricusazione, e soscrizione de' capi, quando siano onesti, e non apportino noja al Ministro, in forma, che ne sia riservata al Reg. Coll. Cons. la cognizione, nel qual caso solo possa scusarsi di quelli sottoscrivere, potendosi ciò fare dal Principale, e dal suo speciale Procuratore, come di sopra, ma non già dalla difesa, coi termini della giustizia, e dell'onestà, senza ammettere scuse veruna.*

V. Terminus ad recusationem proponendam a *Pragm. 15. §. 6. de susp.* statutus fuit quadraginta dierum, & dierum triginta ad prosequendam. Sed inter Pragmaticos controversum fuit, An hæc tempora præfixa ad proponendam, & prosequendam recusationem locum habeant in recusationibus, quæ ex lege oriuntur, vel in his, quæ proveniunt ab homine. Controversiam sustulit *Pragm. 22.* anni 1689. sanciendo, quod terminus prædictus non obstante prætextu quod recusatio sit notoria tam in facto, quam in jure servetur, quavis judicatura, vel DD. opinione in contrarium non obstante, & quovis ordine in contrarium a Prorege obtento, vel ab aliis. Malitia tamen Forensium hanc Pragmaticam eludebat variis dubiis suscitatis. Ad illa igitur resecanda Pragm. anni 1731. statuit: *Che perciò a fine di resecare tutte le controversie fin'ora suscitate, e qualsisiano altre, che potranno in avvenire suscitarsi, intorno alla maggior parte delle quali parea bastantemente essersi proveduto col disposto in detti §. 5. e 6. della*

6. della sudetta Prammatica, di bel nuovo a maggior cautela dichiariamo, ed ordinamo espressamente, che nelle sudette limitazioni de' termini a proponere, e proseguirsi la ricusa si comprendano, e s' intendano comprese tutte le cause di ricusazioni, così notorie, come non notorie, tanto di fatto, quanto di legge, così le sospezioni, che procedano ab homine, come tutte quelle, che nascono dalle leggi espresse, tanto quelle, che han bisogno di prove, quanto quelle, che siano talmente notorie, che non abbiano bisogno di pruva alcuna estrinseca; abolendo ogni opinione di Dottore su tali articoli, e togliendo la forza alle giudicature, che sopra di ciò fossero seguite, acciò non possano allegarsi in casi simili, nè servire di legge, stile, o osservanza, di sorta, che per tutto si osservi ad unquem *quanto nel detto §. 6. viene disposto.*

VI. Et ex his verbis diremta fuit etiam illa controversia circa tempora, quando recusatio probationa indigeat. Nullo enim modo sub prætexto probationis tempus præfiaum extendi potest.

VII. Cognatio spiritualis legibus civilibus ignota, a jure canonico ortum duxit. Extendarunt illam Canonistæ usque ad septimum gradum, sed Concilium Tridentinum *sess. 24. cap. 2. de reform. matr.* ad secundum restrinxit. In Regno ex *Pragm. 5. de suspic.* fuit causa sufficiens recusationis judicis inter baptizantem, & baptizatum, matrem, & patrem baptizati. Dubitabatur tamen an tempore præfiao coarctari possit, quamvis Forenses maximi ponderis, & decisiones S. C. id negarent. *Regens de Marinis lib. p. resol. c. 190.* expressa dixit nullo tempore coarctari, quia cognatio spiritualis fortior est, quam carnalis; *Rovit. dec. 78.* acerrima defendit ex identitate rationis comprehendi in recusationa nullo tempore coarctanda ex cognationa carnali. Sic decisum adfirmavit *Capyc. Latr. dec. 164.* Dubitationem qualamcumque substulit Pragm. anni 1731. sanciendo: *Parimenti la ricusa per cognazione spirituale non s' intenda compresa nella limitazione del §. 6.*

VIII. Inter recusationes, quæ nullo coarctantur tempore, DD. annumerarunt illam, quæ proponi solet in personam judicis, ex quo prius fuerat Arbiter in eadem causa, *Rovitus ad Pragm. p. de arbitr. n. 33. Moradei obser. ad singul. 388. n. 6.*, aliique ob rationem quia compromissa regulariter solent fieri a Partibus in proprios Advocatos. Et *Regens de Ponte cons. 141. n. p. tom. 2.* a multis sequutus, scripsit quod credendum est Arbitrum fuisse semper Advocatum, & confidentem partis eligentis, ideoque ex sola nominationa in arbitrum redditur suspectus. Pragmatica tamen anni 1731. distinxit si judex fuerit Arbiter in illa causa, & devenerit ad publicationem voti a simplici nominationa in Arbitrum etiamsi ad actus judiciales processarit, & sanxit: *Con espressa dichiarazione, che sotto la medesima limitazione di non comprendersi nelle dette prescrizioni de' tempi a proporre, e proseguire le ricusa, debbano correre le ricuse per causa di essere stato il Ministro Arbitro in quella causa, purchè sia divenuto a pubblicazione di voto, non già per essere stato semplicemente nominato, ancorchè avesse proceduto ad atti, che non contengono pubblicazione di voto, nel qual caso non debba la ricusa ammettersi.*

IX. Recusatio Judicis qui fuit Advocatus in eadem causa, non comprehenditur in limitationa temporis, dummodo patrocinium præstitum constaret per publicas, & claras Scripturas juxta dispositionem Pragmaticæ xx. §. 5., & ex verbis *Pragm. 5. in §. 4. sub tit. de munerib.*, & *Pragm. 23. de officio S. R. C.* comuniter concluserunt Pragmatici hanc recusationam esse juris, quæ tollit Judicibus potestatem judicandi. Controversum tantum fuit, an hæc dispositio locum haberet, etiam in causis annexis, & connexis, emergentibus, & dependentibus. In causis dependentibus, & emergentibus clara erat dispositio legis civilis, quod habentur pro causis distinctis, & separatis, quamvis sint incidentes causæ principalis *l. quisquis cod. de postul.* In causis annexis, & connexis aperta etiam erat dispositio *l. 23. ff. depositi*, quod causa annexa, & connexa non est eadem, prout simile non est idem. Denique post decisiones collectas a *Regente Petra ad Rit. 265.*, & *Capyc. Latr. decis. 87.* testatus fuit *Galeota t. 2. controv. 51.*, hunc esse perpetuum stylum judicandi. Tamen ad quascumque Forensium cavillationes resecandas omnes casus consideravit Pragm. anni 1731. expressis verbis jubendo: *e perchè per le cause annesse, e connesse, ed emergenti, e dipendenti da quelle, in cui fu Avvocato, è rimasto il dubbio, se con detta Prammatica del 1689. venga affatto escluso di potersi il Giudice ricusare, e pure venga tale specie di ricusa solamente esclusa dalla limitazione di detto §. 6. di non star soggetta a termini prescritti, ma possa validamente proporsi, e proseguirsi tra i detti termini; perciò a fine di togliere anche tale controversia, dichiariamo che sempre e quando il Ministro sia stato Avvocato in una causa, ma l' articolo, che poi corra a trattarsi circa la medesima causa sia altro da quello, in cui abbia patrocinato, possa in quello intervenire, nè abbia luogo la ricusazione, volendo che si richiegga, che per militare la ricusa che sia la stessa causa,* numero, & individualiter, *in cui o il medesimo sia l' articolo, o la stessa sia la ragione di giudicare di quello, in cui abbia patrocinato.*

X. Dubitabatur etiam an locus limitationi esset si judex testis fuerit in interpositiona decreti si expedit illius contractus, de quo principaliter controvertitur. Ratio dubitationis erat quia sententiam suam jam propalavit, ideoque justa videbatur causa recusationis. Hanc igitur rationam perspiciens Pragmatica anni 1731. sancivit recusationam prædictam nullo tempore coarctari: *così ancora le ricuse, per essersi esaminato il Ministro nell' expedit di quel contratto, su di cui la controversia principale venga a cadere della sossistenza, e insussistenza di quello.*

XI. Sancivit Pragmatica 23. *de off. S. R. C.*, *quod nullus judex possit votare, nec interesse relationi, & discussioni quarumvis causarum civilium, criminalium, & mixtarum in quibus fuerit Advocatus aliquis ejus filius, sive frater utriusque consobrinus, cognatus, vel nepos, vel Patruus.* Sed quamquam hæc recusatio dicatur juris, utpote resultans ex prohibitionibus prædictæ Pragm., & aliarum Pragmaticarum 6., & 9. *de susp.* meritoque *Regens de Ponte cons. 20. n. 28. T. 2. Rovit. ad Pragm. 9. n. 2. de suspic. offic.*, & *Moradei* dixerint nullo tempore coarctari; tamen Forenses pro circumstantiis Causæ limitationem vel dabant, vel non admittebant. Hanc controversiam etiam sustulit Pragm. anni 1731. jubendo: *Così parimenti dichiariamo, che non venga compresa in detta limitazione del §. 6. la ricusa a titolo di essere il figlio, o congiunto del Ministro fino al terzo grado, Avvocato di uno dei Litiganti, quando ciò non si dimostri presentemente con iscritture pubbliche, e chiare in modo che non ammetta, controversia, e disputa alcuna, ma necessiti di pruova estrinseca, nel quale caso debba pure tale ricusa venire ristretta ai termini sopradetti, giusta il termine prescritto in detto §. 5.*

XII. Dilatio quæ erat concessa ad proponendam recusationem judicis inclusive perdurabat ex observantia Pragmaticæ 8. *de susp.* latæ anno 1585. Hinc minores, aliæque personæ privilegiatæ non obstante dicta dilationa poterant quandocumque per viam restitutionis recusationas proponere, & ita decisum refert *de Franchis dec. 431.* a *Pragmatica* tamen *15. de susp. anni* 1611. sublatum fuit hoc remedium, quia jussit, quod Judices, qui in prima instantia non fuerunt recusati, in causa appellationis, nullitatis, aut restitutionis in integrum, post terminos præfiaos, amplius recusari non possent. Hinc *Motillus in gradu citat. n. 41.* monuit cavendum esse ab Episcopo Riccio, quam latuit Pragm. prædicta, & ab aliis addentibus ad *Pras. Franchis*, qui adhuc putant posse minores, aliosque privilegiatos quandocumque recusationes proponere. Laudatus Auctor noster n. 16. opinatus est, quod *Pragm.* 15. locum habet contra minorem doli capacem, vel contra minorem tutorem, vel curatorem habentem, non jam contra minorem doli incapacem, vel tutorem, & curatorem non habentem, rationa motus a Cafaro adduca, quod Princeps non potest dispensare super tali defectu; ut fingatur Pupillus bene nosse id quod agit. Meliorem rationem reddidit, *Præses de Franchis dec. 431.*, *Oddo Sfortia part. p. qu. 25. art. 10. Moradei observ. 388.*, aliique hanc opinionem sequuti, quod scilicet beneficium restitutionis in integrum numquam excluditur, nisi expressa dicatur, & quod prohibita a Principe in integrum restitutione non censetur prohibita restitutio illa, quæ competit ex clausula generali. Quæstio perduravit usque ad annum 1731.; nam in *Pragm. 24. de susp.* relata fuit his verbis: VII. *Che se la sospezione occorre a proporsi dal minore non capace di dolo, nè provisto di tutore, o curatore, competa al medesimo la restituzione* in integrum adversus lapsum

lapsum temporie, *non ostante che per la Prammatica 1556. sia tolto al trascorso di tali tempi il rimedio della restituzione* in integrum. Sed postquam prædicta Pragmatica casus expressos, & supra relatos, in quibus limitationem temporie non currere definivit, sancivit omnes alios non expressos limitetioni temporis a Pragmaticis præfixi circumscribi, & Pragmaticas ipsas observari: *Così ancora fuori dei casi, come di sopra spiegati, in ogni altra debba inviolabilmente osservarsi il detto* §. 5. *senza ammettersi interpretazione, o spiegazione alcuna, ancorchè nascente dalla medesima, e da maggior ragione, o che si riputasse doversi per necessaria comprensione includere*.

XIII. Curator hereditatis jacentis admittitur ad petenda beneficia etiam elapso tempore dierum viginti statuto a *Pragm. 16. de ord. judic.* Hinc videbatur eamdem militare rationem si post lapsum temporis Curator hereditatis jacentis proponerat recusationem judicie, etiam quia donec hereditas jacet, non potest currere tempus, sive sit cæptum currere in vite defuncti, sive nondum sit cæptum. Hanc opinionem roboravit *Regens Rovitus* in sua famigerata *decis.* 41., & *Cons. Altimar. in observ., & de nullit. rubr. 8. qu. 3. n. 33., & 34.* Veritatem prædictæ decisionis impugnarunt *Anton. Merend. controv. lib. 9. cap. 32.*, & *Jo: Baptista Mucc. ad Reg. Sanfelic. in dilucidat. ad dec.* 144., aliique Forenses contrariom adfirmarunt. Quæstionem præ oculis habuit *Pragm. anni 1731. n. 8. Che la stesso militi di non venir ristretta a tempo, se la sospezione si proponga dal Curatore della eredità giacente, perchè il tempo allora non corra, ancorchè fosse incominciato a correre in vita del Defonto, maggiormente in qualunque Curatore non inteso del giudizio*. Sed inter casus exceptos a limitatione temporia hunc casum non numeravit, & ea verbis allatis exclusit, ideoque temporibus præfixis hæc recusatio coarctatur.

XIV. In tertio comparente pro suo principali, & præsentaneo interesse, elapsis terminis præfixis retulit *Gizzius ad Reg. Capyc. Latr. in observ. ad dec.* 87. receptam fuisse recusationem Judicis. Dummodo in hoc tertio comparente absit præsumtio calumniæ, & dummodo non agatur de coadjuvando suo Principali, admittendum ad Judicem recusandum a die comparitionis scripserunt *Rovitus ad decis.* 1., & *Capyc. Latr. ad dec.* 164. Hinc multa dubia exorta, variæque quæstiones agitatæ fuerunt e Forensibus, quas respexit *Pragm. anni* 1731., *his verbis n. 9. Che il tempo nel terzo comparente per lo suo principale interesse presentaneo, e fuor d'ogni presunzione di calunnia, corra dal giorno, ch'egli sia comparso in giudizio*, & Pragmatica prædicta illam in limitatione temporum inclusit.

XV. Quando cautus Procurator petiit terminum ad denunciandum primum libellum, tempus ad proponendam recusationem Judicis non currit nisi completo termino ed denunciandum impartito. Si vero terminus ad denunciandum non fuerit petitus, videbatur casus in *Pragm.* 15. omissus, qui causam præbebat Forensium quæstionibus. *Sanfelicius sect.* 40. *n.* 9. scripsit Principalem absentem opponere posse Judicis recusationem usque ad sententiam præstito juramento, quod noviter ad notitiam suam pervenerit, quia ignorantia tamquam quid dependens ab animo probatur per solum juramentum partis *cap. nulli de electione in 6. Franciscus Maradei in obs. ad sing.* 388. n. 13. opinatus fuit terminum non currere nisi a die scientiæ, nec sufficere Procuratorem consensisse, & adprobasse Judicie personam, quia Procurator ignorando causes suspicionis non potest suo Principali absenti præjudicium inferre. Laudatus Auctor noster merito scripsit hunc casum comprehensum in *Pragm.* 15., ubi Procurator qui non habet mandatum speciale ad recusandum, potest Judicem suspectum allegare, & petere terminum ad procurandam sui Principalis ratificationem. Quæstionem ipsam enucleavit *Pragm.* 24. *de suspic.* his verbis *num.* 10. *Quando la Ricusa si proponga per parte de' Principali assenti, ed ignoranti della lite, perchè il tempo s'intenda correre a die sententia*, & negavit limitationi temporis præfixi non subjacera.

XVI. Quæstio similiter agitata fuit: an elapsis quadraginta diebus proponi possint nova recusationis capita, pendente adhuc causa recusationis infra legitima tempora propositæ. Plura exempla cumulavit *Reg. Petra in Comm. super Rit.* 265. *tom.* 3. in quibus propositis recusationis capitibus infra quadraginta dies, illis elapsis, alia nova capita recepta fuerunt. *Franciscus Maradei in obs. ad sing.* 383. *n.* 19 distinxit, quando recusatio non fuisset legitime proposita ad formam Pragmaticæ, alia nova capita recusationis addere est permissum elapso termino præfixo dierum quadraginta. Laudatus Auctor noster *n.* 18. asserunt, circumscriptis DD. auctoritatibus contrarium sentientibus, non semel in praxi animadvertisse recepta fuisse nove recusationis capita post termini lapsum. Hanc quæstionem diremit etiam *Pragm.* 29. *de susp.*, quia illam referendo his verbis: XI. *che il termine non comprenda il proponere nuovi capi dopo li quaranta giorni, pendente però incusa proposta legitimamente intra legitima tempora*, & a casibus in limitatione temporis non comprehensis exclusit.

XVII. *Pragmatica* 75., & 78. *de off. Proc. Cæsar.* disposuit, ut inimicitia ex causa litis admittatur inter ipsos litigantes tantum. *Pragm* 15. *de susp.* §. 16., quando lis sit tanti ponderis, ut ea ea exoriatur inimicitia capitalis, ampliavit suspicionem ad litigantium successores immediate, & ed conjunctos secundi gradus sive consanguinitatis, sive affinitatis. *Pragm.* 22. *de suspic.* §. 5.., & 6. inimicitiam non consideravit inter casus limitationi temporis subjectos. Hinc quæstio agitata inter Forenses, an terminus 40. dierum currat in suspiciona resultante ex inimicitia capitali, quamvis nascatur ex lite civili. Non currere terminum ad Judicem recusandum in suspicione ex causa inimicitiæ capitalis etiam orientis ex causa litis docuit *Rocco disceptat. forens. cap.* 47. *t.* 3., quia existente inimicitia capitali nullus currit terminus. Prout fatalia non currunt impedito prosequi appellationem propter inimicitiam capitalem, ita capita suspicionum, quæ habent originem ex inimicitia capitali, tamquam inferentia gravamen successivum, deduci & proponi semper posse, cum appellatio æquiparetur recusationi, scripsit *Regens Petra in Comm. sup. Rit.* 265. *n.* 42. *t.* 3., qui etiam sic judicatum a S. C. refert. Laudatus author noster *n.* 53. & 54. suam sententiam minime dixit, alii Forenses contrarium tenuere, & quæstio usque ad annum 1731. indecisa remansit. *Pragm.* 24. *de susp.* ejusdem anni quæstionem hisce verbis retulit: *n.* 12. *dopo la detta Prammatica fu anche dubitato se il termine di 40. giorni corra nella sospezione risultante per cagione d'inimicizia capitale, ancora che nascesse da lite civile*. Et postquam jussit sub limitatione præscriptionis temporis non comprehendi recusationem si filius Ministri sit Advocatus, subdit etiam recusationem orientem, *o da inimicizia attuale capitale del Ministro, con uno dei litiganti*. Ex quibus verbis patet tres conditiones copulative requiri ad proponendam transationem ob inimicitiam orientem ex causa civili, elapsis 40. diebus, ut sit inimicitia actualis, non præterita, aut præsumta; ut sit cum persona Judicis, non illius conjunctorum; ut sit capitalis. Quando autem inimicitia ex lite civili oriens censeri debeat capitalis? Quando controversia movetur de omnibus bonis, aut de majori bonorum parte, quia pecunia ut alter sanguis existimatur, *Bald. in l. parentes C. de testibus*. Quando libertas, æstimatio, aut honor læditur, *Vinn. in* §. *inimicitia Instit. tit. de accusat. tutor.* Exulare debent a foro omnes aliæ suspiciones quæ sub prætextu litium proponuntur, & optandum, ne litigantes quando ad illud punctum crudum deveniunt, in quo norunt aut timent quid sit declarandum ex hie quæ ex informationibus audierunt, aut ex diligentiis colligerunt, ipsis judicibus litem affectatam moverent, ut hisce technis tergiversarentur sententiam.

XVIII. Quando agitur de utilitate, vel præjudicio ejusdem Judicis est justa causa recusationis, quia dicitur causa propria, *l. unic. Cod. ne quis in sua causa*. Et est adeo urgens quod obstares etiam parte consentiente, vel non opponente *Capyc. dec.* 124., *Rovit. in Pragm.* 1. *n.* 8., *de Ponte dec.* 30.; imo inter recusationum capita interesse proprium Judicis primum locum occupat, *Petra in Rit.* 165. *n.* 105. An autem limitationi temporis subjaceret, dubitabatur, quamquam communis interpretatio esset, quod non haberet neque mensuram, nec limitationem ullam. Pragmatica anni 1731. *n.* 17. dixit: *Si è interpretato, che nè pure venga ristretta a termine veruno la sospezione, che nasce per cagione d'interesse proprio, che abbia nella causa il Ministro, e questa per via di necessaria comprensione, atteso sa nel* §. 6. *che comincia*: Limitiamo, *viene esclu-*

sa dalla prescrizione del tempo la causa dell' interesse, che vi abbia il consanguineo, a affine, maggiormente debba intendersi compreso l'interesse del Ministro. Et postquam alias recusationes recensuit, in quibus nullam dari limitationem temporis præscripsit, subdidit, *come ancora la ricusa nascente da interesse proprio, certo, e presentaneo, che abbia il Ministro nella causa.* Ex quibus verbis patet non subjacere præscriptioni temporis illam solam recusationem, in qua concurrunt copulative proprium interesse Judicis, certum, & non dubium, & denique præsentaneum, non vero sub spe futuri.

XIX. Denique Pragmatica prædicta decimoquarto & ultimo loco dubium consideravit. *Si è anche dubitare, se la ricusazione, che nasce, perchè il figlio del Ministro abbia ricevuto beneficio ecclesiastico da uno de' Litiganti, a per opera di quello, o altro officio, a carica, in virtù della Prammatica 5., e 10. sub tit. de offic. & quæ iis prohibeantur, venga ristretta e' termini di sopra prescritti nel doversi proponere, e proseguire.* Et dubium diremit his verbis. *Come ancora venga a' detti termini ristretta la ricusa nascente, perchè il figlio del Ministro abbia ricevuto beneficio ecclesiastico da uno de' Litiganti, a per opera di quella, altro officio.*

DISTINCTIO TERTIA.

De Clericatus exceptione.

SUMMARIUM.

1 *Conventus uti laicus coram Judice laico, si forum declinare voluerit, se clericum esse probet necessum est, & ratio affertur.*
2 *Clericatus per scripturam, seu bullam regulariter probatur.*
3 *Bulla deperdita, clericatus quomodo probetur, & praxis Tribunalium adducitur, ut n. 5. & 19.*
4 *Actuarius cujuslibet Curiæ conficere debet librum ordinationum, quem vocant regestum, & quare.*
6 *Minor ætas inquisiti qualiter probetur.*
7 *Bulla non expedita, neque in regestum relata, clericatus quomodo probetur, & referuntur exempla rei judicatæ.*
8 *Clerico, ut fori gaudeat privilegio, ac declinatoriam obtineat, quæ requirantur ex S. Tridentini Concilii dispositione cum num. seq.*
9 *Clerici alii sunt cœlibes, alii beneficiati, alii conjugati.*
10 *Habitus clericalis qualis esse debeat.*
11 *Tonsura quæ sit, quidve denotet, explicatur.*
12 *Servitium in Divinis a clerico præstandum exponitur.*
13 *Clerici conjugati ad fori privilegium obtinendum quæ requisita habere debeant.*
14 *Clerici conjugati non eximuntur ab oneribus, ac de clericis sylvaticis remissive.*
15 *Clerici beneficiati quinam sint, utque fori privilegio gaudeant, in habitu, & tonsura debent incedere, confutata contraria Doctorum sententia.*
16 *Habitus, & tonsura sunt intrinseca clericatus requisita.*
17 *Bullam Sixti V.* incip. cum sacrosancta *perperam dicit revocatam Comillus de Curte.*
18 *Beneficiatus virgatam, vel partitam vestem gestans per sex menses a perceptione fructuum suspenditur.*
20 *Clerici dimisso habitu quandonam privilegium amittant; variæ Doctorum sententiæ, ac locorum peculiares Pontificiæ Constitutiones memorantur.*
21 *Clericus, qui habitum dimisit, talis habendus est, qualis a civibus reputatur.*
22 *S. C. Tridentinum incessum cum habitu, & tonsura frequentem poscit, & assiduum.*
23 *Clericus regnicola causa Studii Neapoli degens, num a servitio in divinis eximatur.*
24 *In Seminario clericorum, Gimnasiis, Collegiis, & Universitatibus scientiæ edocentur, & spiritualia non omittuntur.*
25 *Verbum* versetur *moram renuntiat.*
26 *Non constito de clericatu, vel eodem probato, quæ decreta interponantur.*
27 *Etiam constito de clericatu, quibusdam in casibus causa non remittitur, puta si laicus post litem captam efficiatur clericus, & n. seqq.*
28 *Clericus laico succedens, cœpta, & contestata lite coram Judice laico, forum non declinat, dummodo non sit instantia perempta; quamvis per vitæ spiritus insufflationem restauretur, & n. 30.*
29 *Instantia perempta, lis amplius pendere non dicitur.*
31 *Clericus heres laici in renovatione literarum executorialium in bonis hereditariis quando forum declinet.*
32 *Lite pendente laicus effectus Clericus Judicem laicum quoad districtionem realem non declinat.*
33 *Cœpta lite coram Judice laico super aliqua re, quæ postmodum alienatur in clericum, cur lis finienda sit coram eodem Judice laico.*
34 *Vitium reali actione rem afficit.*
35 *Effectus clericus post laicale officium ab ipso susceptum pro redditione computorum conventus, fori declinatoria non juvatur.*
36 *Reliqui casus, in quibus clerici a Judicibus laicis judicantur, remissive.*
37 *Explicantur decreta, quæ in criminalibus potissimum proferuntur, & verba* Ritus 235. *recensentur.*
38 *Vigore præfati* Ritus *Judex laicus clericum cognoscit, ac pendente cognitione detinet carceratum, idque bifariam contingit.*
39 *Praxis hujusmodi* Ritus *M. C. V. multis rationibus nititur, & num. seq.*
40 *Cognitio Judicis laici factum respicit, non juris articulum, & num. 41.*
42 *Si adsit suspicio falsitatis Bullarum, quid agatur.*
43 *Atrocium delictorum frequentia in Regno unde oriatur.*
44 *Leges, & consuetudines moribus hominum, & locis convenientes existunt.*
45 *Regnum Neapolitanum falsis testibus mirifice abundat.*
46 *Occasio peccandi est evitanda.*
47 *Ritus M. C. de observantia sanè vetustissima testatur, & ad publicum bonum confert, & n. 53.*
48 Ritus *M. C. praxis ab Ecclesia non improbatur, & a quibusdam Summis Pontificibus, & Neapolitanis Archiepiscopis nil contra ipsum fuit innovatum.*
49 *Quilibet nascitur laicus, & clericus non reputatur, nisi probetur.*
50 *S. C. Tridentinum videtur laico Judici tribuere facultatem, quæ dimanat ex dicto* Ritu.
51 *Habitus titulum non ostendit, neque probat clericatum.*
52 Aut. cassa, & irrita C. de sacros. Eccl. *exponitur.*
54 *Judices laici in clericorum inquisitionibus se gerunt, ut Ecclesiæ administri, & instrumenta.*
55 *Clericus citatus ut laicus, an cognitione clericatus pendente, sit in carcere detinendus, vel fidejussione præstita relaxandus, cum Auctoris sententia.*
56 *Judex laicus ab Episcopo de inquisiti clericatu certior factus, eumdem remittere debet.*
57 *Unusquisque præsumitur bonus, ac bonæ conditionis.*
58 *Episcopi eorum dignitate cæteris præfulgent.*
59 *Si quis post delictum efficiatur clericus, quoad personalem districtionem ad Ecclesiasticum remittitur, secus quoad realem, DD. distinctio refertur, & num. 60.*

Die &c. præsens causa remittatur ad Curiam Ecclesiasticam Civitatis Nolæ *e. g.*

Die &c. procedatur in S. C. petita remissione ad Curiam Ecclesiasticam Civitatis Nolæ non obstante.

Die &c. N. A. remittatur una cum actis ad Curiam Archiepiscopalem, *vel* ad Episcopum, *sive* Archiepiscopum N. N. *vel dicitur:* procedatur in M. C. *vel* in S. C., exceptione clericatus opposita non obstante, *vel dicitur:* remissione petita non obstante.

Supradicta decreta respiciunt incompetentiam Judicis perpetuam, & improrogabilem ratione clericatus, ut supra diximus. Et prima duo interponuntur potissimum in causa civili; reliqua proprie in criminali, ut mox dicemus. Pro quarum explicatione noto primo, quod
1 conventus uti laicus coram Judice laico in re civili, aut actione personali, aut reali, vel hipothecaria, si hanc fori declinatoriam opponat, coram eodem Judice clericatum probare tenetur; siquidem adversus eum est naturalis præsumptio, quod sit laicus, & non clericus; nam quilibet nascitur laicus, & fit clericus ex causa acci-

accidentali, & extrinseca, cumque in hujusmodi qua-
litate fundetur, eam probare debet, ut firmant com-
muniter Doctores.
Secundo, quod Clericatus regulariter probatur per scri-
2 pturam, Seu Bullam ipsiusmet clericatus, qua constet,
N. N. fuisse die, mense, & anno ordinibus initiatum
a N. Episcopo, ipsius subscriptione, & sigillo muni-
tam, cum authentica Actuarii, ut moris est, & habe-
tur ex *cad. legum* 2. *quæst.* 1. ibi: *ordinatus autem a
suis ordinatoribus literas accipere jubetur*, Cavaler. *de-
cis.* 483. *num.* 2. *decis.* 502. *num.* 2. & *decis.* 572.
n. 4. Borrell. in *sum. decis. tit.* 7. *de Clericis*, *Sacerdotib.
num.* 18. & 29. *num.* 1. Mascard. *de probat. conclus.* 305.
Tertio noto, quod si Bulla sit deperdita, de jure com-
3 muni probatur per testes, qui deponere debent, quod
interfuerunt ordinationi prædictæ, quemadmodum de-
docitur ex tex. in t. *sua fraternitatis de Clericis pere-
grinis*, ibi: *nisi legitime constiterit sive per literas, si-
ve per testes de illorum ordinatione canonica*, ex glos.
in c. *si Judex laicus de sentent. excomm. in* 6. *in V. se-
verit in fin.* Guid. Pap. *decis.* 474. & licet quamplu-
res DD. sustineant, quod unicus testis sit sufficiens,
cum Clericatus parvi sit præjudicii; tamen in casu re-
missionis, utpote non levis præjudicii Curiæ Regiæ,
duo testes epprimè sunt necessarii, ut post quamplures
DD. docent Borrell. in *summa decis. d. tit. de Cleric.
& sacerd. nu.* 23. & Foller. in *Constit. Regni* incip.
Apostatantes 6. *tit. de Apostat.*
At quoniam de jure Regni stylus invaluit, quod Actua-
4 rius cujuslibet Curiæ Ecclesiasticæ conficiat librum,
qui vocatur *Regestum*, in quem Bullæ omnium ordi-
natorum referuntur, per testes dumtaxat clericatus non
probatur, teste D. Riccio *lib.* 4. *dec. Curiæ Archiep.*
386. quam decisionem laudat Novar. in *praxi electionis,
& variationis fori qu.* 53. *num.* 15. *v. s.* ut evitentur
fraudes, quemadmodum ipse ait, & fortasse ut opinor,
propter falsorum testium copiam, quam in Regno de-
miramur.
Existente consuetudine in regestum transcribendi bullas
Ordinatorum, quum amittitur Bulla, satis superque
Clericatus probatur per ipsius regesti fidem, ut notat
idem Novar. *d. quæst. n.* 11. *in fine*, ubi inquit: *quæ
fides in regiis Tribunalibus semper admittuntur, ut est
notum, & ego pluries in variis quippe casibus uti re-
gius officialis practicavi*: quod in regiis Audientiis, &
5 in M. C. ipsemet identidem servatum vidi; exhibita
nimirum fide regesti, si aliqua dubitatio oboriatur,
committitur procuratori fiscali, ut urbane, seduloque
fatagat apud Episcopum regestum ordinatorum inspice-
re, an ibi reperiatur scriptus ille, qui se clericum ja-
ctat, sine fraudis suspicione. Sin autem Curia longe
distet, committitur eadem diligentia alicui regio offi-
ciali, non secus ac usuvenit, quando præsentatur fides
Baptismatis per inquisitum, qui dicit se esse minorem,
6 ut per decretum S. C. Trident. Congregationis fuit
decisum die 10. Decembris 1661. quæ decreti formu-
la conservatur in Archivio Lyciensi: quod si forte Bul-
la non esset expedita, atque adeo minime in regesto
notata, clericatus probatio legitur penes Thor. in *sup-
7 plem. decis. in v. remissio petita per clericum fol. mihi*
539. ubi habetur, quod per M. C. fuit denegata re-
missio clerico Carolo Francisco de Latatha, quod Bul-
lam non præsentaverit, neque fidem regesti de expedi-
ta Bulla, quamquam plures testes de ipsius ordinatio-
ne deposuissent, deque Incessu in habitu, & tonsura,
ac de servitio in divinis; tamen quia introducta causa
in S. C. per appellationis remedium, termino impar-
tito fuit probatum, Bullam non fuisse expeditam, nam
erat patre orbatus, & ipse minor, & præsentavit epi-
stolam Episcopi Casertani, qua fatebatur ordinatio-
nem primæ tonsuræ, & ejus mansionem in Semi-
nario, ad quem Clerici admittuntur, attenta alia
probatione facta in eadem M. C.; fuit per S. C.
ita provisum: *bene appellatum, & male judicatum per
M. C., & proinde prædictus Carolus remittatur ad Epi-
scopum Casertanum*: ex qua decisione colligitur, quod
quando ex verisimili, & probabili quadam causa Bul-
la non sit expedita, vel forte deperdita, & non re-
periatur in regestum relata, tunc clericatus probatur
per testes, qui ordinationi interfuerunt, ut supra di-
ctum est, atque per Episcopi literas, qui de facto
proprio testatur, ut post antiquiores firmant Mascard.
de probat. conclus. 303. & *conclus.* 305. Farinac. *in pra-
xi crim. qu.* 8. *num.* 40. Hinc etiam citata Francisca

Menga de Insula Pithecusarum ad forjudicandum, ejus
consanguinei præsentaverunt Bullam clericatus, quæ
ut moris est, recipitur, & extra processum asservatur.
Pars offensa dictam Bullam uti falsam redarguit, quia
subscriptio Episcopi erat valde dissimilis a charactere
aliarum Bullarum, quas ostendebat, & Bulla præsen-
tata non erat adnotata in libro regesti: e contrario
prædicti consanguinei ad indagandam veritatem insti-
terunt, ut Consiliarius D. Franciscus Gascon, qui tunc
temporis erat primus decanus M. C., & ago alter
Aulæ Præfectus, accederet ad insulam una mecum, &
fisci Patrono. Facto accessu, quoniam revera compe-
rimus nonnullas alias Bullas ab Episcopo jam vita
functo subscriptas dissimilis esse characteris, & mino-
ribus ordinibus initiatos ad sacros ordines fuisse pro-
motos; in Curia vero Actuarii, seu Cancellarii ne-
quaquam in libro conscriptas, in qua re scriba causæ
fiscalis confecit actum.; accedente insuper fide illorum
ex Gubernio, quod Franciscus Menga uti clericus fue-
rat immunis a vectigalibus, sive gabellis, atque atte-
statione Vicarii Generalis, & aliorum Canonicorum
de ipsius servitio in dicta Cathedrali tanquam clerici,
referente eodem Consiliario, viro sanè integerrimo,
ac doctissimo, fuit per M. C. decretum, quod *super-
sedeatur in forjudicatione*.
Quarto noto, quod ut clericus fori privilegio gaudeat,
8 & declinatoriam obtineat, ultra clericatus titulum,
requisita Sac. Concil. Trident. habere debet; hæc enim
sacra Synodus *sess.* 23. *de reformat. cap.* 6. ita censuit:
*nullus prima tonsura initiatus, aut etiam in minoribus
ordinibus constitutus ante decimum quartum annum be-
neficium possit obtinere: is etiam fori privilegio non gau-
deat, nisi beneficium Ecclesiasticum habeat, aut clerica-
lem habitum, & tonsuram deferens alicui Ecclesiæ ex
mandato Episcopi inserviat, vel in seminario clericorum,
aut in aliqua schola, vel Universitate de licentia Epi-
scopi, quasi in via ad majores ordines suscipiendos ver-
setur; in clericis vero conjugatis servetur Constitutio Bo-
nifacii Octavi, quæ incipit*, Clerici, qui cum unicis,
*modo hi clerici alicujus Ecclesiæ servitio, vel ministerio
ab Episcopo deputati, eidem Ecclesiæ serviant, vel mi-
nistrent, & clericali habitu, & tonsura utantur, nemi-
ni quoad hoc privilegio, vel consuetudine, etiam imme-
morabili suffragante*. Ex dicto *cap.* Sac. Concilii Trid.
9 deducitur, quod clerici alii sunt cœlibes simplices,
alii beneficiati, alii vero conjugati: requisita autem,
ut fori privilegio gaudeant, tria sunt, nempe habitus,
tonsura, & servitium in divinis.
Habitus, idest vestimentum, quod ex *c. clerici officia* 15.
10 *de vita, & honestate cleric.* nigrum decernitur neque
nimia brevitate, neque longitudine notandum, & ut
fatetur doctissimus Gonzalez in *dicto cap. verbo notan-
da*, talare esse debet, idest, ut talos attingat, quod
probat *num.* 5. *vers. cujus talaris vestis*, ex Genesi *cap.*
35. ibi: *Israel diligebat Joseph super omnes filios suos,
fecitque ei tunicam polymitam*, ubi Theologi legunt,
Talarem; nec abs re, nam infra legitur, *nudaverunt
eum fratres ejus tunica talari*; & ulu quoque appro-
hatur: quo vestimento omnino uti debet clericus in
Ecclesiis, in Civitate, & coram Episcopo; in itine-
re autem, & in Villa breviore uti permittitur, &
omnino juxta Regionis morem, glos. in *c. penul. de
vita, & honestate cleric.* Ricc. in *praxi part.* 3. *res.* 496.
Foller. *pract. crim. sub. audiantur excusatores post num.*
42. ita ut a laico internoscatur.
Tonsura, scilicet attonsa coma, sic, ut sensus, visus,
11 & auditus pateant, & ut hæc tonsura sit vitiorum a
corde, & a mente remotio, ut notat glos. in *Cle-
ment.* 2. *de vita, & honestate clericorum*, illud quoque
tonsuræ requisitum continet rasuram, quam clerici fer-
re tenentur, quæ sit circularis carens angulo in signum
carentiæ sordium, & in figuram coronæ, quæ est si-
gnum Regni, & perfectionis, & ponitur in summita-
te capitis, quasi in principali capitis parte, ubi mens
residet, ut eadem ad cœlestia elevetur, & temporalia
contemnat, quæ notantur in d. glos. *Clem.* 2. *de vita,
& honestate clericor.*, & ex text. in *can. duo sunt ge-
nera* 7. *caus.* 12. *qu.* 1. ibi: *Rasio vero capitis est tem-
poralium omnium depositio*. Circa hujusmodi vestes, &
clericorum tonsuram vide Ludovicum Tirado de Hi-
nestrosa in ejus *tract. de clericor. habitu, & coma*.
Servitium in divinis est requisitum maximum, quia in
12 sortem Domini ad ejusdem Ecclesiæ decus, & orna-
mentum sunt vocati, & ex eo clerici nomen conse-

D 2 quun-

quuotur, *can. clericus* 12. *q.* 1. *c. clericos* 21. *dist.* & Bulla Sixti V. incip. *cum Sacrosancta*; ideoque prædictum servitium debet esse cum effectu, & frequentia; nam clericus famulus dicitur, qui peculiari titulo Domino obsequitur, & ministrat, & famulus de familia mea non est, si mihi assiduum servitium non præstat, aut raro: actuale quippe servitium requiritur, ita ut si paucis vicibus Ecclesiæ inserviat, fori privilegio minime gaudeat, idque verba Concilii indicant, ibi: *& de mandato Episcopi alicui Ecclesiæ inserviat*, quæ loquuntur de tempore præsenti, & actu perseverativo, probant D. Præses Menoch. *consil.* 91. *n.* 29. Petrus Cenedo *quæst.* 4. *n.* 25. D. Ricc. *decis.* 111. *part.* 4. *num.* 5. Ferdinand. de Castro *in summa moral. part.* 2. *tract.* 12. *num.* 8. *vers. adverto*, & *num.* 1180. *vers.* & *bene dicitur Ecclesiæ inservire*, & D. Regens Sanfelic. *dec.* 247. *num.* 2.

Clerici conjugati fori privilegio gaudent, si unicam & vir-
13 ginem uxorem duxerint, & habitum, & tonsuram
deferant, juxta Bonifacii VIII. Constitutionem in *c. unico de Clericis conjugatis in 6. ex Pragm.* 1. *de clericis, seu diaconis sylvaticis*; tametsi non sunt exempti ab oneribus secularibus, ac tenentur solvere gabellas, & functiones fiscales. De hujusmodi clericis conjugatis, atque etiam sylvaticis consule Gonzalez in *lib.* 3. *Decretal. in cap. ex par.* 9. *de cleric. conjug. n.* 3. Panimolle *dec.* 6. *adnot.* 6. *tom.* 1. & Pignatell. *consul. canon.* 98. *n.* 5. 29. & 3. *tom.* 1. hi autem utpote connubio
14 copulati, facilius, quam clerici non conjugati, clericale privilegium amittunt, communiter DD.

Clerici beneficiati sunt, qui aliquod Ecclesiasticum be-
15 neficium a Summo Pontifice, vel ab Episcopo obtinuerunt, de quibus operæ pretium est dubia quædam examinare: primum, an isti clerici, ut fori privilegio gaudeant, cum habitu, & tonsura incedere debeant? & omissa hac in re Doctorum disputatione, de qua penes D. Regen. Capyc. Latro *decis.* 73. breviter, & resolutive respondeo, quod tam vigore S. C. Trid. superius enunciato *cap.*, quam Bullæ selic. recordat. Sixti V. de anno 1589. incip. *cum Sacrosancte*, ut fori privilegio gaudeant, in habitu, & tonsura incedere tenentur: vigore Concilii; nam dictio *nisi beneficium habeat*, & subsequens particula, *aut*, non respicit habitum, sed refertur ad servitium, nempe ut mandato Episcopi alicui Ecclesiæ inserviat, cum clericus beneficiatus onus divini officii regulariter sustineat; quod quippe servitium est, & illa verba S. C. *habitum, & tonsuram deferens*, repetita censentur etiam in clerico beneficiato; etenim habitus, & tonsura in
16 collationa ordinis necessario veniunt, & clericatus sunt intrinseca requisita, & per canones jam statuitur, ut talari habitu, & corona clerici distinguantur a laicis, sicuti monaci eorum vestimentis distinguuntur a clericis: rursum verba sunt apertissima d. Bullæ Sixti V. incip. *cum Sacrosanctu* de anno 1589. nec revo-
17 cata reperitur, prout erronee notavit Camillus de Curte in *diversori feud. p.* 2. *cap.* 2. *sub n.* 91. inquiens a Clemente VIII. fuisse sublatum, quem alii sequuti sunt; unde merito in *Clem.* 2. *de vita, & honest. clericor.* decretum fuit, quod si beneficiatus virgata, vel
18 partita veste publice utatur per sex menses, a perceptione fructuum beneficiorum, quæ obtinet, sit ipso jure suspensus; & licet Reverendus Felicianus de Oliva *de foro Ecclesiæ par.* 2. *qu.* 19. *num.* 28. *vers. hæc du clericis* ex Guttierez, Salcedo, Velasco, & Castro in *tract. de Manu Regia* contrarium teneat, perpendendo particulam illam, *nisi*, uti limitativam regulæ positæ in dicto Concilio; attamen consideratio a me supra excogitata verior est, & ratio adducta potentior ea, cui Felicianus innititur: adde, quod ipsemet in fine subjungit, donec tertio moniti habitum non reassumpserint; exinde enim consequitur, quod habitum gestare debeant: habitus autem intelligitur juxta regionis morem, ut supra diximus, vel qualis ab Episcopo fuerit in Synodis designatus.

Secundum, an per bullam beneficii, & fructuum per-
19 ceptionem clericatus probetur, absque eo, quod ipsius Bullam exhibeat; & pro opinione affirmativa facit decisio Consiliarii Grammat. 81. ac penes Capyc. Latro 73. pro negativa vero est alia decisio R. Collat. Cons. penes eundem D. Capyc. Latro *dec.* 174. adducta a Gizzio in *observat. ad decis.* 73. *num.* 4. & *dec.* 7. Reg. Sanfelic. *tom.* 1. quam M. C. meis temporibus amplexa fuit; cum Episcopus, aut Bullis non veris, aut aliorum attestationibus suis facilitatibus decipi possit, conferendo beneficium in laicum, eundem credendo clericum.

Tertium discutiendum puto, quantum tempus currere
20 necessum sit, ut clericus dimisso habitu fori privilegium amittat: hoc in dubio post antiquiores D. Regens Tapia in *Constit. Regni* incip. *de personis tit. de Episcop. & cleric. n.* 24. & D. Regens Sanfelic. *dec.* 23. *num.* 9. docent, expectandum esse spatium unius anni jam elapsi: at quia hoc non reperitur determinatum per sacros Canones; quinimo contrarium per constitutiones Pontificias, nempe in Hispaniis, & Gallia Leonis X. & Alexandri VI., quatuor mensium, & in hoc Regno Neapolitano per Constitutionem Clementis VII. duorum mensium, ut post Julium Clarum in §. *final. q.* 36. *num.* 18. & Mariam *de jurisdict. p.* 4. *cap.* 13. *num.* 38. affirmat Rev. Oliva *de foro Ecclesiæ par.* 2. *qu.* 19. *num.* 8. vera resolutio mihi videtur, judicium illuc non tempori, sed opinioni concivium esse
21 deferendum; ut si a civibus loci, ubi clericus dimisso habitu commoratur, habeatur pro laico, aut pro clerico, talis subinde reputetur: quæ opinio brevinsa, quam unius anni tempore haberi potest, quod profecto judicium fundatur in *cap. ut Judex laicus* 12. §. *non sic autem de sentent. excommun. in* 6. ibi: *non sic autem volumus observari, si ante deprehensionem pro laico publice se gerebat, ac pro tali communiter habebatur, quamvis deprehensionis tempore repertus fuerit in habitu clericali; tunc enim restituendus non est*; & in *cap. ex parte* 27. *de privileg. & excessib. privilegiatorum*, ibi: *ex parte tua fuit propositum, quod nonnulli literati, quos nec habitus, nec tonsura clericos profitetur in terra tuæ jurisdictioni subjecta degentes, cum deprehenduntur in aliquibus foris factis, ut jurisdictionem tuam eludant, & debitam pro delictis ultionem evadant, assumunt, seu etiam resumunt tonsuram ubjectum, seu habitum clericalem, licet ante pro laicis ab omnibus haberentur. Ne igitur tonsura, vel habitu sic resumpto malitia foveatur, si tuam jurisdictionem exerceas in hujusmodi delinquentes, qui sine tonsura & habitu in delicto fuerint deprehensi, æquanimiter duximus tolerandum, cum malitiis hominum indulgeri non debeat, sed potius obviari*: nec minimum quidem obesse videtur idem D. Reg. Sanfelic., quoniam est sibi contrarius in *decis.* 347. *num.* 2., ut legenti patet. Quod magis, magisque confirmatur, quia S. C. Trident. post laudatas canonicas Sanctiones
22 fuit promulgatum, & incessum cum habitu, & tonsura frequentem, & continuatum exposcit.

Quartum revocatur in dubium, an si clericus regnicola
23 causa studii Neapolim accedat, & in publico gymnasio, sive privato studeat, sit exemptus a servitio in divinis? Hic abs re minime fuerit cum primis verba S. C. perpendere, ibi: *fori privilegio non gaudeant, nisi alicui Ecclesiæ ex mandato Episcopi inserviat, vel in seminario clericorum, aut in aliqua schola, vel Universitate de licentia Episcopi, quasi in via ad majores ordines suscipiendos versetur*; in Seminario enim clericorum haud dubium est, quod spiritualia exerceantur. Schola, sive Collegium dicitur, prout Schola, &
24 Collegium RR. PP. Jesuitarum, in quo omnia ordinate procedunt, etiam respectu spiritualium. Universitas, ubi multi præceptores, & Cathedratici artes edocent liberales, aliasque scientias, & ibi Sacris etiam operari mos est, ut in Universitate Salmaticensi, Patavii, Romæ, & in hac Civitate, scilicet in dicto Collegio RR. PP. Jesuitarum, Caracciolorum, Capyciorum, RR. PP. Sancti Majoli, alias de So-
25 mascha: verbum quoque *versetur*, moram connotat significationem.

His præmissis, dico, quod clericus iste non est exemptus a servitio in divinis, cum facile in hac Civitate horis congruis ante, vel post studium sacra facientibus inservire valeat. Hinc in facti contingentia in M. C., contra quendam clericum regnicolam de adulterio, atque etiam stupro in virginem commisso inquisitum, & carceribus mancipatum, dicebam, quod si is saltem diebus festivis Ecclesiæ inserviisset RR. PP. Jesuitarum, vel aliorum, faciliter, & in prompto servitium probatum esset; imo si Sacramentum pœnitentiæ, & Sanctissimum illud Eucharistiæ suscepisset, cœlestibus armis munitus, utique inimicum Dæmonem vicisset, & prædicta crimina neutiquam perpetrasset.

Cum igitur de clericatu non constet, supradictum decre-
26 tum interponitur, quod *procedatur in S. C.*; clericatu autem

autem probato, formula, de qua supra, causa ad Judicem Ecclesiasticum remittitur. Verum in quamplurimis cassibus, atiam eo constito, causa non remittitur;
27 & primo, si laicus effectus sit clericus post judicium inceptum coram Judice laico, ut ex Jo: Audrea, Alex. Anna, Alphonso Alvarez, & Farinac. notat, & decisum refert D. Regena Sanfelic. *decis.* 2. *n.* 12. *lib.* 1. & ex Abbate, Baldo, Surdo, Calà, Carolo de Graff., Stephano Bertrando testatur & decisum refert D. Regens de Marin. *resol. jur. lib.* 1. *cap.* 54. *n.* 1. & 2.

Secundo, si clericus succedat laico in lite coram Judice
28 sæculari cœpta, & contestata, ut ex Cævallos, Surdo, Georgio Obrechto, Capiblanco decisum quoque refert idem D. Sanfelic. *num.* 13. *d. decis.* 2. & ex Ricc. aliisque DD. de Marin. *loc. cit. num.* 14. dummodo instantia perempta non sit, ut in puncto Carolus de Graffis *de effectibus clericat. n.* 291. *ad* 298. & Consil. Carleval. *de judiciis disp.* 2. *q.* 5. *n.* 311. *circa fin.* perempta enim instantia lis pro non incœpta habetur,
29 nec dicitur amplius pendere, Lancellot. *de attentat. par.* 2. *cap.* 4. *num.* 289. *in fine num.* 290. & 507. & præd. de Marin. *loc. cit. n.* 5. etiam si instantia restaurata sit per spiritus vitæ insufflationem, si antequam
30 restaurata fuerit, laicus effectus esset clericus, cum clerico jus jam sit quæsitum ante litem instauratam, ut notant Marta *de jurisd. part.* 4. *cap.* 141. Anna *singul.* 129. Consiliarius Gramm. *decis.* 103. *num.* 113. Minadous *decis.* 5. D. Rovit. *in rubr. Pragm. de instantia causa non restituenda num.* 14. Trentacinq. *lib.* 2. *resol. res.* 4. *num.* 40. *de judiciis*, & Consiliar. Carleval. *loc. cit. num.* 311.

Tertio in renovatione literarum executorialium vigore
31 sententiæ latæ a Judice laico in bonis hereditariis laici condemnati, si clericus heres dicti laici citatus sit ad dicendum causam, quare literæ renovari non debeant, juxta praxim, quando temporis spatium a jure præfixum elapsum est, forum declinare non valet, ut refert bis decisum Constantinus Cafarus Advocatus eximius in *Speculo peregrin. qu. quæst.* 28. per S. C. etiam in gradu reclamationis, licet ipse uti Advocatus hujusmodi decisionibus non acquieverit.

Quarto, si lite pendente laicus efficiatur clericus nil ob-
32 stat, quominus Judex laicus quoad realem districtionem sit incompetens, prout habes ex Rovito *decis.* 20. *n.* 8. Reg. Sanfel. *decis.* 2. *n.* 12. quemadmodum cœpta lite coram Judice laico super aliqua re, quæ postmo-
33 dum alienatur in clericum, cum talis alienatio præseferat litigii vitium, dubio procul finienda lis coram ipsomet Judice laico, vigore constitutionis Regni, *Eorum fraudibus tit. de alienat. rerum in judicio deductarum*, & *cap. Conventus tit. de conventis, qui alienant possessionem*, Noguerol. *alleg.* 3. *n.* 17. & apposite Jo: Baptista Mucci *dilucid. ad* 2. *decis. Reg. Sanfel. n u.* 1. & *seqq.* quamquam aliter sentiat Genuens. in *praxi Archiepisc. cap.* 9. *num.* 5. & *cap.* 92. quandoquidem res jam est effecta litigiosa, & vitium in
34 re inducitur reali actione, ut notant idem Noguerol. *alleg.* 14. *num.* 133. Afflict. in *d. constit. Regni Eorum fraudibus*, de Ponte *cons.* 55. *num.* 22. & 23. Ant. Faber *definit.* 8. *C. de litigiosis*, & Marcian. *disputat.* 42. *lib.* 1. videndus est etiam D. Reg. de Marin. *resolut. lib.* 1. *cap.* 54. *num.* 15. & 16. ubi tenet litigiosam rem effici per solam citationem, nisi illa sit circumducta.

Quinto, si post officium laicale susceptum quisquam effi-
35 ciatur clericus, conventus ratione dicti officii pro redditione computorum Judicis secularis forum non declinat, ut testatur, & decisum refert per Reg Cam. Summariæ D. Reg. de Marin. *lib.* 1. *resol. c.* 53. licet ipse teneat, clericum non esse condemnandum directe, sed a Judice laico debitorem certæ quantitatis declarari.

Reliqui casus, in quibus clerici Judicis laici jurisdictio-
36 nem subire coguntur, obvii sunt in Guazzino *defensa* 1. *cap.* 4. Oliva de foro Eccles. *part.* 1. *qu.* 9. Josepho de Sese in *tract. de inhibit. cap.* 9. §. 3. ac D. Consil. Altim. in *observ. ad Roviti decis.* 20. n. 8.

Nunc devenio ad alia duo decreta, quæ in causis crimi-
37 nalibus propriè interponuntur, deque iis congruenter hic agitur eisdem probationibus; atque in primis Lectores admonitos volo, quod formula illa, *procedatur, exceptione clericatus apposita non obstante*, locum habet, cum reus hujusmodi declinatoriam opponit; illa verò *remissione petita non obstante*, usuvenit, quoties ipse Episcopus clerici remissionem postulaverit; & in hoc Regno ex Ritu M. C. 235. dimanant, cujus hæc sunt verba: *Item servat ipsa Curia, quod nullus Clericus potest comparere, nisi personaliter cum documentis clericatus, alias non auditur in declinando forum Curiæ ipsius, & ipse veniente datur terminus ad probandum de clericatu, oblata per eum quadam petitione declinatoria fori, & raro quasi dictus processus finitur; unde eo ipso, quod datur terminus, intelligitur esse remissus, multoties etiam finitur processus, & interponitur decretum eum esse clericum, & remittitur sine servientibus, & si esset suspectus, & de gravi re, cum servientibus, & sub fida custodia ad Archiepiscopum, & si Archiepiscopus vult petere copiam inventorum contrà eum, Curia mittit sibi, & hæc servantur per ipsam Curiam, quamvis jura canonica his prædictis videantur aliquatenus refragari*; vigore igitur hujus Ritus in hoc remissionis judicio se-
38 cularis Judex Titium clericum cognoscit, & pendente cognitione carceratum detinet; quod bifariam contingere potest: uno modo, quando Titius captus est, uti delinquens à familia Judicis secularis, & Carceratus petit remissionem ad Judicem Ecclesiasticum, clericatus Bullas præsentando; altero, quando uti laicus pro crimine citatus cum Bullis comparet sine clericatus documentis, & petit remissionem ad Ecclesiasticum, & tenetur personaliter comparere, ut dictat *Rit.*, cujus praxis quamplurimis nititur rationibus.

Prima; nam cognitio prædicta respicit tantum factum,
39 an scilicet Titius clericus sit, vel non, & non validitatem clericatus, an legitimè sit ordinatus, nec ne: etenim in quæstione facti Judex secularis pro veritate indaganda probationes recipere valet Bart. in
40 *l. omni innovatione Cod. de Sacr. Eccles.* Noguerol. *alleg.* 21. *nu.* 136. Bayo in *praxi* 2. *par. qu.* 3. Salgad. *de Regia protect.* 4. *par. cap.* 10. Petrus Barbosa in *l. Titia nu.* 23. *D. sol. matrimon.* Castill. *controv. lib.* 5. *cap.* 105. *nu.* 5. Moria *in empor. juris in præmissis num.* 165. del Bene *de immunit. Eccl. tom.* 2. *cap.* 10. *dubit.* 2 *sect.* 4. *num.* 4. & *dubit.* 3. *num.* 26. præses de Franch. in *decis.* 36. *à num.* 1. *ad* 3. Regens Sanfelic. *decis.* 25. *num.* 20. *vers. sed super facto*:
41 ceterum juris articulum cognoscere nequit, ut puta si de validitate, aut invaliditate clericatus, aut matrimonii, collationis beneficii, vel similium tractetur; & hoc jure utimur, ut per *decis.* Præs. de Franch. 52. *nu.* 1. & 512. *num.* 3. *dec.* 551. *nu.* 1. & per *decis.* Reg. Sanfelic. 11. *nu.* 3. Reg. Capyc. Latro *decis.* 73. *num.* 1. secus in quæstionibus facti; possunt enim esse
42 Bullæ non veræ, & ob hujusmodi falsitatis suspicionem cum aliis Bullis ab Episcopo expeditis fit comparatio, & liber ordinationum, in quo notantur clerici die ordinationis habitæ, inspicitur, & observatur, an ibi sit notatus eodem charactere Cancellarii, ut ajunt, atque aliæ fiunt diligentiæ: nempe si à gabellis appareat ex libris Universitatis exemptus. Item si in tabellis Ecclesiæ inter clericos reperiatur adscriptus, si Sacri Concilii Trident. ut fori privilegio gaudeat, habeat requisita, ut latè diximus.

Secunda, propter atrocium delictorum frequentiam, quæ
43 in Regno ut plurimum à Clericis eorum immunitate plus nimio confisis committuntur; & sic pro bono publico ad eorum audaciam comprimendam clericus non auditur, si velit forum declinare, nisi personaliter in Curia compareat; juxta enim hominum mores in qualibet orbis terrarum parte leges fuerunt promulgatæ, & pro recto regimine Consuetudines introductæ: hinc
44 inter legum civilium conditiones Isidorus in *can. erit dist.* 4. voluit adjici, ut locis, ac temporibus conveniant, & *can. non debet de consanguin.* teste quoque Jo: Philipp. *in præf. voluminis responsorum. n.* 17., & ita in hoc Regno modus hic procedendi invaluit.

Tertia, quia hoc Regnum testibus falsis, & scripturis
45 falsantibus abundat; idcirco si modus prædictus non servaretur, quisque malis artibus efficeretur clericus, pœnam criminis de jure civili in justitiæ perniciem evaderet, contemnendo pœnam a jure canonico inflictam, quod benignius procedit: cui rationi adstipulatur alia, quod ansa præberetur plurimis liberius pec-
46 candi quod sanè est evitandum, *can. non sunt audiendi* 11. *qu.* 3. *can. nolo ut aliquis* 12. *qu.* 1.

Quarta, quia usus hic est antiquissimus; nam Ritus illum
47 non constituit, cum fuerit compilatus anno Christi 1420. tempore Reginæ Joannæ II. sed tantum de prædicta observantia testatur expendendo verba *Rit.* ibi: *item servat ipsa Curia*.

Quin-

Quiota, quia cum enunciata observantia sit vetustissima
non unius, sed plurimum retro sæculorum, non so-
lum videtur permissa, sed pro bono Reip. & Ecclesiæ
43 approbata; etenim quamplures clerici delinquentes
à Curiis secularibus in carceres conjecti Episcopis il-
los persequi non valentibus traduntur, prout in præ-
teritum praxi confirmatum est; quia tam summus Pon-
tifex Callistus III. felicis rec. qui fuit Episcopus Va-
lentiæ, & hujus S. C. Præses, quam Paulus IV. ex
præclarissima familia Carafa progenitus, uti Archiepi-
scopus Neapolitanus dictæ observantiæ apprime con-
scii, cum cognovissent eam esse non solum utilem,
sed etiam necessariam, nihil novi contra hunc lauda-
tissimum morem egerunt; sicuti Nicolaus de Diano,
qui tempore Joannæ II. fuit Præses S. C. & Archie-
piscopus Neapolitanus; item Caspar eodem cognomen-
to de Diano, qui Alfonso I. florente fuit dicti S. C.
Præses, & Archiepiscopus Neapolitanus; Oliverius
Carafa, qui primum dicto S. C. præfuit, deinde Ar-
chiepiscopus hujus inclitæ Civitatis, & Cardinalis; de-
nique Paulus de Aretio M. C. Vicariæ fisci patronus,
Regius Consiliarius, postmodum Archiepiscopus Nea-
politanus, & S. R. E. Cardinalis, non obstante Auth.
cassa, & irrita, C. de Sacros. Eccles. qua declarantur
omnes Consuetudines, & Statuta irrita, quæ sunt con-
tra libertatem Ecclesiasticam. Enim verò dicta obser-
vantia, seu consuetudo non est, ut Judex laicus co-
gnoscat contra clericum, uti clericum, & illum uti
clericum de crimine coerceat, sed ut prædictum est,
cognoscit clericum uti laicum volentem forum declina-
re tanquam clericum; nam quilibet nascitur laicus,
& non reputatur clericus, nisi ostendat clericatum Bul-
49 lis Episcopi, & probet requisita clericatus, juxtà
Sacr. Concil. Tridentin. quod verbo utitur negati-
vo, ibi: *non gaudeat, nisi, &c.* ideoque hanc faculta-
50 tem videtur tribuere Judici laico, qui eum citavit,
vel in carceres detrusit uti laicum, etiam si deprehen-
datur in habitu, & tonsura; siquidem habitus non
ostendit titulum, neque probat clericatum, nisi si no-
51 torius esset clericus, ut eruitur expressè ex *cap. si Ju-
dex laicus de sent. excomm. in 6.* ibi: *& si notorium fue-
rit, quod idem malefactor sit Clericus, qui hujusmodi
privilegio gaudere debeat, statim absque alia cognitione,
vel fama publica de hoc extiterit, aut ipse pro clerico
communiter habeatur, incontinenti etiam ante cognitionem
de clericatu Ecclesiasticæ Curiæ debet reddi*; inspectis
etiam verbis illis *ante cognitionem &c.* secus autem di-
52 cendum esset in specie *Auth.* prædictæ, si tractare-
tur de puniendo clericum. Præterquam quod dubio
locus non esset, si jurisdictio Judicum laicorum pro-
rogaretur, scientibus Episcopis, & non contradicenti-
bus, ex Abb. in *cap. significasti de foro competente n.
18.* eo fortius in casu nostro, ubi non agitur de pu-
niendo clericum pœna corporali vigore consuetudinis
introductæ, sed de cognitione, an sit clericus, vel
laicus, quæ cognitio vires sumit ex tenore antiquissi-
mæ observantiæ: sicque apud nos inviolabiliter obser-
vari constat tam in Regiis Audientiis, quam in M.C.
& in S.C. unde prodiere passim decreta tam pro cle-
ricis, illos remittendo ad Curias Ecclesiasticas, Epi-
scopis quoque remissiones petentibus; quam contra
clericos, qui S. C. Tridentini requisitis caruerant.
Itaque Judices seculares ad hanc facti cognitionem ac-
53 cedunt, etiam vigore sacrorum canonum, S. C. Trid.
& permissu summorum Pontificum pro bono Reip. Chri-
stianæ, & Sanctæ Ecclesiæ, adeo ut in hujusmodi cle-
ricorum inquisitionibus, qui postmodum ad loci Ordi-
narios persæpe remittuntur, iidem se e erant tanquam
54 Ecclesiæ administri, & instrumenta; quod plane mihi
semper cordi fuit, & curæ.

Verum pro majori horum decretorum praxeos enuclea-
tione, quæro: si Titius clericus citatus ut laicus com-
55 pareat cum Bullis, remissionem ad Judicem Ecclesia-
sticum petendo, & cognitione pendente instet detine-
ri in domo, in Palatio M. C., vel in Civitate loco
carceris, quid agendum? & quæsiti resolutio ex cri-
minis qualitate dependet. Equidem semper voti fui,
quod si crimen levis momenti sit, fidejussione præstita
sit relaxandus; sin autem grave, carceribus mancipan-
dus, maxime si perpendantur verba *Ritus*, quæ ni
fallor, hoc liquido demonstrant; ibi: *& si esset su-
spectus, & de gravi re, cum servientibus, & sub fida
custodia ad Archiepiscopum &c.*

Rursus quid faciendum, si Titius de crimine imputatus
a Judice laico citetur, & uti clericus compareat co-
ram Judice Ecclesiastico, a quo de clericatu Judex
56 laicus certior factus sit, ne contra eum procedat?
Ut huic quæsito satisfaciam, memini a Majoribus au-
divisse, quod si Episcopus non sit malæ opinionis, vel
famæ de clericatu non sit in contrarium accepta ejus-
dem Episcopi epistola, Titius molestia non est amplius
afficiendus. At ego sentio semper Episcopo omnimo-
dam fidem habendam; quandoquidem si exploratí juris
est, quod unusquisque præsumitur bonus, bonæque
57 conditionis, & famæ, *cap. dudum in fin. de præsum.*
gl. in *c. super literis v. primo modo extra de rescr. l.
merito D. pro socio*, quando magis id fateamur opor-
tet in Episcopis, quibus animarum cura concreditur,
& eam sustinent dignitatem, qua ceteris præfulgent,
58 cum a Spiritu Sancto positi sint regere Ecclesiam Dei?
Hic autem animadverto, quod si post delictum quis fa-
59 ctus sit clericus, quamvis persona sit præventa, ut-
pote habilitata, quoad districtionem personalem ad
Judicem Ecclesiasticum debet remitti, ut pluries testa-
tur decisum D. Reg. Santelic. *decis. 2. num. 17.* quem-
admodum si fornicatus esset, ad Ecclesiasticum quo-
que est remittendus, ut idemet de visu refert per
M. C. & S. C. junctis Aulis de quodam, qui post
sententiam fornicationis professionem emisit in Sacr.
Religione Hierosolymitana, & nihilominus fuit ad
Sanctissimum remissus. Neque desiderantur aliæ quam-
plurimæ decisiones, ut videre est penes D. Pres. de
Franch. *decis. 209. 384. & dec. 700.* penes Mastrill. *decis.
294.* Rovit. *decis. 20.* ibique D. Alrim. & multæ Sa-
cræ Congregat. Immunitatis resolutiones referentur
a D. Regente de Mario. *Resol. cap. 50. lib. 1. num. 9.
& 10.* & Ortiz in *observat. ad Rel. 4. Consiliarii Cam-
panæ n. 18.* nec paucos DD. congerit de Luca in *ob-
60 servat. ad decis. D. de Franch.* Quo vero ad districtio-
nem realem non est exemptus a Jurisdictione laicali,
quamquam hac in re quidam distinguant; nonnulli
enim tenent, quod si fraus aliqua subsit, laicus in
clericum quoad realem districtionem animadvertit; si
vero fraus omnis absit, etiam quoad realem districtio-
nem, nullam in clericum Judex laicus jurisdictionem
exercet: neque fraus adesse præsumitur, si ante de-
nunciationem, accusationem, inquisitionem, vel diffa-
mationem quispiam clericus efficiatur, quemadmodum
differunt Covarr. *lib pract. qq. cap. 32. num. 4. vers. pri-
ma conclusio*, Clar. in *pract. crim. lib. 5. §. fin. qu. 36. n.
43.* Decian. in *tract. crim. tom 1. lib. 4. cap. 9. n. 60. &
n. 138.* Flam. Chartar. in *tract. de execut. sentent. capite
bannito cap. fin. sub n. 308.* Farinac. *lib. 1. q. criminal.
tit. de inquis. qu. 8. n. 104. & 105. vers. limita non*, Ca-
ball. *cas. 103. resol. crim.* indistincte tamen tenent cleri-
cum non cognosci, neque in bonis puniri a Judice se-
culari, Januar. *resol. 83. n. 9. usque ad n. 14. p. 2. casuum
reser.* Genuens. in *praxi Archiepisc. cap. 9. n. 5.*

Tandem declarare non prætermitto, quod in causis re-
missionum clericorum, qui detenti uti laici, petunt
remitti tanquam clerici ad suos Judices competentes,
Regiæ Audientiæ, & Tribunal M. C. quamquam pro-
cedant uti delegatæ, & ad modum belli, debent eis
impartire congruum, & competentem terminum juxta
distantiam Patriæ ad producendum bullas, vel proban-
dum eas esse deperditas, ita ut non videatur ablata
necessaria probatio, seu defensio, cum hæc exceptio
sit extra crimen, & probata omnino Judicem incom-
petentem reddat, utque videtur absurdum, ne clericus
occidatur pro laico, quando *nulla unquam de morte
hominis cunctatio longa est*, ut ait Juven. *satyr. 9.*

Sed ultro de me fateor, hactenus dicta, quantum ad
hanc materiam attinet, eatenus conscripsisse, quatenus
cum vetustissimo M. C. more, ac insolita *Ritus* praxi
consentiunt. Ipse vero obsequentissimus Ecclesiæ Ro-
manæ ordinationibus, notibusque libenter omnia sub-
mitto, & ab eorundem judicio ne vel in minimo rece-
dere ullo unquam tempore ausim.

VINCENTII ALOI

IN CAPITIS II. DISTINCTIONEM III.

ANIMADVERSIO

SUMMARIA.

I. *Priscis Ecclesiæ temporibus Episcopi non habuere propriam jurisdictionem in Clericos.*
II. *Fuit eis postmodum indulta Constitutionibus Principum.*
III. *Quanam ratione, & quo sensu eis indulta fuerit.*
IV. *Ex publicatione Decretalium ortum habuit forum Clericorum, & Exceptio Clericatus.*
V. *Quid circa hanc Exceptionem statutum in ultimo Concordato an. 1741.*
VI. *Quibus in caussis Clericis non competat exceptio Clericatus.*

I. CHristum nonnisi spiritualem jurisdictionem Apostolis eorumque successoribus demandasse, tam certum est, quam quod certissimum. Sed quum spiritualis jurisdictio, in his quæ ex *Servatoris* verbis comprehenditur, nullam admittere potest coactionem; nam est exercenda charitatis adfectu, moderationis dulcedine, soliditate doctrinæ, & remissiori zelo; proprie *jurisdictionis* nomen neutiquam meretur. Hinc in antiquis Ecclesiæ monumentis isthæc potestas non *jurisdictionis* vocabulo nuncupatur, sed *ministerii*, *Cathedræ*, *potestatis*, *auctoritatis*. Primus ab Jure Civili vocem *jurisdictionis* mutuavit *Gregorius M.*, & in Ecclesiam intulit, *Greg. M. lib.* 14. *Epist.* 8. Neque eamdem vocem statim suam fecerunt Canonistæ, sensim id effectum est; & nonnisi Clericis Juri Romano operam navantibus post scilicet sæculum XII. recepta est in Jure Canonico. Ea vero jurisdictio vel intrinseca est, vel extrinseca. Intrinseca in regimine Ecclesiæ se exserit, & in potestate clavium continetur a Christo Apostolis, eorumque successoribus data, ut religio rite exerceretur, & constantius conservaretur. Partes hujusmodi intrinsecæ jurisdictionis, seu potestatis sunt docendi, baptizandi, aliaque Sacramenta ad salutem necessaria administrandi: quæ omnia sine quodam regimine, ac proinde sine quadam potestate fieri nequeunt. Errat idcirco *Bohemerus Jur. Eccles. Lib.* 1. *Tit.* 31. §. 29. asserens, Ecclesias esse societates æquales, omni sacro imperio destitutas. Constat enim ex novi Testamenti Scripturis, Christum instituisse, qui ecclesiam colligerent, regerent, gubernarent, *Matth. Cap.* 22. *vers.* 18., *Act. Cap.* 20. *vers.* 28. eumdem Divinum Supremumque Magistrum Ecclesiæ Rectores statuisse, qui de fortibus judicarent, peccata dimitterent, pœnitentias irrogarent, & contumaces ab Ecclesia tamquam ethnicos & publicanos ejicerent, *Matth. Cap.* 18. *vers.* 15., *Johan. Cap.* 28. *vers.* 22. Verum potestas hæc spiritualis origine sua toti Ecclesiæ, non ejus Ministris fuit demandata, *Tertulliano*, *Augustino*, & clarioris notæ Theologis ajentibus; ita ut in Ecclesia ipsa tamquam in proximo & immediato subjecto resideat. Exercitium ejusdem potestatis fuit Ecclesiæ pastoribus commissum; nam per multitudinem explicari minime poterat. Sunt itaque Pastores Ecclesiæ Delegati, propriamque non habent jurisdictionem. Eleganter hoc expressit *Testatus Abulensis in Cap.* 15. *Numer. quæst.* 48. iis verbis *Ecclesia suscepit Claves a Christo, & Apostoli tamquam Ministri Ecclesiæ: & nunc Ecclesia illas habet, & Prælati etiam; sed aliter Ecclesia quam Prælati: nam Ecclesia illas habet secundum originem, & virtutem; Prælati autem habent secundum usum earum.* Huic spirituali potestati non Clerici solum, sed laici omnes, cujuscumque sint conditionis, etiam Urbibus & provinciis Præfecti parere debent. In rebus enim religionis eos audiant oportet Christiani, quibus Christus regimen Ecclesiæ suæ demandavit.

In illiusmodi tamen spiritualis & intrinsicæ potestatis exercitio detrectare nequeunt Ecclesiæ Ministri Regia imperium. Non ambigitur Christianos Principes haud quaquam posse aliquid directe de rebus Religionis statuere. Id aperte professi sunt *Valentinianus* Senior, *Marcianus*, & *Justinianus*, spiritualia nempe ad Sacerdotes pertinere. Verum ubi ex Religionis emergentibus quietem securitatemque publicam labefactari quodammodo opera ecclesiasticorum contingat, ad Principes spectat pro jure imperii motus compescere, doctrinas sustinere, Ecclesiamque tueri. Sic Deo serviunt, & Civitatis commoda promovent. Religio enim principale est fulcrum societatis. Ea propter inter præcipua Imperantium officia hoc referunt *Augustinus Lib.* 3. *contrmedian. Crescon. cap.* 51., & *Leo Magnus epist.* 125., ut scilicet bona jubeant, mala prohibeant, non solum quæ pertinent ad humanam societatem, verum etiam quæ ad Divinam Religionem. Neque huic officio boni Principes unquam defuerunt. Permultæ enim tam in *Theodosiano*, quam in Justinianæo Codice Leges extant, quibus Christianam fidem & disciplinam ab Ecclesia statutam confirmarunt, pœnis temporalibus fulcientes Conciliorum Decreta, adversus Ecclesiæ contumaces præstiterunt auxilium, & compescere sedulo satagerunt hæreticos, in eos qua opus fuit severitate animadvertentes. Hinc adposite observavit *Socrates lib.* 5. Hist. in procem., *ex illo tempore, quo Christiani esse cœperunt Imperatores, Ecclesiæ negotia visa esse ex eorum nutu pendere.* Et quod ad nostros Principes attinet quantum ipsi adhibuerunt diligentiam in dogmata ab erroribus præservanda, atque sanctam tutam servandam Ecclesiæ disciplinam satis abundeque constat ex monumentis ab *Chioccarello* collectis in suis *Manuscriptis jurisdictionalibus*.

Extrinseca Ecclesiæ jurisdictio non est Ecclesiæ propria, sed ipsius Prælatis a Principibus indulta. Sane ad cognitionem Caussarum Civilium se non extendi Ecclesiæ potestatem aperte patet ex Christi verbis, quibus declaravit: *Regnum suum non esse de hoc mundo*, id est non esse *temporale*, ut ex Patrum sententia *Calmetus in Johan. cap.* 18. *vers.* 36. interpretatur: in cujus declarationis confirmationem noluit suscipere nolnit *de* familia erciscunda arbitrium, de qua fuerat interpellatus, ajens: *Quis me constituit judicem aut divisorem inter vos? Lucæ cap.* 12. *vers.* 14. Verum Episcopi se in caussis pecuniariis miscuerunt non tamquam judices, sed tamquam pacis interpretes, nulla prorsus adhibita scriptura, vel servato forensi ritu, sed ex æquitate dissidentes in concordiam adducere studebant; & ne errarent ubi jus erat obscurum, jureconsultos adhibere solebant, *Augustin. sermon.* 49. *de divers.* Ista Civitatibus utilior ratio dirimendarum litium non solos Christianos, sed etiam cujusque sectæ homines pellexit ad Episcopos interpellandos. Diu itaque stetit, & Christi demum Religione in Imperio recepta, eamdem consuetudinem Principes confirmarunt. Prostant in *Tit. Codicis de Episcop. Audient. LL.* 7. & 8. Imperatorum *Arcadii*, & *Honorii*, quibus statutum, quod liberum esset omnibus litigantibus *ex consensu* caussas suas pecuniarias ad Episcopum deferre, & Episcopale judicium ratum esse omnibus, qui se audiri a Sacerdotibus elegerint. Non erat vero hæc jurisdictionis species; nam nulla potest esse jurisdictio, ubi nulla coactio, & partes sponte sua Episcopum adire debebant: immo non ipsi Episcopi executioni suas poterant demandare sententias; sed hoc officium erat sæcularium de Magistratuum ordinatione.

Porro charitas & prudentia Episcoporum Principes suasit eis varia negotia civilia committere, in quibus inspectionem, & auctoritatem cum laicis Magistratibus exercebant. Istiusmodi commissiones abunde prodeunt ex *LL.* 12. 14. 22. 24. 26. 27. 28. *C. de Episc. Aud.*, & ex *L.* 46. *C. de Episc. & Clericis*, qua constituti fuerunt caussarum piarum executores: sed nonnisi Principis delegatione in his negotiis procedebant, nulla prorsus aucti jurisdictione. Labentibus vero annis auctoritas ista Episcoporum delegata in veram abiit jurisdictionem, & eorumdem studiis, ac populi ignorantia longe lateque producta est; præsertim ex eo tempore, quo *Gratianus*, & *Ivo Carnotensis* suos Codices publicarunt, in calce quorum inseruerunt quamdam *Theodosii* legem supposititiam, qua fingebatur cautum, esse licitum cuique litiganti, etiam altero invito ad Sacrosanctæ Legis Antistitem litem deferre. Hinc factum est, ut omnia fere negotia civilia, sive in rem, sive in personam essent, huic incompetenti jurisdictioni subjicerentur. Suas itaque Ecclesiastici fecerunt causarum

co-

cognitiones, in quibus vel mala fides, vel peccatum aliquod inesset, ad forum externum producendo quod eis in foro tantum interno, & pœnitentiali competebat. Ratione insuper juramenti, matrimonii, testamenti, & cujuslibet caussæ piæ ad suam jurisdictionem Episcopi caussas trahere consueverunt; mira interpretatione negotiis ferme omnibus spiritualem qualitatem adspergentes: quod facilius in caussis de contractibus obveniebat; nam tabelliones ex formola adjicere solebant, ut hodie adhuc, a contrahentibus præstitum de servandis, quæ pepigissent, juramentum. Neque de solo cognoscebant, & judicabant matrimonio; verum de omnibus inde emergentibus, scilicet de dote, de sponsorum largitionibus, donationibus propter nuptias, & prolis educatione: immo nec metuerunt manus ad crimina de raptu, stupro, & adulterio admovere. Censebantur præterea ecclesiasticæ jurisdictionis esse caussas viduarum, pupillorum, pauperum, peregrinorum, aliarumque miserabilium personarum, detorto antiquorum Canonum sensu, quo Episcopis demandatur cura viduarum, orphanorum, & pauperum: immane quantum distat ab jurisdictione in caussas tuitio, & cura. His profecto modis enormiter excrevit jurisdictio ecclesiastica in caussis laicorum. Sed humanarum conditio postulabat, ut a parvis initiis ad altius fastigium evecta eadem jurisdictio veluti senescens proprio pondere rueret. In aliis Europæ Regionibus cœperunt Barones, & Magistratus sæculo XIII. sibi ereptam jurisdictionem vindicare, & vindicationem perfecerunt. In Regno nostro serius hoc effectum. Principes enim Andegavenses tantum abest, ut ecclesiasticam compescere jurisdictionem curarint, quin potius eorum favore mirum in modum excreverit; novis enim beneficiis ab Sede Apostolica acceptis, non adeo Regiam curarunt jurisdictionem, & æquo tulerunt animo istam deminui, illam extollendo, ceu videre est in eorum Capitulis de *immunitate ecclesiastica*, *& privilegiis Clericorum*. Renascentium vero litterarum lux revelavit oculos Principum Aragoniensium, sub quorum Regno sensim jurisdictio in laicos Magistratus restituta est: nam contra artes Episcoporum, Pontificum minis neglectis, edicta Regum, & Decreta Tribunalium prodierunt, quibus tandem a caussis laicorum ablegata fuit ecclesiastica jurisdictio.

Retinuerunt tamen Episcopi jurisdictionem in Clericos, eorumque caussas. Sed unde primitus illam habuere paucis expendere oportet, ut aliquando pernoscatur, an sit Episcoporum propria, vel eis etiam a Principibus concessa, & quibus limitibus restricta. Pervulgatum est illud *Optati Milevitani* dictum, *Ecclesiam esse in Republica*: ad Rempublicam itaque pertinent ipsius Ecclesiæ Ministri; nam clericatu non desinunt esse Cives. Hinc detrectare nequeunt Civilem Potestatem, neque Magistratuum judicia declinare. Patres Canonum Auctores *Christi* atque Apostolorum vestigia sectantes, numquam statuerunt Clericos a Magistratu vocatos non se sistere, aut nullas dicere a Magistrato latas sententias. Immo Imperatorum legibus, necessitas fuit Clericis imposita comparendi coram publicis judicibus, quotiens actione pecuniaria conveniebantur *l. 13. C. de Episc. Aud.*, *l. 25. C. de Episc. & Cleric.* Ut Clerici ad Episcopalem vocari possent Audientiam sive actor clericus, sive laicus foret, vinculum compromissi desiderasse videtur *Valentinianus III.*: sed animadvertit *Franciscus Florens Tract. de Jurisdict. Ecclesiast. in Can. 1. & 46.*, istam compromissi necessitatem fuisse a *Majorano* remissam ex sententia legum ante *Valentinianum III.* conditarum. *Severus*, & *Anthemius l. 33. C. de Episcop. & Cleric.*, ne Clerici & Monachi ad peregrina judicia pergere conati Ecclesias, & Monasteria relinquerent, statuerant, in caussis pecuniariis esse conveniendos coram suæ Provinciæ Magistratibus.

Ista sane methodo lites ad Clericos pertinentes dirimebantur usque ad *Justinianum*, qui primus fori privilegium Clericis concessit. Jussit enim, Clericos censeri exemtos a Magistratuum Civilium jurisdictione, & apud proprios Episcopos conveniri *Novella 83.* Sed ex hac lege inferri non potest, generale privilegium fuisse ab *Justiniano* Clericis concessum. Hanc enim adjecit limitationem: *Quod si aut propter caussæ naturam, aut propter quamdam forte difficultatem non fuerit possibile Deo amabili Episcopo decidere negotium, tum licentia erit ad Civiles Judices pergere.* Exemtionem autem in sola prima instantia indulsit: nam in gradu appellationis, caussam devolvi mandavit ad Judicem publicum, *Novell. 123. cap. 21.* Id *Justinianus* sanxit, ne Clerici propter caussas a sacris amoverentur obsequiis, & quam adeo vacare Sacerdotali debeant decentia, jurgiis, turbis, & fori tumultu detineantur. Amplior itaque exemtio evasit *Caroli M.* favore; nam industria Clericorum in illo caliginis tempore crediderant laici tam esse non sustinere ecclesiasticam immunitatem, quam infam labefactare Religionem: ideo Imperator ille præcepit, ut *clerici non distringantur, neque dijudicentur, nisi a propriis Episcopis Capitular. 422. lib. 7.* Perfecit tandem exemtionis privilegium *Fridericus II Imperator*. Ex quadam ejus Constitutione emersit *Auth. Statuimus ut nullus. C. de Episcop., & Clericis.* In ea prohibetur cuiquam trahere ecclesiasticam personam ad judicium sæculare, tam in Criminali, quam in Civili actione, hac adjecta pœnæ comminatione: *Quod si actor fecerit, suo jure cadat: judicatum non teneat; & judex ex tunc judicandi potestate privetur.* Non est tamen ista lex municipalis Regni Neapolitani. Eam *Fridericus* tulit tamquam Imperator, non tamquam Neapolis Rex: ideo non legitur in *Collectione Constitutionum Regni*; & tantum apud nos invecta fuit cum studio legum *Codicis Justinianæi*, in quo ab *Irnerio*, vel alio quocumque Auctore Authenticarum fuit inserta. Hinc valet ubi contraria lex Regni non obstat.

Utcumque vero res pensetur, ex hactenus dictis satis abunde patet, Episcopos non habere propriam in Clericos jurisdictionem; eamque derivasse ex permissione Principum, quorum quæ ad hoc privilegia non tanti sunt roboris, ut hodierni summi Imperantis facultatem minuant ea conformandi ad Civilem, qua nunc regimur, politiam, & publicæ prospiciendi utilitati.

Neque Decretales, & Canones, quibus ista in Clericos jurisdictio Episcopis tribuitur, titulum propriæ jurisdictionis constituunt. Decretales enim *Marcellini*, & *Gelasii Papæ* spuriæ sunt *Isidori* merces; & Canones detestabili temeritate corrupti. Præterquam quod immunitas a foro sæculari in Decretalibus ipsis fertur *venustorum Principum assidua sanctione firmata*. Neque Pontifex, aut Ecclesia poterant Clericos a potestate Summorum Imperantium eximere, & Episcopis adjudicare, præter eorumdem consensum, & expressam voluntatem, jurisdictionem in Clericos, quam *Christus*, & Apostoli in manibus esse Sæcularium Potestatum, iterum atque iterum sunt ingenue professi. Constat igitur nullam Episcopos habere quod ad civilia attinet negotia in suæ Diœceseos Clericos jurisdictionem propriam, sive ab eorum officio & Dignitate manantem.

II. Exemtionem Clericorum a Magistratuum jurisdictione, quam primus Justinianus indulsit, & sequentes Græci Imperatores confirmarunt, ut constat ex Balsamone *tit. 6. Monocanon.*, everso imperio Romano intra eosdem limites remansisse nemo dubitare potest. Ex Codice enim Visigothorum, & ex legibus Burgundiorum, Alemannorum, aliorumque Populorum Septentrionalium usque ad sæculum VIII. patet quod Episcopi tantum amicabiliter & tamquam Arbitri absque tricis forensibus caussas Clericorum decidebant. Et ex ipsis Capitularibus Francorum constat, eamdem politiam apud Francos extitisse. Legitur enim *lib. p. cap. 28. Si quis Clericus habet cum Clerico litem, aut negotium, proprium Episcopum non relinquat, & ad sæcularia judicia non excurrat.* Unde Bignonius in notis *ad lib. 1. formul. Marculphi cap. 3.* animadvertit: *Soli judices civiles dicebantur publici Judices.* Et ex his apertissime patet usque ad sæculum VIII. Episcopos in Clericos non habuisse jus terrendi, coactionem, justitiamque perfectam, quod etiam manifeste comprobatur ex Epistola Gregorii II. ad Leonem Isauricum, in qua limites Imperii, & Sacerdotii perbelle dilucidantur. Postquam Carolus Magnus, aliique Principes exemtionem Clericorum auxerunt, cœperunt erigi Episcopales Audientiæ, judices particulares creari pro decidendis Clericorum caussis, Notariique pro conficiendis actis, & ita sensim ex concessionibus, conniventiaque Principum crevit episcopalis jurisdictio, & Episcopi Territorium, jusque terrendi in Europa exercuerunt.

Quoad nos attinet, exemtio Clericorum a Magistratuum juris-

jurisdictione, exceptioque Clericatus parvi momenti fuit. Regiones enim quæ sub Græcorum imperio vixerunt, græcam politiam Justiniani, aliorumque Imperatorum retinuerunt. Et Regiones, quæ a Ducibus Longobardis rectæ fuerunt, leges Longobardorum observarunt, quæ Clericos a Magistratuum jurisdictione non exemerunt, nec Capitularia Caroli Magni, aliorumque Imperatorum agnoverunt. Constat enim apud Longobardos non solum Clericos, sed Præpositos, & Abbates coram Judicibus conveniri, *l. 18. tit. 56. lib. 2. LL. Longob.* Hæcque politia perduravit usque ad Normannos. Normanni, & Suevi Reges etsi religiosissimi, & sub illis magna episcoporum authoritas, utpote qui majora negotia Regiæ Curiæ explebant, parum Clericorum exemtionem faverunt. Guilielmus I. voluit, quod Clerici pro bonis ab Ecclesia tantum provenientibus ab Episcopis dijudicentur. *Const. si quis Clericus*. Et Federicus II. jussit, quod Clerici in judicio petitorio, & possessorio de rebus burgensaticis apud Judices convenirentur, *rei qualitate potius in hac parte qua petitur, quam personæ conditione, seu judicii qualitate pensata Const. nova de burgensatic.* In caussis criminalibus etiam Guilielmus II. indulsit, quod a propriis Episcopis dijudicentur, *excepto si de perduellione, vel de alio maleficio, quod spectat ad Majestatem, Const. de personis*. Intra hos limites restricta fuit Clericorum exemtio. Mutata tamen conditione temporum sub Regibus Andegavensibus privilegia Clericorum aucta fuerunt. Pactis enim initis inter Pontificem Clementem IV. & Carolum I. Andegavensem conventum fuit, quod Clerici in caussis civilibus, & criminalibus apud Judices respondere non tenerentur, exceptis tantum caussis feudalibus *cap. 4.*, quod confirmavit Carolus II. *cap. 2. item statuimus*. Tantum in judicio reconventionis sancitum fuit, quod Clericus in eodem foro respondere teneatur, *Rit. 76. item quod si Clericus*. Et Clerici conjugati etiam sua privilegia habuerunt. In caussis enim criminalibus foro ecclesiastico gaudebant, *Rit. item 66.*, quem confirmavit *Pragm. t. de Cleric., & Diacon. selvat.*

III. Concessiones summorum Imperantium Clericis indultæ ab exemtione Judicum illam mentem habuerunt, ne Clerici ab altari, divinisque obsequiis avocarentur jurgiisque forensibus immiscerentur. Id expressit Justinianus illis verbis: *ut non propter hujusmodi caussas sacris amoveantur obsequiis, & cum oporteat Deum placari, & decentia Sacerdotibus agi, Auditoriis detineantur, & illis turbis, atque inhærenti tumultui litigantium animabus* §. 2. *Nov.* 83. Hinc Gothofredus ad alia verba dictæ Novellæ, *liberentur alterutro certamine*, recte animadvertit, *ne Clerici exceptionibus, & dilationibus nimiis vexarentur*. Nec alia mens Carolo M. fuit exemptionem Clericorum confirmandi, augendique. Sive enim deceptus ex apochrypha Constitutione, quæ sub nomine Constantini, Arcadii, & Honorii efferebatur, cujusque partem in suo Capitulari inseruit, sive antiquos Gallorum mores sequutus, qui Archidruidibus potestatem judicandi Druidas habent, sive potius Canones, præ oculis habens, qui Clericos a tricis forensibus avocabant, episcopale studium in decidendis Clericorum caussis adprobavit, legeque sua confirmavit, Clericosque a judiciariis jurgiis exemit. Aliam etiam rationem habuerunt Carolus M. sequentesque Imperatores Clericos eximendi a potestate Judicum. Judices enim illis ævis erant illiterati, ecclesiastica immunitas cum ipsa Religione confundebatur, & crimina post compositam pecuniam censuris, aliisque pœnis canonicis expiabantur, ut ex innumeris medii ævi documentis constat. Scopus igitur primus exemtionis Clericorum, quæ vulgo Fori privilegium appellatur, fuit Clericos a jurgiis forensibus avocare, illorumque caussas honeste, & sacerdotaliter terminari.

Defecit hic finis post erectas episcopales Audientias, judicesque, Notariosque electos. Nam ex historia ecclesiastica indubie constat majores forenses tricas in Episcopalibus audientiis invectas fuisse. At cœtus Clericorum potens divitiis, doctrina, & opinione Populi, ex iisdem concessionibus Principum exemtionem a Magistratuum jurisdictione conservavit, in diesque auxit. Post igitur exemtio ista Clericorum cœtui indulta, sicuti in Republica alii Civium cœtus ex concessione Principum sua privilegia habent: Nemo unquam sanæ mentis somniavit illam ex sola Clericatus natura promanare, Principesque vel in Clericos jurisdictionem non habere, vel illa se omnino exuisse, efformarique voluisse in Republica monstrum illud tam in politica detestatum, Aquilam nempe duorum capitum.

19 *Alia hujus Civitatis Tribunalia, præcipue Tribunal Cassici nostri remissive memorantur.*

Die &c. visa comparitione, matricula præsentata pro parte N. N. informatione capta a fol...., usque ad fol.... præsens causa remittatur ad Curiam Nobilis artis Serici, *vel dicitur*.

Die &c. N. N. carceratus remittatur ad Curiam Nobilis artis Serici una cum actis, quæ procedat, & justitiam faciat, *vel dicitur*.

Die &c. procedatur in M. C., vel in S. C. petita remissione ad Curiam Nobilis artis non obstante, *vel dicitur*.

Die &c. audita relatione Magnifici Judicis Nobilis artis Serici remissa est eidem Curiæ, vel remissa est ad Curiam &c. quæ provideat &c.

Prædicta alia decreta interponuntur in remissionum causis, quæ a Consulibus Nobilis artis Serici, &
1 similiter artis Lanæ petuntur, quandoquidem enunciatæ Curiæ jurisdictionem habent civilem, & crimina-
2 lem in exercentes artem prædictam vigore privilegiorum, nempe artis Lanæ a Serenissimo Rege Ferdinando I., & Nobilis artis Serici a Serenissimo Rege Fer-
3 dinando II., a quo hic titulus *Nobilis* fuit huic arti tributus, tum ratione materiæ, quæ lanæ pretiosior est, tum operum, quæ a Serico conficiuntur; præterea ut hæc ars ceteroqui quæstuosissima incrementum caperet ad Civium utilitatem, & pro ejusdemmet
4 Civitatis ornamento: quæ privilegia a S.C. per bina decreta declarata fuere in omnibus causis, præterquam ubi veniret imponenda pœna mortis naturalis, ut ex infrascripto decreto manifestum fit.

In causa Honorabilium Consulum Artis Serici Civitatis
5 *Neapolis cum Regio Fisco, & M. C. V. super petita remissione causarum criminalium ad eosdem spectante: Visis privilegiis, capitulis, & decretis per ipsos Consules in S. R. C. exhibitis, auditisque in eodem S. R. C. dictis Consulibus, ac Procuratoribus, & Advocatis ipsorum: nec non Magnificis Judicibus M. C. V. & Regii Fisci Advocato, provisum, & decretum est per idem S.C. quod decretum alias interpositum per aliud Consilium tempore Serenissimi Regis Federici, cujus tenor talis est: 1501. die 21. Februarii 1501. Neapoli. In causa Regii Fisci cum Consulibus artis Serici Civitatis Neapolis super petita remissione causarum criminalium spectante ad dictam Curiam artis Serici, & aliis, ut in actis latius continetur. Auditis in S. R. C. Mag. Regente M.C.V., & Berardino de Marchesiis Judice dictæ Curiæ Artis Serici, & visis Regiis litteris, decretum est per decretum S. C., quod omnes causæ criminales, de quibus veniret imponenda aliqua pœna præter pœnam mortis naturalis, remittantur ad dictam Curiam Artis Serici; ubi vero venit imponenda pœna mortis naturalis, consulatur Regia Majestas, ut inde providere possit, hoc suum, dicto S. C. super prædictis solemniter interponente decretum, quod servetur, & servari debeat juxta ipsius prædicti decreti seriem, & tenorem, hoc suum &c. lectum, latum, & publicatum est in eodem S. C. Neapoli, die 23. Septembris 1507. Angelus Secretarius.*

Hinc pro majori enucleatione lectores monitos volo,
6 quod si quis ex arte esset inquisitus de crimine, cui a lege imposita est pœna mortis naturalis, vel ex circumstantiis illa in praxi servata sit, vel ad Judicis arbitrium remissa, sicubi crimen per concludentem probationem non liqueret, non ideo Curiæ prædictæ hoc in casu procedere queunt, nec a M. C. remittendus est: verum si ex circumstantiis prædicta pœna non veniret imponenda, puta in homicidio ad propriam defensam patrato, aut in rixa, vel honoris causa, procedere quippe valent; quia in casibus prædictis jura pœnam hanc minime statuerunt.

De supradicta jurisdictione testantur etiam D. Præses dec.
7 S. C. 434. ubi dicit, quod Consules Artis lanæ habent jurisdictionem civilem, & criminalem in exercentes artem prædictam usque ad pœnam mortis naturalis exclusive, ubique refert, quod emanato banno, ut nemo incederet per Civitatem vendendo bona vetera sub pœna triremium, cum fuisset captus unus ex eadem arte, in gradu appellationis ad eam Curiam fuit remissus referente ipsomet D. Præside, de qua *decis.* meminit quoque D. Regens de Ponte de *Potest. Proregis. tit. de provisionib. fieri solitis* §. 3. num. 29., & in *decis.* 679. idem D. Præses insuper testatur, Curiam Artis lanæ habere hanc jurisdictionem in exercentes enunciatam
8 Artem, & in ejus Ministros, & alios a Curia dependentes cum clausula abdicativa a M. C., & in *decis.* 722. num. 18. inquit: *In causis, quæ agitantur in Curiis Artis Serici, & Lanæ Consules jurisdictionem habent in certum genus personarum*, & num. 24. *Curia Artis Serici, & Artis Lanæ, & aliæ Curiæ in hac Civitate habent cognitionem privative a M. C. ad omnes*
9 *causas in certum genus personarum*: neque id diffitetur D. Riccius *in addit. ad D. Præsid. cit. decis.* 679. Novar. *de elect. & variat. fori quæst.* 27. part. 3. num. 82. & Vincentius Brilla *in comment. ad Consuetud. Civit. Neap. tit.* 12. *cap.* 3. *num.* 224. *& seqq.* ideoque Consules præ-
10 dictarum artium eligunt judicem, & unaquæque habet carcerem separatum.

Ceterum Consules aliarum artium jurisdictionem habent
11 in causis eorum professionem respicientibus, juxta Capitula Regio assensu roborata, aut longa consuetudine confirmata. De hac etiam jurisdictione loquuntur
12 Bald., & Paul. de Cast. in *l. fin. C. de jurisdict. omn. judic.*, Dec. in *cap. ceterum de judic.*, ac alii collecti a Maranta in sua *praxi distinct.* 9. n. 88. & ab Angel. Pisanell. *in addit. ad decis. S. C. penes Afflict.* 41.

Rursum artes aliæ habent in hac Civitate suos Judices
13 Delegatos, sive generales Commissarios, qui in causis ab arte dependentibus justitiam summarie faciunt, & interveniunt in electione Consulatus; sicuti ego ipse sum Commissarius generalis Artis Judaicæ, & Auri tra-

tractarum, & causas modicæ summæ ad Consules remitto, ut super illis de plano provideant, vel mihi relationem faciant ad finem providendi; & ad melius earundem artium regimen quamplurima pro tempore, & rerum circumstantiis, audito ipsorum cœtu sancire visum fuit.

Jam vero in remissionibus causarum ad Curiam Artis
14 Lanæ, & Serici impartiendum est terminus, in quo
duo potissimum sunt probanda. Unum scilicet, quod
N. N., de cujus causa agitur, sit relatus in librum,
in quo alii ejusdem professionis notantur sub die, &c.
mense, & anno, qui vulgo vocatur *Matrice*, unde
adscribitur attestatio, quæ matricula nuncupatur, ad
hujusmodi probationem abunde sufficiens. Alterum
scilicet exercitium professionis, cujus intuitu privile-
gium est concessum ad professionis augmentum, &
uberiorem Regni utilitatem: utrumque simul requiri
decisum refert D. Præses de Franch. *decis.* 481., quod
15 intellige tum maxime matriculam esse necessariam,
quum dicta remissio ab ordinario Judice petitur: cete-
rum si causa subsit jurisdictioni Consulum, non opus
est matricula, ut admonet Rev. de Luca in *d. dec.*,
16 qui etiam tenet a Sene artem exercere non valente,
non exigi actuale exercitium. Filii, famulique ejus-
17 dem artis hoc privilegio itidem gaudent; quo argu-
mento motus Jo: Baptista Mucci asseverat, indistincte
militum famulos in exercitio militari servientes gau-
dere privilegio dominorum, siquidem, ut inquit *in
dilucidat. ad decis. Sanfelic. 23. num. 20. non debemus
magis privilegiatam reddere artem Serici, quam artem
militarem.*

Ad extremum noto quod in interlocutoriis Judex dictæ
18 nobilis Artis in relationibus, quas jussu D. Præsiden-
tis facit in S.C., non sedet in Aula, sed intra Aulæ
vallum stat a parte dextera: & hæc satis pro hujus-
modi decretorum ornatu.

Non me latet, & alia in hac Civitate existere Tribu-
19 nalia, in quibus jus dicitur erga multiplex personarum
genus, quemadmodum habes in Jo: Dominico Tassone
in *comment. ad Pragm. de Antefato vers. 3. observ.* 3.
qui numerat triginta novem Tribunalia, seclusis Con-
ciliis, & in *appendice Historiarum Jo: Antonii Summon-
te*; præcipue vero dicendum esset de Castri novi Tri-
bunali, cui præsidet Regius Auditor, nec desunt Fi-
sci, & pauperum Patroni; de cujus quidem Castri
privilegiis, ne longiores, quam par est, videamur;
consule D. Præs. de Franch. *decis.* 458. ibique de Luca
in *observat.* D. Reg. Sanfelic. in *praxi jud. in addit.
ad sect.* 19. Rocc. *de off. rub.* 9. Montan. *contr.* 72.

VINCENTII ALOI

IN CAP. III.

DISTINCTIONEM III.

ANIMADVERSIO

SUMMARIA.

I. *Quænam Jure Communi sit Collegiorum opificum immunitas.*
II. *Artis Serici in Regno introductio.*
III. *Item & artis lanæ.*
IV. *Consulibus earumdem fuit concessa jurisdictio in opifices.*
V. *An hoc privilegium hisce nostris conveniat temporibus.*
VI. *Aliarum Artium Delegatis quæ tribuantur novissimis Regni legibus.*

I. QUod plane optimum visum fuit omnibus Civitatum conditoribus, præmiis privilegiisque promovere opificiorum artiumque manualium culturam, id *Romulo* minime adrisit. Toto sui imperii tempore Romæ opifices nulli, solique bellicæ arti Cives vacabant. Melius inde *Numa* ex Civili Prudentia subduxit rationes. Nihil enim fecit reliqui, ut Civium ferociam emolliret artium studio & exercitio. Hinc tibicines, artifices, fabros, tinctores, sutores, coriarios, ærarios, figulos in Republica invexit, immo, *Plutarco* ajente in *Vita Numæ*, cuique opificum generi proprium attribuit Collegium, & privilegia indulsit: Non fuit tamen constans illorum Collegiorum fortuna. Ea abolevit *Tullus Hostilius*, restituit *Servius Tullius*, suppressitque demum *Tarquinius Superbus*. De restitutione Collegiorum primis Reipublicæ temporibus haud multum laborarunt Patricii; quin potius opificia quidem exercere a Civibus noluerunt. Ea in usum revocarunt Decemviri, qui in XII. Tabulis caverunt: *Pactionem, quam velint, sibi facere, dum ne quid ex publica lege corrumpant*: quod ex lege *Solonis* translatum esse, ait *Cajus l. ult. D. de Collegiis, & Corporibus*. Parum tamen fuit honorifica tunc temporis eorum conditio, & magis invalescente Republica, dehonestiori loco habiti fuerunt opifices; autumabant enim quidquam ingenuum haberi non posse in officina, ut innuit *Cicero de offic. lib.* 1. *cap.* 13.

Quamvis vero contemtui essent Romæ opifices; plurima tamen antiquis adjecta sunt nova aliorum opificum Collegia: quæ ut fieri adsolet, tot tantasque in Republica perniciosissimas cierunt turbas & discordias, ut utilius visum fuerit ea penitus, præter pauca fabrorum scilicet, & tinctorum, sustulere Senatusconsulto an. U. C. 685. condito. Haud multo post non solum antiqua restituit, sed & nova adjecit *P. Clodius*, ut eorum suffragiis atque auxilio tanto facilius Ciceronem ejusque amicos opprimeret. Mutata tandem Republica, & Principatu a Cæsaribus firmato, nihil odiosius videri cœpit Collegiis, & Corporibus. Ipsa enim *factionum* vocabulo traducebantur: hinc *Cæsar*, & *Augustus*, referente Svetonio *in Julio cap.* 42., *& Augusto cap.* 32., *omnia Collegia, præter antiqua & legitima, distraxerunt*. Lucescente tamen Civilis Œconomiæ ratione, apertius utilitatem Artium, earumque favorem agnoverunt subsecuti Imperatores. Multa Collegia *Alexander Severus* constituit, ita ut eo imperante triginta duo Romæ numerabantur. Permulta alia adjecit *Constantinus*: quique numerosiorem elenchum desiderat, commode habere poterit ex *Guidone Pancirollo in Adpendic. ad Notit. Imper. Occident.* Placuit idcirco adliciendi Cives ad opificia, illisque haud pauca ab ipsomet *Constantino*, *Valentiniano*, *Honorio*, *Arcadio*, & *Theodosio* indultæ fuerunt immunitates, & concessa privilegia.

Abhinc igitur hisce temporibus licitum fuit Collegiis Opificum condere statuta per modum pactionum, de rebus ad artem & Collegium pertinentibus; quæ si Publica sint auctoritate firmata, non solum obligant Collegii participes, sed & Magistratum ad ea inter eosdem servanda, modo tertio non officiant, qui eis stare minime tenetur. Utcumque nihilominus Collegiis licuit inter contribules statuere, nequaquam fuit eis permissum jurisdictionem in causis vel Civilibus, vel Criminalibus exercere, quamvis eisdem data sit in individuos artis facultas modicæ coercitionis, non excedentis limites conservationis fidei & diligentiæ in ejusdem artis exercitio, ut animadvertit *Carpzovius part. 2. Const. 6. Defin. 9. num.* 6. Quod porro factum, quia vix consistere potest Collegium sine aliqua coercitione, saltem conventionali, non quia visum fuerit inter eos constituere Judices privativos quo ad ceteros ordinaria potestate dotatos. Plurimæ itaque Jure Communi fuerunt Collegiis Opificum indultæ immunitates, sed nullæ plane ab ordinariorum Magistratuum Jurisdictione.

II. Inter ceteras *Ferdinandi I.* laudes ea profecto maxime videri debet quæ ei debetur ob mercaturæ & Commercii protectionem, qua in Regno ubertatem, & opulentiam invexit. Et quia hi uberrimi divitiarum fontes, sine utilioribus artibus exsiccantur; ita optimus Princeps Artem Serici in Regno introduxit, mirumque in modum favit. Florebat ipsa ars in variis Italiæ Regionibus; hinc ut foret suos subditos flameretur opificium, in anno 1465. quamplures advocavit peritos, inter quos selegit peritiorem *Marinum Cataponium* Venetum, cui mutuo dedit ducatos mille, ut opificium inciperet: quod cum vidisset perfectum & utilius, exhausit favore Opificum Regiarum Gratiarum Ærarium. Eis namque concessit datiorum immunitatem pro rebus omnibus ad serici artis exercitium pertinentibus; opifices Civilitate Neapolitana donavit; eosque exemit a Jurisdictione cujuscomque Tribunalis, mandavitque in causis omnibus Civilibus & Criminalibus subjici jurisdictioni consulum artis, *de Franchis Decis.* 722. *n.* 18.

In evidens igitur *illustris Auctor* labitur prochronismum adse-

adierens n. 3. Consules Artis Serici ab *Ferdinando II.* habuissa Civilem & Criminalem jurisdictionem in esercentes : erant etenim lapsi anni viginti ex quo Consules istam habuerant jurisdictionem a *Ferdinando I.*, quum *Ferdinandus II.* Regno potitus est non ante annum *1496*. Potius formalis erectio Curiæ a Consulibus, Adsessore, & Fisci Advocato compositæ tribuenda foret huic Regi, cui etiam placuit Arti tradere ventosum titulum *Nobilis*, quo adhuc nuncupatur. Vid. *Jannonium Storia Civile lib. 27. cap. 3.*

III. Sed & altero beneficio ditavit Rex *Ferdinandus I.* Civitatem Neapolis, introducendo iisdem curis Artem Lanæ, qua tunc Neapolitani carebant. In anno enim 1480. multa exercentibus tribuit privilegia, & immunitates, eamdemque, quam concesserat Consolibus Artis Serici jurisdictionem largitus est Artis Lanæ Consulibus in causis omnibus Civilibus, & Criminalibus esercentium. Mihi diploma communicavit hujusce Artis Consultor lectissimus Juvenis melioribus Musis innutritus *Josephus Feola*, datum in Castro Novo Neapolis die 22. Maii 1480., confirmatum inde in forma speciali ab *Carolo V.*, & *Johanna* in eodem Castro Novo die 22. Martii 1536.

IV. Quod ad concessionem jurisdictionia attinet, placuit Capitulum transcribere, cujus talis est tenor: *In primis, attesa la M. V. sia stata causa, origine & principio de introdurse in la Città di Napoli l' Arte de la Lana, la qual' è stata, & è utile & beneficio grande de dicta Città, e de' vostri Subditi, & Vaxalli de quisto Regno, & in futurum serrà laude & gloria de V. M. per lo exercitio de la quale nce so venuti li Mastri di dette Natione, quali verriano augumentar & crescere dicta Arte; in la origine della quala havendo la M. V. fatto Capi, & Gubernatori con la cognitione Civile, & Criminale contro li Majstri, & Ministri Loyse & Francisco Cappula, sono da quilli continuamente stati retti & gubernati, domandano & supplicano la M. V. voglia confirmarli Rettori, & gubernatori de epsa Arte li dicti Loyse & Francisco con la cognitione Civile & Criminale contro li dicti Maistri, lor Ministri, & altri dependenti de dicta Arte, & che nessiuno qualsivoglia Tribunale ausa, nè se debbia impacciarne contro li Ministri & altri dipendenti de dicta Arte = Placet Regiæ Majestati.* Fertur huic Arti non fuissa inditum titulum *nobilis*, quod meruerat Ars Serici, quia Sericum est nobilius Lana: Sericis enim vestibus tunc temporibus utebantur solum Nobiles Matronæ; hinc hodiernus promiscuus usus destruere videtur fundamentum Nobilitatis Arti Serici tributum. Scriptores tamen rerum Neapolitanarum nullam inter prærogatives, Immunitates & jurisdictionem utriusque Artis invenerunt differentiam, ut videre est penes *Tassonem* in sua Rapsodia de *Antefato vers. 3. Observ. 3. pag. 305.*; & de Franchis *decis. 679.*, ita ut si nobilitas metiri debeat ex honoribus, non ex materia opificii, censeri potest Nobilis tam Ars Serici, quam Ars Lanæ.

V. Enimvero ista, quam enarravi, jurisdictionis separatio, si aliqualiter proficuit incremento Artium Serici, & Lanæ in prima earum introductione, incommoda plane & absurda videri posset hisce nostris temporibus. Quo namque magis pretiosissimum Jurisdictionis Corpus discinditur, eo magis evilescat oportet; quum plane impossibile sit Regi ceteroquin sapientissimo, & justitiæ amantissimo in tot tantosque animadvertere homines ita in particulas discerptam exercentes jurisdictionem. Accedit, quod tunc temporis parvus erat numerus esercentium, qui hodie quum ad multa excrevisset milliaria, immane quantum turbant forum eorum causæ ob frequentes declinatorias, & perpetuum ordinariæ jurisdictionis contemtum. Neque credas causas Artis solos artifices posse consultius agnoscere & decidere. Nam non solum causas opificium respicientes cognoscunt Curiæ Artis Serici & Lanæ, sed etiam omnes, in quibus vel rei vel actores sint opifices. Præterquam quod Judices Ordinarii melius ac Consules idiotæ causas etiam opificii decidere poterint, præ oculis habendo earumdem Artium Capitulationes. Sed hoc providentissimæ Optimi Regis Curæ relinquendum.

VI. Jurisdictionem civilem, quam habebant aliarum artium Delegati in illorum individuos vigore Privilegiorum a Serenissimis Regibus concessorum, integram hodie providentia Regis minime retinent. In causis criminalibus perpetuus erat conflictus inter artium Delegatos, & M. C., quæ consultationem fecit Proregi anno 1731. retardari justitiam, & turbas excitari ob frequentes literas inhibitoriales, quæ in quibusve causis artes esercentium a Delegatis expediebantur. Et rescriptum fuit die 7. Julii 1731. quod M. C. inhibitorialibus a Delegatis expeditis non obediret, & generales artium Commissarii in causis criminalibus non procederent. Attamen Delegati etiam in illis se intromittebant; hinc sub invicto Rege Carolo Borbonio ad modum legis sancitum fuit diplomate diei 14. Julii 1742., quod Artium Delegati sint judices incompetentes in quacumque causa criminali. Et denique sub sapientissimo Rege Ferdinando IV. Rescripto diei 3. Octobris Delegatis artium jussum fuit, quod in futurum literas inhibitoriales M. C. in causis criminalibus expedire non auderent.

Obiter *illustris Auctor* n. 13. mentionem facit Delegatorum, seu Commissariorum Generalium aliarum Artium. Quasdam præcipuas eorumdem functiones designat; sed quid præcipuum circa jurisdictionem minime exponit. Revera ipsi non propria sed ordinaria utuntur jurisdictione S. C., in Aula cujus, ubi resident, referre debent Causas civiles tantum in casu gravaminum, quæ contra eorum Decreta domi lata, proponuntur. Causarum vero numerus & qualitas limitatur ad eas tantum, quæ directo respiciunt opificia, & pretia rerum ab opificibus manufactarum; in quibus summarie, & audito Consulum judicio solent procedere. In iisque ex generali commissione, quam habent a Præside S. C. Regio nomine, privativam exercent jurisdictionem, tam si opifices sunt rei, quam actores. Aliæ vero causæ ad opificia non pertinentes nil vetat, ut ab ceteris ordinariis Magistratibus cognoscantur; quum hi Generales Commissarii jurisdictionem privativam non habeant quo ad personas.

Sunt & Delegati Locorum Piorum, qui in solis Causis executivis procedere possunt: & si altiorem cognitionem requirant, partes remittunt ad Tribunalia ordinaria. Et quum Loca Pia bona & redditus possident in Regni Provinciis, fuit Delegatis cum *Pragm. 18. de ordin. & form. judic.* concessa facultas subdelegandi quemlibet ex Ministris Regiarum Audientiarum, qui *possan procedere solamente* (Pragmaticæ verba §. 1. n. 6.) *in quelle Cause de' Luoghi Pii, che sono in quella Provincia: eccettuanda però solamente da questa determinazione la Provincia di Terra di Lavoro, nella quale vogliamo, che abbiano a procedere i Delegati medesimi residenti in questa Capitale, salva la ragione alle parti di appellare pro ut de jure.*

Sunt tandem Delegati Arrendamentorum, circa quorum jurisdictionem ita cautum fuit eadem *Pragm. 18. §. 1. n. 9.*: *Ordiniamo, che i Delegati di tutt' i gli Arrendamenti non possano procedere se non solamente nelle Cause esecutive dell' Arrendamenti medesimi, non già in quelle de' particolari, i quali contrattano, e contendano sopra le specie soggette a quell' Arrendamento; sempre però che in quelle l' Arrendamento non sia principalmente interessato.* Multo minus igitur procedere possunt in Causis Officialium Arrendamenti esercitum officii non respicientibus. Id audebant quidem ante promulgationem supradictæ *Pragmaticæ*; sed fuit prudentius vetitum non tantum Delegatis, sed etiam Tribunalibus Collegiatis, S. C. nempe, Regiæ Cameræ, & M. C. V., virtute §. 1. n. 7. ejusdem *Pragmaticæ*.

C A P U T IV.

De Decretis incompetentiam Judicis temporaneam, seu compromissi materiam continentibus.

S U M M A R I U M.

1 *Compromissi definitio constituitur.*
2 *Compromissum quotuplex sit.*
3 *Verba Pragmatica* Odia, quæ inter conjunctos *de necessario compromisso referuntur, & enucleantur, & num. seqq.*
4 *Ratio, qua nititur præfata Pragm. per auctorem adducitur.*
5 *Lis inter conjunctos acerbior est, quam inter extraneos.*
6 *Compromissum an orta lite inter uxorem, & viri præmortui fratrem locum habeat, & num inter socerum, & generum soluto matrimonio? & n. seqq.*
7 *Affinitas constante matrimonio durat, eo soluto dissolvitur.*
8 *Affinitatis verbum latam recipit interpretationem, ut causa compromittatur, cum compromissa sint favorabilia.*
9 *Affinitatis genera quot, & quænam sint.*
10 *Matrimonii prohibitio in secunda, & tertio affinitatis genere per Innocentium III. fuit sublata.*
11 *Compromissum ante dationem termini, vel post incontinenti peti debet, & quare.*
12 *Incontinenti dictio hac de re explicatur.*
13 *Compromissum a procuratore speciale mandatum habente peti potest, non autem a generali.*
14 *Clausulæ* etiam de facto *compromissis apposita vis, & effectus.*
15 *Testes ad revelationem excommunicationis recepti quando in judicio probent; an in compromissis num. 16. & an in Consistorio Principis n. 17.*
18 *Arbitri facti veritatem extrajudicialiter perquirere possunt.*
19 *Judex ubi sola facti veritate inspecta jus dicit, etiam ex aliis, quam in processu deductis, & ex propria conscientia sententiam profert.*
20 *Vigore clausulæ* de jure, & de facto *laudum servata forma juris est proferendum, ac de hujusmodi clausula remissive.*
21 *Compromissum ad liberam arbitrorum voluntatem an reductionem ad arbitrium boni viri admittat, refutata Rovitti opinione, & num. 22.*
23 *Laudum ab arbitris sacramento non præstito prolatum non est nullum.*
24 *Statuti finis, & ratio, non verba consideranda.*
25 *Forma substantialis in Statuto quando videatur inducta.*
26 *Prorogandi potestas arbitris concessa exponitur.*
27 *Clausula* toties quoties *in compromissis quid operatur.*
28 *Dolus ex proposito, vel re ipsa quum in laudo deprehenditur, ex eisdem actis laudum ipsum revidetur.*
29 *Læsio citra dolum arbitratoris ex novis etiam probationibus ostendi potest.*
30 *Compromissum non habet locum in instrumentis, & obligationibus liquidis, atque in sententiis in rem judicatam transactis.*
31 *Compromissum fieri nequit in petitione paragii bonorum feudalium simul, & burgensaticorum, & quare.*
32 *Compromissum cessat in petitione vitæ militiæ, non secus ac in causis feudalibus.*
33 *Ceteræ causæ, in quibus non est locus compromisso, remissive.*
34 *DD. de compromisso tractantes recensentur.*
35 *Compromissum quamvis de jure communi regulariter fieri nequeat, injungi tamen a Judice potest si lis inter Magnates esset, ac de scandalo timeretur, & in quibusdam aliis casibus, ut num. seqq.*
36 *Causa probationes habens ambiguas compromittitur.*
37 *Causa dubia in jure, vel in facto compromittitur.*
38 *Judex quamvis ad compromittendum non cogat, concordiam tamen persuadere potest.*
39 *Compromissa ad instar judiciorum sunt redacta.*
40 *Decreta, quæ in hujusmodi materia interponuntur, ut in rubrica, explicantur, & quibus innitantur juribus, ut n. seq.*
41 *Bonus vir, ad quem reductio petitur, est judex ordinarius partium.*
42 *Appellatio non impedit executionem laudi, attenta Reg. Pragm. secus de jure communi.*
43 *Reductio ad arbitrium boni viri est species appellationis.*
44 *Nullitates impediunt laudi executionem.*
45 *Appellatio non extinguit probationes primi judicii, imo ex eisdem actis, atque etiam novis constituitur.*

Die &c., visis comparitione fol..... & replicatione in calce comparitionis, *vel* comparitione N. N. capiatur summaria informatio super allegata consanguinitate, *vel dicitur*, affinitate, ad finem providendi super petito compromisso, *vel dicitur*, infra tot dies N. N. doceat de allegata consanguinitate.

Die, &c. visis comparitione fol... informatione capta a fol.... præsens causa compromittatur, servata forma R. Pragmaticæ.

Die, &c. pro exequutione decreti interpositi sub die, &c. per D. Causæ Commissarium, partes infra quatuor dies eligant arbitros.

Die, &c. cum effectu pro exequutione alterius decreti infra alios quatuor dies præcise & peremptorie partes eligant arbitros, alias providebitur, quod arbitri eligantur per S. C.

Die, &c. visis comparitionibus fol... procedatur in S. C. petito compromisso non obstante.

Die, &c. visis laudo fol... & comparitione fol... laudum promulgatum a magnificis N. N. & N. N. arbitris debitæ exequutioni demandetur, præstita cautione de restituendo &c., & respectu prætensorum infra quatuor dies audiantur partes.

Die, &c. visis laudo fol.... nullitatibus fol.... alia comparitione fol... decreto S C. provisum est, nullitates obstare, & proinde infra quatuor dies audiantur partes super omnibus hinc inde prætensis, citra præjudicium probatorum, de quibus habeatur ratio, quæ de jure habenda erit, *vel dicitur*, de probationibus factis: verum N. N. faciat depositum ducatorum.... salva provisione facienda super liberatione depositi in qualibet parte judicii, *vel dicitur*: facto prius deposito ducatorum biscentum e. g. salva provisione, &c. circa depositi liberationem. Hoc suum.

Die, &c. visis laudo fol... comparitionibus fol... exequatur laudum pro summa ducatorum &c.

1 Compromissum, quod a verbo compromitto descendit, est simultanea, seu mutua partium promissio, qua certo cuidam, & nominato viro uni, aut pluribus controversia decidendi gratia remittitur, *l. litigatores* 11. §. 1. & §§. *seq. l. item si unus* 17. §. *si in duos*, *l. diem* 27. §. *ult. D. de recep. qui arbitr. recep. cap. innotuit* 12. §. *ideoque de arbitr.* & est duplex, aut
2 voluntarium, seu conventionale, quod partium voluntate fit, aut necessarium, quod aliqua municipali lege statuitur, quemadmodum in hoc Regno ex *Pragmatic.* quæ incipit, *Odia, quæ inter conjunctos*, qua
3 sancitum est, ut causæ civiles, vel mixtæ inter conjunctos usque ad quartum gradum consanguinitatis inclusive, vel affinitatis, computandum de jure civili, quandocumque ante dationem termini ad probandum ad petitionem cujuslibet ex conjunctis compromittantur, & arbitri procedant de jure, & de facto; sententiam tamen proferant de jure tantum, nisi aliter inter partes concordatum fuerit, utque etiam de facto judicent, ac prævio juramento ad decisionem controversiæ perveniant, veritatem, & Deum præ oculis habentes, infra duos menses, si fuerint concordes; si autem discordes, ultima die, vel prius, tertium non suspectum eligant vocatis partibus, quæ in promptu suspectos nominare debeant, & in casu contrario arbiter electus per partem, quæ nominaverit, in contumaciam alterius partis, dictum tertium eligat, qui intra unum mensem una cum dictis arbitris, vel altero ex eis per laudum causam expediat. Id tamen intellige, ut minime locum habeant compromissa, ubi ageretur

retur instrumentis, sententiis, & obligetionibus liqui-
dis, neque in causis feudalibus. Rursum in *pragm.* 2.
hæc habes: *& si aliqua partium se gravatam senserit*
a sententiis, vel laudis prædictis, adeat Judicem loci,
ubi tale laudum latum fuit, qui, auditis primis arbitris
infra mensem, de dicta gravaminis causa sine figura ju-
dicii, visa facti veritate, & ex eisdem actis, si dolus
ex proposito, vel reipsa arguatur; si autem alia læsio al-
legatur, per alias instructiones justificare possit infra ter-
minum a dicto Judice statuendum, dummodo infra di-
ctum mensem, & ad plus alium mensem *arbitrorum sen-*
tentiam approbet, improbet, seu modificet, & quod per
eum fuerit judicatum, exequutioni mandetur, nec audia-
tur se gravans, nisi facta reali exequutione, cum fide-
jussione de restituenda in casu retractationis, postquam
exequutionem S. nostrum C., vel deputandus ab eo, vel
M. C. V. de prætensa gravamine cognoscat.

Pro enucleatione utriusque Pragmaticæ, ac decretorum
ornatu, notandum est primo, quod prime innititur ra-
4 tioni, ne odium inter litigantes, quod ex laborum,
& expensarum causa provenit, majus inter conjun-
ctos incrementum capessat; ideo enim compromissa
sunt invente, ut moræ litium resolventur, & contro-
versiæ sine publico strepitu sedentur, ut ait Gonzalez
in *lib.* 1. *Decretal. tit.* 43. *de arbitris c.* 1. *num.* 13.
quotquot autem litigent, justitiam habere præsumunt;
hinc Titius actor dicit, Cajus uti mihi conjunctus
in solvando, vel dando e. g. me defatigare non de-
bet, & contra Cajus conventus dicit, Titius est mihi
conjunctus, & mecum inciviliter agit; hinc Tacit. *lib.*
1. *annal.* de privatis dissidiis inter Segestam, & Ar-
5 minium socerum, & generum apposite inquit, *quæque*
apud concordes vincula charitatis, incitamenta irarum
apud infensos erant.

Secundo noto in verbo *affinitatis*, quod juxte doctrinam
6 Alexendri in *l. sed hoc ita D. de re judic.* & glos. in
d. l. v. succurrendum, si mortuo viro lis orta sit in-
ter uxorem, & viri præmortui fratrem, & in fortio-
ri casu, nempe inter socerum, & generum, compro-
7 missum locum non habet, quia glos. ibi dicit, quod
constante matrimonio durat affinitas, soluto vero matri-
monio vinculum affinitatis jam est solutum: sed juxte
doctrinam Baldi in *l. fin. D. de verbor. sign.* locum
sibi vindicat; nam licet proprie, & vere soluto ma-
trimonio amplius non dicatur socer, & gener, cum
filia mortua sit; tamen verbum *Affinitae* latem in-
terpretationem asciscit, ut causa compromittatur,
8 cum compromissum favorabile sit, Borrel. *in summa*
decis. tit. 63. *de compromissis num.* 38. nec elterius
injuriam contineat; & hanc sententiam in utroque
casu amplector, per text. in *cap. non debet de consan-*
guinitate, & affinitate ubi habetur, quod affinitae
triplex est, & consideratur in primo, secundo, &
9 tertio genere, & cujusque generis exemple tradit ibi
Glos. ita dicendo: „ Ergo si vis habere primum ge-
„ nus affinitatis, adde per carnis copulam alicui de
„ tua consanguinitate aliquam personam, & ille per-
„ sona est affinis omnibus consaguineis viri sui in
„ primo genere affinitatis; unde mortuo viro illius
„ mulieris, puta fratre tuo, illa non potest habere
„ aliquem de consangninitate viri sui; ergo patet,
„ quod omnes consanguinei, & consanguineæ uxoris
„ meæ sunt mihi effines in primo genere affinitatis.
„ Si vis habere secundum genus affinitatis, edde per-
„ sonam per carnis copulam primo generi hoc modo:
„ Uxor fratris mei est mihi in primo genere affini-
„ tatis: mortuo fratre meo, adde illi alium virum,
„ & illa erit mihi affinis in secundo genore affinita-
„ tis, & secundum antique jura, mortua illa, non po-
„ terat accipere aliquam de consangninitate prioris
„ mariti usque ed quartum gradum. Si vis habere ter-
„ tium genus, adde personam personæ per carnis co-
„ pulam secundo generi, & sic habes tertium genus,
„ vz. Sejus fuit maritus relictæ fratris tui, mortua ille
„ relicta, maritus ejus, qui est tibi in secundo gene-
„ re, accipit aliam, illa ast tibi in tertio genere, &
„ illa olim mortuo viro non poterat copulari alicui
„ de consanguinitate tua „. Non gravabitur tamen
lector hac de re consulere Sigismundum Scacciam *de*
judic. lib. 2. *c.* 2. *quæst.* 7. *n.* 623. subsequitur in d. glos.
10 illa dictio *olim*, quia hodie in secundo, & tertio af-
finitatis genere dicta prohibitio, quæ erat in matri-
monio contrahendo, per Papam Innocentium III. fuit
sublata, ut in *dicto c. non debet.*

Tertio in versic. *ante dationem termini*, quo causa con-
11 testata dicitur, noto, quod compromissum peti debet
ante d. termini dationem, cum petitio isthæc fori de-
clinatoria sit, vel incontinenti post terminum; nam
quæ incontinenti fiunt, in actu inesse censentur, te-
statur Consil. Capyc. *dec.* 48. Ursill. *ad Afflict. dec.* 183.
D. Regens Capyc. Latro *decis.* 121. *num.* 31. & incon-
12 tinenti dicitur, si ad alios actus ultre terminum non
sit deventum, idem Capyc. *ibid. num.* 4. Novarius *su-*
per Pragm. 1. *de arbitris collect.* 2. *n.* 26. idque pluries me
referente decisum fuit. Quoniam vero hujusmodi com-
13 promissum est legale, e procuratore peti potest, modo
speciale mandatum habeat, Camil. Borrell. in *summa*
decis. tit. 63. *de compromis. n.* 27. qui & alios recen-
set: enim vero propter juramentum, & pœnam, alias-
ve, quæ in compromisso apponi solent, quæque ex
partium erbitrio dependent, tale mandatum speciale
requiritur; non enim procurator generalis potest com-
promittere de causa P. Baptista Fragos. *de regim. Christ.*
Reip. part. 2. *lib.* 3. *disp.* 14. *de arbitris, & arbitrator. n.*
48. *&* 49. Topat. *var. jur. sent. lib.* 1. *tit. de arbitr., &*
arbitrator. vers. Procurator generalis.

Quarto in verbo *etiam de facto* noto, huic clausulæ vim
14 inesse, ut arbitri juris solemnitates, quoad ordinem
attinet, observare non teneantur, ex Alex. in *l. scien-*
dum num. 25. *D. de verb. oblig.* Bald. in *l. fin.* 3. *D. de*
evict. & convalidare valeant contractum a muliere
vel a minore celebratum sine solemnitatibus a jure re-
quisitis, & sententiam arbitralem ferre sola facti ve-
ritate inspecta, & naturali obligatione, quæ ex par-
tium consensu oritur, rejectis epicibus, & subtilitati-
bus juris civilis, Angel. *cons.* 353. Signorol. *consil.* 238.
Bartol. in *extravag. ad reprimendum, verbo videbitur*
in fin. etiam ex causa in libello non deducta, Jo: An-
dreas in *addit. ad Speculat. tit. de sentent. prolat. §. qua-*
liter versic. quid si lis, Marian. Soccin. *cons.* 160. *in fin.*
nulla præscriptionis habita ratione, Ricc. *col.* 699. *vers.*
Sexto quia, attenta solum veritate ab jure naturali,
ac gentium profluente, ex Baldo *cons.* 296. *lib.* 1. *num.*
3. & judicare secundum conscientiam; præfata enim
clausula idem operatur ac manus regia, Marc. Anto-
nius Bellonus *decis. Rotæ Genuæ* 21. *num.* 9. D. Cerdinal.
Tusco *verbo Arbiter, & Arbitrator concl.* 458. & in
ver. compromissum conclus. 511. qui præcitatos Aucto-
res adducit.

Hinc licet testes ad revelationem excommunicationis re-
15 cepti, in praxi plenè non probent, nisi cum juramen-
to repetiti, & denuo interrogati, ut experiamur, quo
vultu, quave constantia, ac trepidatione loquantur,
juxta tex. in *l.* 3. *§. idem Divus D. de testib. l. de*
minore 10. *D. de quæst.* Andreol. *controv.* 270. vi ta-
men hujus potestatis, nempe dictæ clausulæ, arbitri
16 valent laudum proferre ex depositionibus dictorum te-
stium, quamquam repetiti non sint, attento eorum
numero, & qualitate. Huic sententiæ adstipulatur do-
ctrina Thori in *compend. decis. par.* 3. *sect.* 3. *in v. testis*
in addit. & aliorum: & quidem in Consistorio Prin-
17 cipis ubi proceditur sola facti veritate, præfati testes
etiam non repetiti probant, cum veritas aliunde me-
lius erui non possit, quam ex iis, qui conscientiæ
sollicitudine ducti, quod non ignorant, fatentur; qui-
nimo si compilato processu factum quodpiam judicia-
liter in encipiti versatur, vigore prædictæ clausulæ,
tales erbitri facti veritatem extrajudicieliter investiga-
18 re possunt: quemadmodum ubi sola facti veritate in-
specta judicatur, ut in Consistorio Principis paulo
ante innuimus, Judex etiam ex aliis, quam in pro-
19 cessu deductis, & ex sola conscientia judicat, ut te-
statur Bart. post Cynum in *l. unica C. ut quæ desunt*
advocatis, Neviz. in *Sylva Nuptiali lib.* 5. *num.* 121.
circa medium, Corrad. *de officio prætor. caus. civil. num.*
18. Palin. *in cap. pastoralis §. quia vero de officio De-*
leg. num. 22. August. Barbos. *de claus. usufrequent. clau-*
sul. 173. Reg. Lanar. *cons.* 79. *num.* 11. Reg. de Ponte
consil. 83. *num.* 3. *vol.* 2. Præses de Franch. *decis.* 220.
num. 5. Regens Capyc. Latro *consul.* 6. *num.* 78. *& seq.*
aliique edducti per D. Anton. Roman. *de Præstantia*
S. R. C. præst. 18.

Atqui redeundo ad antedictam clausulam *de jure, & de*
20 *facto*, explorati juris est, debere laudum pronunciari
servata forma juris; elioqui partes acquiescere senten-
tiæ non coguntur Bartol. in *l. diem, proferre §. stari,*
D. de arb. Jo: Baptista *in repet. l. omnes populi col.* [illegible] *D.*
de J. & J. Corn. *cons.* 177. *vol.* 2. *col.* 6. *lit.* Z. Decius
in

in *cap. examinata de confirm. util. vel inutil.* quam sen-
tentiam veram esse, nec ab ea recedendum in judi-
cando, & consulendo, monet Fragos. *de regim. Christ.
Reip. par. 1. lib. 5. disp. 14. de arbitr. & arbitrat. num. 10.*
Praeterea qui hujusmodi clausulam *de jure, & de facto*
enucleavit, est Jason super *tit. de action. §. in bona
fides num. 47. & seqq.*

Ceterum ubi causa fuerit compromissa secundum liberam
21 arbitrorum voluntatem, improbandam opinor doctri-
nam Roviti in *dict. Pragm. 2. n. 6.* & aliorum dicen-
tium, hac data facultate, reductionem ad arbitrium
boni viri peti non posse, etenim partes eos eligunt
arbitros, quibus maxime confidunt, & firmiter credunt,
circa eorum interesse quidquam in eorum praejudicium
non esse facturos, neque alienum a rationis dictam-
ne; secus de praedicta confidentia defraudata spe cade-
22 rent: siquidem verbum omne, quantumcumque libe-
ram voluntatem inducat, arbitrium boni, & cordati
viri praesefere videtur ex doctrina Tepati *var. jur. sen-
tent. lib. 1. de arbitr. boni viri, &c.* maxime si agatur de
damno vitando, Afflict. *dec. 91. n. 5.* doctrina vero in
contrarium habere locum posset, quando in modico
emergeret praejudicium, ex eodem R. P. Fragos. *loc.
cit. num. 19.* de effectibus autem hujus clausulae *ad li-
beram voluntatem*, consule eundem Jason. *ibidem num.
23. & seq.*

Quinto in *verf. jurare debeant*, noto, quod si juste, &
23 aequè arbitri laudum proferant, non praestito juramen-
to, illud non erit nullum, Borrell. *in comment. ad d.
Pragm. Odia &c. tit. de arbitris §. 3. glos. 2. sub num.*
4. nam in statutis finis, & ratio inspicienda est, non
24 quidem verba, *l. quoniam 15. C. de testam. l. contra,
& l. scire leges D. de legib. l. non aliter D. de legat. 3.
l. nominis §. verbum ex legib. D. de V. S.* Bald. Perusin.
de Statut. v. ratio num. 2. vis enim inductiva juramen-
ti fuit, ut cum aequitate judicetur. Tunc autem sta-
tuti pars aliqua pro forma substantiali inducta cense-
25 tur, quum illa praetergressa, minimeque servata, prae-
judicium rebus, ac damnum emergit.

Sexto *intra duas menses*, si a partibus prorogandi facul-
26 tas arbitris tributa non sit: quod si potestas proro-
gandi simpliciter concedatur, unica tantum vice con-
cessa censetur, & non ultra, ex tex. in *l. boves, §.
hoc sermone D. de verbor. signif.* idque firmat D. Altim.
in observat. ad D. Rovitum conf. 35. num. 9. tom. 2. quae
prorogatio majorem, quam prioris temporis dilatio-
nem continere non debet, Rovitus super *d. Pragm.
num. 49.* si vero cum clausula *toties, quoties*, etiam
27 ultra duas vices, & usque dum causa terminetur pro-
bat idem Rovitus *dict. cons. a num. 9.* ubi decisum re-
fert, ibique Altimare *num. 11.* Doctores recenset; &
quamquam *num. 10.* in contrarium quamplures alios
congerat, non est recedendum a prima sententia, quod
etiam ultra duas vices prorogari possit, ut odia, &
litium dispendia declinentur.

Septimo in eo, quod dicitur, *quod si dolus ex proposito,
28 vel re ipsa arguatur, ex iisdem actis; si autem alia
laesio allegetur, per alias instructiones justificari possit*,
animadverte, quod ita etiam de jure communi tenue-
runt Lanfranc. de Oriano in *tract. de Arbitris divis. 7.
num. 40.* ibi: *si vero non apparet in causa reductionis
detegi dolum arbitratoris, sed solum laesionem enormem,
qua apparet re ipsa, tunc poterunt fieri no[...] probatio-
29 nes in causa appellationis, per text. in l. per hanc C.
de temp. appellationum*, Bart. in *l. societatem 17. §. ar-
bitrorum num. 26. D. pro socio*, ibi: *si vero non est ne-
cesse, quod dolus arbitratoris detegatur, tunc potest aequi-
tas, vel iniquitas detegi ex novis probation[...]
tex. in l. unde si Nerva D. pro Socio*, Ma[...] *pro-
bat. tom. 3. subscl. 1265.* qui *num. 13.* sic ait [...] *ad nunc
sciendum est, si de dolo arbitratoris quaerat[...] laesionem
non novis probationibus, sed factis coram [...] probari
oportet; secus autem si non de dolo, sed [...] iniquitate
laudi quaeritetur, quia tunc novae probation[...] admitte-
rentur*, Scaccia *de judiciis lib. 2. cap. 2. num. 472.* in
haec verba: *igitur hoc idem est dicendum in reductione
ad arbitrium boni viri, quod non dolo aliter [...] enor-
missima laesione debeant judicialiter, recipi, & admitti
probationes, & in difficultat. 9. num. 491.* inquit: *Dif-
ficultas est, an laesio adversus arbitramentum [...] pro-
bari solum ex veteribus, vel etiam novis. Resp. distin-
guendo; aut vedarguitur laesio propter dolum arbitratoris,
& tunc debet probari ex iisdem actis, aut arguitur lae-
sio citra dolum arbitratoris, sed ex alia, & tunc potest
probari etiam ex novis*; itaque in praxi servari non am-
bigimus. Ceterum de praetito dolo seipsa, & ex pro-
posito, aut de laesione contractuum, quaedam veluti per
transennam attigimus in *cap. 12.* eoliege hujus decreto-
rum praxeos *num. 78. & 79.*

Octavo in eo, quod dicitur, ut compromissum locum
30 non habeat, ubi essent sententiae, instrumenta, & obli-
gationes liquidae, in verbo *sententia*, modo in rem
judicatam transierint, *instrumenta*, intellige, si ea sint
liquida; scilicet non pactionata, & ut aliqua proba-
tione extrinseca non indigeant, neque ulla exceptio è
contrario opponi possit; quod rectè colligitur ex eo,
quod statuitur, ut obligationes penes acta fiat liqui-
dae, notat Preccia *de praesent. p. 7. num. 6.* & Muita-
tell. *in praxi glo. gradum num. 45.* Jo. de Arnono in
Comment. 128. & cautela 17. latè Borrell. *in summ.
dec. tit. 63. de compromissis a num. 131.* usque ad 146.

Nono in *caussis feudalibus*, scilicet sine assensu; vide cit.
31 Borrell. *ibidem num. 209. & seqq.* adverte tamen,
quod si quis paragium bonorum feudalium, ac burgen-
saticorum simul petat, eo in casu compromissum lo-
cum non habet; & juremento ne caussae continentia
dividatur, contra tex. in *l. 1. & 2. D. de quibus re-
bus ad eundem Judicem eatur, l. nulli C. de judiciis.*
Praeterea dissonum erit, rem apud diversos Judices
agitari, ne diversae oriantur sententiae, & ita judica-
tum, testibus Consiliario Pisanello in *alleg.* impressa
per Dom. de Marin. *tom. 3. fol. 991.* & Consiliar. Jo-
sepho de Rosa *consultat. 38.* Ceterum quod dictum est
in caussis feudalibus, procedit quoque in petitione vitae
32 militiae, Afflictus *decis. 43. & 338.* Anna Pater in
Consilt. incip. *Constitutionem Divus Mem. num. 284.* &
Anna Filius *consil. 75.* D. Capyc. Latro *decis. 33.* &
33 Consiliar. Joseph de Rosa eadem *consult. 38.* Aliae
vero caussae, in quibus compromissa locum non obti-
nent, reperiuntur in Scacc. *de judic. lib. 2. cap. 2. qu.*
4. Bocer. *clas. 6. disp. 38. th. 19. & 20.* Gonzalez in
*lib. 1. Decretal. cap. 9. tit. 41. de in integr. restit. in no-
tis num. 3.*

At quoniam tum de compromisso voluntario, tum ne-
34 cessario quamplures tractaverunt, scilicet Marcus An-
tonius Blancus Patavinus, Jacobus de Butrigariis,
Lanfrancus de Oriano, Joannes Baptista a Sancto Bla-
sio, Petrus Jacobus a Monte Pessulano, Jo: Baptista
Perusinus, Nicolaus Christophorus Linckerus, Joachi-
mus Wichman in *disp. inaugur.* D. Card. Tuschus &
Bertachinus, novissime Sabellius in eorum *dictionariis*,
D. Regens Rovitus, & Camillus Borrellus in enun-
ciata *Pragm.* ideo Lectorem ad eos remitto.

Duo tamen praetermittere non est visum; unum, quod
35 licet regulariter de jure communi litigantes ad com-
promittendum cogi nequeant, in quamplurimis tamen
casibus regula limitatur, nimirum si lis esset inter Ma-
gnates, ac subinde de scandalo timeretur, unde quies
publica posset interturbari, docet Consiliar. de Afflicto
decis. 149. num. 5. & 6. D. de Ponte *de potest. Prorog.
tit. 1.* Verall. *dec. 166. par. 1.* Scaccia *de judic. lib. 2.
36 cap. 2. num. 18.* Rursum quando in causa probationes
sunt ambiguae, implexae, & intricatae, ac propterea
lis diu multumque durasset, per text. in *can. placuit
90. distin.* praefati Afflictus, ac de Ponte. *loc. cit.*

Item quando causa esset nimis dubia in jure, & in fa-
37 cto, idem Afflict. *n. 7.* & Consiliar. Gramm. *dec. 9.*
quanquam vero in aliis casibus Judex partes cogere
nequit ad compromissa, concordia tamen ab ipso, uti
38 probo viro, suaderi potest, non imperari, Felin. in
rubric. de tregua, & pace, num. 1. & 2. Molina de
Hispan. Primogenit. lib. 4. cap. 9. num. 29.

Alterum, quod compromissa ad instar judiciorum sunt
39 redacta, *l. rem non novam 14. C. de judic. l. 1. D. de
recept.*, nam coram arbitris offertur libellus, imparti-
tur terminus, testes recipiuntur, ab ordinario tamen
citandi sunt, Borrell. in *comment. ad d. Pragm. Odia
§. 3. glos. 2. n. 5. & §. 4. gl. 4. n. 5.* atque alii conficiun-
tur actus pro compilando judicio, ac laudo proferen-
do, Bocer. *clas. 6. disp. 37. de Arbitris th. 52.*

Nunc ad decretorum explicationem devenio: primum
40 itaque decretum interponitur, quando ab una parte
compromissum petitur ratione affinitatis, vel consan-
guinitatis, ab altera vero gradus impugnatur; ideoque
dicitur: *capiatur summaria informatio*, vel *N. N. do-
ceat de allegata consanguinitate*, cum in ea potissimum
fundetur Pragmaticae dispositio, & partis intentio.
Secundum, constito de dicta consanguinitate, Tertium,

si partes differant eligere Arbitros. Quartum, quo dicitur : *pro exequutione decreti infra quatuor dies &c. alias providebitur, quod arbitri eligantur per S. C.* tenititur *l. 2. Cod. de sentent. & interlocat. omn. judic. l. cum antea 5. in princ. C. de recept. arbitr. l. fin. §. electione C. de judiciis*, ac doctrinæ Marantæ *disp. 14. act. 2. num. 13.* & Jo: de Arnono *Comment.* 162. & D. Rovit. *in d. Pragm. num. 32.*

Decretum, quo dicitur : *visis laudo, & comparitionibus exequatur laudum pro summa ducatorum . . .* fundatur primum in jure communi, per text. in *l. cum proponas 6. C. de rebus credit.* tum in allegata Regia *Pragm.* ibi : *approbet, improbet, vel modificet*, illud scilicet in dicto verbo *modificet* ; aliud vero decretum, *suspenso laudo infra quatuor dies audiantur partes* in verbo *improbet* : ergo laudum si fuerit iniquum, ad arbitrium boni viri reducitur, *l. societatem 76. in princ. l. in proposita 78. & leg. seq. D. pro socio* Donell. *ad l. si quis arbitratu 43. num. 16. D. de V. O.* vide D. Cardinalem Tuschum in *v. arbitramentum conclus.* 457. & infra quantum tempus reductio peti debeat, *lit. R. v. reductio conclus.* 68. & quænam læsio in laudo requiratur, latè in *d. v. conclus. 70. & 74.* Tepat. *var. jur. sent.*
41 *tit. de Arbitr. & Arbitrator.* Bonus autem vir, ad quem reductio petitur, est Judex ordinarius, non Arbitratorum, sed pertia Bocer. *clas. 6. disp. 37. de Arbitr. th.* 95. Fragos. *de regimin. Christ. Reipublic. lib. 5. disputat. 14. de Arbitr.* & *Arbitrator. n.* 21.

Quintum decretum, quo dicitur ; *procedatur in S. C. petito compromisso non obstante*, pronunciatur, vel quando petitum est compromissum non intra legitima tempora ; vel eo casu, quo compromissum locum habere non potest.

Sextum, quo dicitur : *exequatur laudum, præstita cautione &c.* tum interponitur, quum a laudo proposita est
42 appellatio, quæ laudi exequutionem non impedit, inspecto jure municipali memoratæ *Pragm.* secus de jure communi, cujus vigore appellatio laudi executionem suspendit, cum reductio ad arbitrium boni viri
43 sit species appellationis, Novar. in *collect. super Pragm. 2. de Arbitr. num.* 13. & præstatur cautio, servata forma Regiæ *Pragmat.*

Septimum, hoc est, *nullitates obstare, & visa supplicatione sol. . . . infra quatuor dies &c.* profertur, quando adversus laudum propositæ sunt nullitates, & grada-
44 tim, ac successive appellatio ; cujusmodi remedium nullitatum laudi quidem impedit executionem, non sic appellatio, ut paulo ante diximus ; aut petitum fuerit, laudum reduci ad arbitrium boni viri dicitur ibi : *verum de probationibus factis habeatur ratio, quæ*
45 *de jure habenda erit* ; nam appellatio non extinguit probationes primi judicii, imo ex eisdem actio conflatur, Muscatell. *par. 3. in glos. Instantia num.* 58. atque etiam ex aliis novis, juxta text. in *l. generaliter 12. §. sin autem e.* ubi Dionys. Gothofred. *lit. T. C. de reb. credit. l. eos 6. §. si quid autem 1. C. de appell. leg. in offerendis 37. in fin. C. eod. l. per hanc 4. C. de tempor. & repar. appellat. cap. fraternitatis de testib. & attestationib.* clausula vero illa, *habeatur ratio &c.* respicit solum qualitatem probationum, nimirum si testes idonei sint, si legitime recepti, aut scripturæ sint validæ. Dicitur tandem in decreto, *facto prius deposito ducatorum . . .* quando compromissor plura petiit, & respectu alicujus rei videtur habere bonum jus ; ideoque subjungitur, *salva provisione facienda in qualibet parte judicii circa liberationem* ; si enim in termino aliquid contra eum producatur, ei fit liberatio, prout me referente in causa Rev. D. Octavii, & Jo: Caroli Antonaccio cum fratribus de Saluciis Roccæ Galatii fuit provisum ; etenim cum petiissent prædicti de Antonaccio in compromisso inter eos intro a dictis fratribus ducatos biscentum solutos pro dotibus sororis de Salucus, & eorum uterinæ, ejusque alimenta præter alia ; obtento laudo pro summa ducatorum octingentum, adversus illud fratres de Saluciis proposuerunt nullitates, et supradictum postremum decretum fuit interpositum, injuncto deposito ducatorum biscentum ; quoniam pro tali summa iidem de Antonaccio fundaverant eorum intentionem, sub die 13. Februarii 1705. penes Honuphrium pro Figliole.

VINCENTII ALOI

IN CAPITIS IV.

ANIMADVERSIO

SUMMARIA.

I. COmpromissum *Paullo* ajente in *L. 1. D. de Receptis, & qui arbitrium receperunt*, ad formam judiciorum redigitur, & ad finiendas lites pertinet. Verum non ita est intelligendum, quod liceat ambagibus ac formalitatibus judiciorum compromissum implicare, nam everteretur ejus natura, & finis institutionis. Ipse enim *Paullus loc. cit.* subdit, *& ad lites finiendas pertinet* ; quod obtinere minime poterit, si absque rigorosa, & formali figura judicii Arbitris non liceret cognoscere, & sententiam ferre. Binæ, quæ in Jure Municipali habentur Pragmaticæ in *Tit. de Arbitris*, tales statuerunt regulas in judicio compromissi servandas, quales perfecte ducunt ad dilationes evitandas, & quantum fieri possit, odia inter conjunctos tollenda. Ideo compromissum audit exceptio temporanea Judicii incompetentiæ. Cur id? Quia Judex est incompetens, quando interest familias in æternas lites non implicare, unde odia, jurgia, discordiæ maximæ. Attamen licet quibusdam placeat in arbitrio Magistratum gerere ; ceteris vero egregie cordatis viris amicum præstare, & æquitatis ac prudentiæ dictamine litem componere. Sane non alio causæ compromittitur fine ; & optime compromissum definiri potest, vera, sed imperfecta inter Collitigantes transactio de judicio non accipiendo, sed ex bono & æquo finiendo negotio viri prudentia arbitratu. Ut autem methodice constet genuinum Pragmaticarum sensum, ea quæ ad compromissi naturam, & proprietatem pertinent enucleare oportet, prætermissa ab *illustri Auctore* supplendo.

II. Ex *Pragm. 1. de Arbitris* habetur, quod causæ civiles & mixtæ inter conjunctos usque ad quartum gradum consanguinitatis, vel affinitatis, inclusive computandum secundum jus civile, debeant compromitti inter duos conjunctos vel amicos de jure & facto. Nullum dubium inter Pragmaticos emersit de consanguinitate, cum verba Pragmaticæ nimia clara essent. De affinitate tamen duo dubia insurrexerunt. I. An compromissum locum habeat inter virum & uxorem? II. An etiam locum habeat affinitate cessante inter Novercam & Privignum, Socerum & Generum? Ratio primi dubii oriebatur, quod vir & uxor sunt affinitatis origo. At quia quod de affinibus judicatur, judicandum est de ipso principio affinitatis juxta sensum *l. Maritus Cod. de Procur. & l. Gallus ff. de liber. & posth. l. quod Servus ff. de condit. ob caus.*, amplectenda est communis opinio, quod causæ inter virum & uxorem subjaceant statuto dictæ Pragmaticæ. Pro dubio 2. acerrime fuit pugnatum. Alii enim tenuerunt inter has Personas compromissum locum non habere, quia cessante matrimonio dissolvitur affinitas ex *l. affinitatis Cod. comm. de success.*, *Gallup. par. 1. c. 3. n. 14.*, *Viv. dec. 181.*, *Muscatel. gloss. gradum*, *Rovit. ad hanc Pragm. n. 17.* Alii compromisso locum dederunt, quos sequutus est Author noster duabus rationibus potissimum motus, 1. quia Compromissum est favorabile ; & affinitas latam interpretationem habet, 2. quia ex *cap. debet de consang. & affin.* tria dantur genera affinitatis. In hoc opinionum dissidio, si mea dicenda est sententia, rationes a nostro Authore adductæ movere non possunt. Etsi enim compromissum dici velit favorabile, non tamen extendi debet ad personas in Pragmatica non comprehensas. Et cum Prag-

Pragmatica loquatur de Conjunctis juxta jus civile, & ex illo constet post mortem uxoris affinitatem cessare *l. sed hoc ita ff. de re judic.*, contra Pragmaticam ipsam ad jus Canonicum recurri non debet.

Alia similiter dubia insurrexerunt super personis in Pragmatica comprehensis, an compromittere possint, & ad illud cogi valeant, ut Pupilli, Minores, Tutores, Curatores, filiifamilias, mulieres, contumaces. Et etiam dubitatum de Auctore laudato contra conjunctos, de cessionario, de bastardo. Aliqua igitur ad majorem tyronum intelligentiam scribere non piget.

Pupilli & Minores, illorumque Tutores, & Curatores comprehenduntur in Pragmatica; ideoque compromittere possunt, imo ad compromittendum etiam coguntur *Gallup. par. 1. c. 3. n. 18.*, *Anna singular.* 105. Multi Forenses tamen requirunt decretum Judicis, quod interponi debet absque scrupulosa cognitione, dummodo Judex cognoscat evitari litis expensas. Alii non requirunt nec decretum, nec quamcumque aliam sollemnitatem cum compromissum sit necessarium, *Montan. de tutel. cap. 35.*, *Staiban. cent. 2. t. 2. observat. 167. n. 18.* Facillime hæ opiniones conciliantur distinguendo quando minor vel ejus Curator sit primus ad compromittendum; tunc enim decretum Judicis requiritur ut causa compromitti possit. Quando vero Minor, vel ejus Curator cogitur ad compromittendum per decretum Judicis, alia sollemnitas, aliudque decretum interponi necesse non erit.

Filiofamilias compromittenti multis Forensibus visum fuit obstare *Prag. 1. ad S. C. Macedon.*, quæ exigit consensum Patris ad contrahendum, ideoque negarunt Filiumfamilias compromittere posse, *Gallup. part. 1. cap. 3. n. 20.*, *Foller. ad Marant. act. 3. n. 10.*, aliique. Et mirum est videre, quod dum affirmant Pupillum etiam sine tutoria auctoritate compelli ad compromittendum, Filiumfamilias compromittere posse negant, cum ambo sint sub potestate Patris, & auctoritate tutoris, eademque ratio militare debeat. *Anna singul.* 1015. affirmat, & ita pluries decisum fuisse testatur ob rationem, quia statutum de compromittendo respicit publicum favorem. Magis arridet ratio a Staibano allata *resol.* 57., quod Filiusfamilias cogitur ad compromittendum per statutum, & si Pater se opponit, adstringitur ad præstandum consensum pro executione Pragmaticæ, quem si præstare nolit, pro præstito habetur; ideoque *Pragm. 1. ad S. C. Maced.* minime obstat.

Mulierem compromittere non posse concludit *Gallup. par. 1. c. 3. n.* 10. cum suis addentibus, quia obstat statutum, quod exigit consensum conjunctorum. Quale autem sit statutum illud, non citat. In Regno ubi vivimus jure Romano, & legibus patriis tale statutum non extat. Et si in aliquibus oppidis adhuc vivatur jure Longobardo, requiri tantum poterit consensus ejus Mundualdi ad illum actum, quem necessarium non esse demonstrarunt *Maranta act. 2. part. 6. n. 20.*, *Staiban. cent. 2. resol. 166. n. 11.* Igitur vigore *d. Pragm.* adstringitur Mulier ad compromittendum.

Contumacem ad compromittendum nec cogi posse tenuerunt *Gratian. cons. 145.*, *& Caravita Rit. 205.*, quia cum compromissum sit exceptio declinatoria fori, declinatoriæ illæ contumax renunciavit. At quia in terminis hujus Pragmaticæ parte invita compromisso renunciari non potest, cum sit beneficium inductum ad publicam utilitatem, ut lites citius, & absque odiis dirimantur, dicendum est contumacem posse, & cogi ad compromittendum, *Ursill. ad dec. 185. Afflict.*, *Muscatel. Gloss. Gradum*.

De his igitur personis regula ponenda est, quod cum Pragmatica prædicta indefinite loquatur, & minores, Filiifamilias, mulieres, contumaces in terminis ipsius Pragmaticæ sint comprehensi, possunt, & coguntur compromittere.

Quæstionem Authoris laudati consanguinei, vel affinis Actoris, qui judicium suscipit pro defensione rei conventi, an juxta Pragmaticam compromissum petere possit, posuit *Maranta par. 6. act. 1. in 2. ampliat.*, qui concludit negative ob *l. Venditor. ff. de judic.*, & *l. 1. Cod. ubi in rem actio*, quia hæc exceptio est declinatoria fori, & si compromisso locus daretur non solum declinaretur, sed devolveretur jurisdictio. Aliis videtur obstare *Pragm. dubitatio de dilat.*, ubi traditur forma sententiæ proferendæ in judicio in quo condemnatur laudatus Author. Sed quia arbitri non possunt cognoscere de personis in compromisso non nominatis, nec comprehensis, & juxta sententiam Bartoli, & Baldi in *l. apertissimi*, & *l. fin. Cod. de judic.* sint judices delegati, & jurisdictio delegata non sit prorogabilis ad personas non expressas, tenendum est Authorem laudatum exceptionem compromissi petere non posse, *Anchar. cons. 183.*, *Muscat. Glos. nominat.*, *Reverter. dec. 406.*

Eadem exceptio competens cedenti ob conjunctos non transit in cessionarium etiam ex causa onerosa, quia non comprehenditur in Pragmatica, quæ fundatur in odio conjunctorum, *Afflict. dec. 73. n. 3.*, *Borrell. de compromiss. §. 1. gloss. 3.*, *Ursill. ad Afflict. dec. 46.*

Filius naturalis compromissum petere non potest, quia consanguinei appellatione non venit. Etsi enim in aliquibus casibus, uti alio loco diximus, in deficientiam filiorum succedere possit, tamen quia Pragmatica requirit consanguinitatem non naturalem, sed civilem, & consanguinitas est ubi justæ nuptiæ intervenerunt, *l. cum legitimæ ff. de stat. homin.*, a Pragmatica excluditur, *de Merin. Resolut. cap. 322.* Alia igitur regula ponenda est, quod Author laudatus, cessionarius, & filius naturalis e Pragmatica excluduntur.

III. Ex dispositione ejusdem Pragmaticæ causæ civiles, & mixtæ compromitti debent. Excluduntur propterea causæ criminales, & sequi debet pro his jus commune in *l. non distinguemus §. Julianus ff. de arbitr.*, ibique notanda est Glossa in verbo *famoso* hanc rationem reddens, ne *quilibet solveret pœnam pecuniariam, & corporalem evitaret*. Quæ autem causæ civiles compromitti debeant, apparent ex mente Pragmaticæ. Dum enim inquit compromissum peti debere ante dationem termini includit tantum causas illas, quæ termino indigent. Quæ vero dicantur causæ mixtæ, *Maranta par. 6. tit. aliquando petitur n.* 14. distinxit dupliciter vel respectu pœnæ quando applicatur Fisco, & Parti, vel respectu modi procedendi, quando pro crimine agitur civiliter. Et secundum hanc distinctionem *Muscatellus gloss. gradum*, a multis sequutus, dixit causam mixtam primo modo consideratam accedere magis criminali, quia pœna de directo tota applicatur Fisco, & deinde a Fisco applicatur Parti, ideoque excludi debere e compromisso, & sic judicatum a S. C. testatur *Afflict. dec.* 84. Secundo modo, quando pro crimine agitur civiliter, tunc bene procedit compromissum. Hæc distinctio Muscatelli displicuit aliis Forensibus, qui indistincte affirmarunt causas mixtas dici illas, in quibus Fiscus, & Pars participant de pœna. Nec decisio 84. Afflicti obstat. Nam ibi agebatur de causa spolii criminaliter intentata, ubi pœna tota applicari debebat Fisco, & consequenter causa erat criminalis, & non mixta. Cum igitur Pragmatica indistincte jubeat causas mixtas compromitti debere, & ubi lex non distinguit nec nos distinguere debemus, sequenda est communis opinio, quod omnes causas mixtas Pragmatica includit.

IV. Ultimo loco *Pragmatica 1. de arbitr.* sic loquitur: *Hæc tamen locum non habeant, ubi essent instrumenta, sententiæ, & obligationes liquidæ, nec etiam in causis feudalibus, in quibus similis petitio compromissi non admittatur*: Excluduntur itaque a compromisso causæ in quibus sunt instrumenta, sententiæ obligationes liquidæ, & causæ feudales. De his tamen sigillatim sunt aliqua perpendenda.

Exceptio instrumentorum conformis est juri comuni *l. post rem ff. de transact.*, & *l. si causæ cognita Cod. eodem*. Et ratio est illa, quam posuit *Alexander cons. 119. n. 4.* 3. nam compromissum dicitur quædam transactio *l. si fuit ff. de infam.*, & *l. societatem ff. pro socio*, & transactio non fit super re clara, & liquida *l. 1.*, & *l. post rem ff. de transact.* Igitur in instrumentis liquidis non fit compromissum, tam vigore juris comunis, quam Pragmaticæ, quia super illis transigi non potest. Instrumenta tamen esse debent liquida, & paratam executionem habentia, alias etiam compromisso locum dabunt, ubi termino ordinario indigent. Hinc si etiam instrumento liquido agatur non contra principalem, sed contra tertium conventum, causa erit compromittenda, quia contra tertium conventum opus est probatione extrinseca, & termino ordinario *Gallup. part. 2. cap. 3. n. 33.*, *Thor. in compend. decis. tom. 2. verb. compromissum*. Et ex his etiam patet instrumenta liquida esse illa, quæ sunt & per se ipsa stant sine adminiculo alterius Scripturæ, vel probationis *l. fin. Cod. de fals. cau. ad leg.* Instrumenta vero illiquida esse illa quæ requirunt probationes extrinsecas, ut plura exempla

retulit

retulit *Bald.* in *l. 2. Cod. de sent.*. Et quia nomine instrumentorum etiam testamenta veniunt *l. si idem Cod. de Codic.* idem dicendum est de testamentis, quod in illis non datur locus compromisso. Si vero contra testamentum aliquid substantiale opponatur, ut declaretur invalidum, & nullum, certe locus erit compromisso, ut late *de Marin. lib. 1. resolut. 66.* Quod si non contra testamentum, sed vigore testamenti ad legatum consequendum agatur, trita est regola in foro, quod pro executione legatorum non datur compromissum, *Capyc. decis. 48.*, *Marin. resolut. 66.*

In liquidis sententiis Pragmatica negat compromissum, & se conformat juri comuni, scilicet quod de eo super quo lata est sententia, non potest fieri compromissum *l. eleganter ff. de condit. indebit.*. Dicendum est itaque quod quando sententia non esset liquida, remanet etiam in dispositione juris comunis, ut causa compromittatur, *l. comodissime ff. de liber. & posth.* Quod extenditur si Partes declaraverint sententiam esse nullam, vel evidenter constet de nullitate, vel sit incerta. Vide *Castr. ad l. si causa cognita Cod. de transact.*, ubi plures limitationes ponit, quas brevitatis causa prætermittimus.

Loquitur Pragmatica tantum de obligationibus liquidis, quæ non admittunt compromissum. Hinc ortum dubium, an Pragmatica extendetur etiam ad Apochas bancales, & literas cambii liquidas. Alii distinguunt apochas Banci recognitas, & literas cambii protestatas, & tam ex identitate rationis, quam ex vi comprehensionis concludunt excludi e compromisso; includi vero non recognitas, & non protestatas *Masull. ad Capyc. dec. 7.*, *Rov. ad d. Pragm.*, *Ricc. tom. 3. cap. XI. de pran. comprom. n. 19.* Alii e contra indistincte negant compromitti apochas bancales, etiam non recognitas, & literas cambii, etiam non protestatas, quando illiquiditas illorum non potest opponi, *Muscatell. gloss. Gradum*, *Altimar. rubr. 9. quæst. 16. & 17.* Et hæc opinio nobis arridet, quia quando per se faciunt fidem, remque ostendunt claram, & limpidam, non sunt compromittendæ. Militare enim debet eadem ratio Instrumentorum, quæ etsi sint liquida quoad se, tamen non exequuntur nisi facta liquidatione coram judice. Ideoque apocha Banci, & litera cambii, etsi non adhuc sit recognita, & protestata, quando per se facit fidem, non est compromittenda, quia par est quod sit liquida, vel brevi tempore liquidanda, *Troys. ad d. pragm. n. 76.*, *Capyc. dec. 48.* Si vero apocha Banci, vel litera cambii confecta fuisset a minore, vel aliæ causæ impediant executionem paratam, tunc est semper compromittenda, *Laganar. ad Rovit. in d. Pragm.*, *Petra Rit. 128.* Hinc etiam ipsa Instrumenta post transactoa triginta annos, & obligationes penes acta post decennium debent compromitti, quia amittunt etiam exequutivam, *Petr. ad Rit. 128. n. 2.* De apochis privatis etiam trino teste notatis similiter dubitatum fuit. *Riv. dec. 23. n. 6.* in illis negavit compromissum, quia æquiparantur publicis instrumentis. Hæc tamen ratio non suffragatur, quia apochæ privatæ quocumque modo recognitæ, non habent viam exequutivam, sed termino ordinario indigent; ideoque compromisso subjacent, *Muscatell. Gloss. Gradum*, *Staiban. resolut. 63. n. 3.*

Causæ denique feudales non sunt compromittendæ. Et ultra *Pragm.* prædictam adest etiam in Regno *Const. divæ memoriæ*, per quam causæ feudales non possunt compromitti absque assensu. Et ratio est, quia agitur de interesse Fisci propter dominium directum, nec potest fieri contra voluntatem Regia feudorum diminutio, aut commutatio de persona ad personam, *Frecc. de subfeud. lib. 2. n. 8. fol. 136.* Hinc sicuti compromitti ne quidem potest causa an debeatur vita militia, sic compromitti possunt omnes aliæ causæ dubiæ super facto possessorio, & super taxatione vitæ militiæ ubi de jure feudali non controvertitur. *Gallup. part. 1. c. 3. n. 35.*, *Capyc. Latr. dec. 33.*

Quæstiones permultas agitarunt Forenses de aliis causis in Pragmatice non comprehensis si vel non compromitti deberent, & in varias opiniones abierunt. Major pars illarum, ut tyrones non decipiantur, vel in dubio hæsitarent, ad paucas regulas a jure comuni depromtas redigi potest, & ex illis aliæ omnes causæ, quæ non individuantur, normam recipere debent. *Prima regula est*; Quod compromissum non habet locum in causis, in quibus prohibita est transactio. Hinc causæ tutelæ, causæ matrimoniales, & spirituales, & liberta ex emancipatione non possunt, *l. jus dandi ff. de tutor. & curat.*, *& cap. statuimus extr. de transact.*, *l. ult. C. ubi in caus. stat. agi debet.* Regula 2. Compromissum peti non potest super rebus prohibitis alienari. Hinc fieri non potest ab emphytheuticario super re emphytheutica, *Cald. de jur. emphyt. lib. 4. c. 9.*, super alimentis futuris *Surd. de alim. tit. 8. quæst. 58.* *Tertia regula*. Quando quæstio est mixta in jure, & in facto, est compromittenda, quia dicitur quæstio facti. Hinc si controvertitur si vel ne sit faciendum compromissum, hoc incidens, ut quæstio facti, est compromittendum, *Laganar. ad Rovit. Prag. 1. de arbitr. n. 4.* Hinc etiam si de solo articulo juris vertitur, utpote super re certa, compromissum non est admittendum, *Bald. in l. ancilla ff. de furt.*, *Motil. de grad. citat. n. 99.* Ideoque compromissum in causa appellationis denegatur, quia de jure Partium cœpit liquere *Alex. cons. 82. n. 4.* *Motill. eod. n. 30. & 77.*

V. Compromissum ex dispositione Pragmaticæ debet fieri in duos conjunctos, vel comunes amicos, sed non determinatur qualitas Personæ, coram qua fieri debeat. Hinc recurrendum est ad jus comune, ex quo habetur quod omnes possunt esse arbitri exceptis illis, qui ob incapacitatem, vel infirmitatem hoc officium exercere non possunt. Ideoque neque in pupillum, neque infuriosum, aut surdum, aut mutum compromittitur, *l. 9. §. 1. ff. de recept.*, neque in minorem *l. cum vigesimum ff. de muner., & honor.*. Mulieres quia ob sexum esse non possunt Judices, arbitri nominari non debent, *l. ult. cod. de recept.* Monachi, & Clerici regulares non possunt esse arbitri, scripserunt *Rovit. in rubr. de arbitr.*, *Gallup. par. 1. & 3. n. 25.* Ut possit esse religiosus arbiter constare debet de licentia Superioris plene & non ficte, seu per præsumtiones, *Staiban. resol. 37. nu. 41.* Quidquid autem ex Constitutionibus Imperatorum de arbitrio Episcoporum argui possit, & ex *cap. præsentium*, & *cap. Monachi* 2. *16. quæst. 1. in cap. Quintavallis de jurejur.*, quod officium arbitri sit pietatis; ex politia Regni constat, quod omnes personæ ecclesiasticæ non possunt esse advocati, Judices, & Arbitri, ut ex Diplomatibus, quæ in collectione afferentur. Denique Judex ordinarius non potest esse Arbiter *l. Judex §. si quis ff. de arbitr.* Et idem confirmatur in *Pragm. 1. §. 13. de commiss.*, & *Prag. 9. §. 3. de offic. jud.*, quod nullus officialis potest esse arbiter, nisi de licentia Regis, & tunc non recipit trigesimam, vel quidquid aliud, *Gallup. par. 1. c. 3. n. 26.* Verum in praxi testetur *Anna in singul. 114.*, quod quotidie præcedente licentia Proregis fuerunt electi Arbitri non solum Regii Consiliarii, imo totum Sacrum Regium Consilium. Arbitri vel duo conjuncti, vel comunes amici electi a partibus, vel ab illorum Procuratoribus cum speciali mandato, etiam inviti coguntur ad recipiendum compromissum, *Rovit. in d. Pragm. n. 28.*; nam cum compromissum sit introductum pro bono publico dicitur necessarium & favorabile, & ita decisum refert *Afflict. dec. 46.*, *Annæus Robert. rer. judicat. lib. 3. c. 8.* Verum si ex acceptatione damnum aliquod Arbitro electo inferretur, petere potest prius caveri de illius indemnitate *Gallup. par. 1. c. 3. n. 25.* Hodie tamen in Foro hæc coactio non auditur, quia ipsi Advocati partium pro Arbitris eliguntur.

VI. Remittit Pragmatica modum formandi compromissum in voluntate Partium, scilicet quod Arbitri electi procedant de jure & de facto in procedendo, & de jure tantum in sententiando; vel etiam utroque modo in procedendo, & sententiando. Potestas igitur Arbitrorum regulatur a voluntate compromittentium, quam nullo modo excedere possunt, aliter laudum erit nullum *l. non distinguemus ff. de recept.*, *Afflict. dec. 117.* Quod si de potestate nihil dictum sit in compromisso intelligitur servata forma Regiæ Pragmaticæ quod habeant potestatem procedendi de jure & facto, in sententiando tamen de jure tantum, *Duar. in reg. 56.* *Gallup. par. 1. c. 3. n. 4.* Et hi proprie dicuntur arbitri *l. qualem ff. de arbitr.*, quia qui judicant de jure & facto dicuntur Arbitratores juxta *l. societatem §. arbitrorum ff. pro soc.*, ampliorémque potestatem habent. Ad majorem tyronum intelligentiam hoc exemplum afferre non piget. Si compromissum fuerit factum de jure tantum in sententiando, & Arbitri sententiam tulerint contra jus litigatoris, non valebit laudum, nam arbitri excesserunt formam compromissi, *Bart. in l. diem §. stari ff. de arbitr.*, & in *l. societatem §. arbi-*

bitrorum ff. pro soc., *Arnon. in sing.* 83. Si vero factum fuerit quod in sententiando etiam de facto procedere possint, tunc laudum valebit, quamvis locus detur revisioni, *Muscatell. gloss. gradum n.* 23. Cæterum si in compromisso electi fuissent, ut Arbitri & Arbitratores, in illorum potestate erit, quomodo procedere velint, & cognoscitur a modo procedendi. Eligentes tamen unum modum non possunt postea variare, *Bald. cons.* 43. Et in dubio videntur procedere, & judicare uti Arbitratores, præcipue si in rubrica laudi nominentur arbitri, & arbitratores, *Mascard. de probat. Conc.* 316., *Viv. dec.* 445.

Similiter potestas Arbitrorum a Pragmatica limitata est intra tempus duorum mensium, quo elapso expirat; ita ut si feratur laudum per horam post diem compromissi, non valet, utpote factum ab illis, qui potestate carent, *Afflict. dec.*. 73. *n.* 8. Hinc solent Partes vel in termino prorogationem petere, vel compromissum facere, quod arbitri possent tempus prorogare juxta text. *l. Labeo ait ff. de arbitr.*, & sensum ipsius *Pragm. Afflict. dec.* 46.. Et quia Arbitri secundum Pragmaticam non ex voluntate Partium, sed ex necessitate legis eliguntur inter conjunctos usque ad quartum gradum civilem, ideo durante tempore compromissi æquiparantur Judicibus ordinariis, *Marant. in specul. dist.* 14. *num.* 3., & illorum vices gerunt. Sunt igitur Arbitri vigore Pragmaticæ electi veri Judices, & jurisdictionem habent, suspensa interim jurisdictione Judicis ordinarii *l.* 2. *ff. de jurisd. omn. jud. l. si arbiter ff. de probat.* Hinc possunt citare, & cogere testes: non tamen committere audientiam eorumdem, quæ commissio fieri debet per Judicem ordinarium loci, *Capyc. Latr. dec.* 33. *n.* 15., *Motill. de grad. citat. n.* 102. Et quamvis ex voluntate Partium amplissima illis data sit facultas judicandi de jure, & de facto; non possunt tamen citationem, monitionemque omittere; quia etsi videantur procedere sublatis solemnitatibus, ac modo procedendi ordinario, non est ideo omnino sublatus processus, aliter laudum esset nullum, *Anna alleg.* 99., *Muscatell. gloss. gradum n.* 26. Similiter quia promulgato laudo jurisdictio Arbitrorum cessat, laudum exequi non possunt, *Laganer. ad Rovit. n.* 49. *Prag.* 1. *de arbitr.*; nec ut testes possunt adhiberi, quia præsumitur per testimonium laudum ipsum defendere, *de Marin. lib.* 2. *resol.* 9. *n.* 7., *de Luc. ad Franch. dec.* 398. Et quia Laudum est individuum, non possunt aliquas differentias terminare, & aliquas non decidere, *de Franch. dec.* 153., & 354., nec in laudo reservare taxam, *Alex. cons.* 18. *n.* 1.

VII. A Laudo Arbitrorum prohibita est appellatio secundum jus comune, *l.* 1. *ff. de recept. Arbitr.*, sed datur tantum recursus ad arbitrium boni viri *l. diem proferre §. stare ff. eod.* Sed *Pragm.* 2. *de arbitr.* concedit Parti gravatæ appellationem non solum a laudo necessariorum, verum etiam voluntariorum Arbitrorum. Et cum tempus non statuat, servatur jus comune, quod proponi debeat intra decem dies a notificatione laudi. Nec appellans a laudo incurrit in pœnam in compromisso adpositam, *de Marin. lib.* 2. *resol.* 180. Hinc *Gallup. par.* 1. *c.* 3. *n.* 37. recte dixit non inveniri cantelam, qua appellationi renunciari possit; quia etiamsi Partes juraverint stare laudo, juramentum habet illam conditionem de non controveniendo si juste, & æque fuerit arbitratum, *l. fin. C. de non numer. pecun.*, *Alex. cons.* 131., *Borell. in summa dec. tit. de juram.* 90. *n.* 280., *Muscatell. gloss. gradum num.* 59. *ad* 62. Eadem *Pragm.* 2. statuit Judicem appellationis. Jussit enim appellationem fieri debere ad Judicem ordinarium loci, ubi latum est laudum. Inutiles quæstiones promoverunt Forenses ad quem Judicem sit appellandum si unus arbitrorum esset Clericus, alius laicus, & quid si compromittentes sint diversorum locorum. Super prima quæstione communis Forensium censuit ad Superiorem clerici esse appellandum, quos sequutus est *Riccius t.* 3. *c.* 14. *de appel. lat. & nullit. laud.*, merito a suo Addente reprehensus, quod ille aliique Forenses erratunt ex ignorantia juris publici in *addit. ad c.* 47. *t.* 3., & satis abundeque refelluntur ex iis quæ diximus in *animadversionibus ad cap.* 2. *de cleric. except.* Et similiter ex mente ipsius Pragmaticæ resolvitur alia quæstio, quod appellatio fieri debeat coram Judice, ubi reus esset conveniendus, non extante vel cessante compromisso, ex trita regula juris, quod Actor debet sequi forum rei, *de Marin. resolut.* 180. *n.* 6. Nec solum *Pragm.* 2. permittit appellationem a laudo, sed etiam a sententia Judicis confirmatis vel revocantis laudum dat appellationem ad M. C., vel ad *S. C.*, *Gallup. par.* 1. *c.* 3. *n.* 41. Cæterum prædicta *Pragm.* 2. jubet nullo modo per appellationem, impediri laudi exequutionem, quia appellans non auditur nisi facta prius reali exequutione laudi, præstita tamen per victorem cautione de *restituendo* in casu retractationis, *Capyc. dec.* 53. *Staiban. resol.* 167. *n.* 40.

Nullitates adversus Laudum impediunt ejusdem exequutionem, quia istud remedium non est exclusum a dicta *Pragm.*, *Menoch. de præsum. lib.* 2. *præsumt.* 48. *n.* 24., *Viv. dec.* 20., Nullitates tamen debent concernere justitiam, nam si circa ordinem versentur, de illis nulla habetur ratio stantibus clausulis amplissimis in compromisso apponi solitis; *Gallup. par.* 1. *c.* 3. *num.* 44., *Anna sing.* 199. Quid autem si in compromisso appositum sit pactum, quod Partes cum juramento renunciant nullitatibus? En Forensium nostrorum variæ opiniones. Nobis dicendum est quod non obstante quavis clausula juratæ renunciationis nullitatum, executio laudi impeditur, & sic in S. C. semper practicatum fuisse testatur *Theodor. allegat.* 77. *n.* 9., *Laganarus ad Revit. in Pragm.* 2. *de arbitr. lit. B.* Ratio est quia nulliter latum non dicitur laudum *l. cum. ff. ad pœnis*, nec Partes cogi possunt renunciare his quæ publico jure introducta fuerunt, vel confirmare sententiam nullam, *Dec. cons.* 475. *n.* 33., *Craverta cons.* 127. *n.* 16. Nec denique juramentum debet esse vinculum iniquitatis. Vide *Afflict. dec.* 60. Hodierna praxis servat quod cum appellatione cumulantur etiam nullitates, ut laudi nulliter lati impediatur executio.

VIII. Judex ex officio non potest cogere Partes ad compromittendum, nam *Pragm.* 1. *de arbitr.* aperte dicit ad petitionem cujuslibet ex prædictis conjunctis. Quomodo autem in terminis *d. Pragm.* Judex cogat Partes ad compromittendum? Juvat tyronibus exponere hodiernam praxim. Si una Pars reluctat compromissum, tunc postquam summarie constiterit per testes de conjunctione intra quartum gradum civilem, interponitur decretum: *Die &c. visis actis, comparitione præsentata pro parte N., Partibusque auditis provisum & decretum est, quod præsens causa compromittatur, & Partes intra quatuor dies eligant Arbitros, alias providebitur, quod eligantur per Dominum Causæ Commissarium.* Deinde elapso termino impartito si Pars reluctans nequiden curaverit nominare Arbitrum, ad petitionem alterius Partis interponitur aliud decretum, *quod servata forma alterius decreti cum effectu præcise & peremtorie pro executione citati decreti intra alios dies eligat Arbitrum, alias &c.* Et elapso dicto termino interponitur decretum *quod eligatur Arbiter, prout eligitur T. T. cum omnimoda potestate servata forma Regia Pragmaticæ.* An vero expitato termino compromissi iterum Partes cogi possint ad compromittendum? Si bis fuit factum compromissum, & expiravit, non cogi debent Partes tertio compromittere, testatur *Afflict. dec.* 46., *Anna singul.* 109., & *Rovit.* in *Pragm. c.* 9. Contrariam sententiam tenuerunt *Borellus* in *Pragm.* 1. §. 2. *n.* 23., *Gallupp. p.* 1. *c.* 3. *n.* 23., & *Reg. Latr. dec.* 182. *n.* 23., quia in terminis Pragmaticæ debet fieri compromissum toties quoties expirat, alias esset legis dispositio imperfecta. Distinxit *Reg. de Marin. lib.* 1. *resolut.* 65. *n.* 3., quod si compromissum semel expiravit ex defectu Arbitrorum, Partes cogi debent ad compromittendum; si vero semel expiravit ex dilationibus Rei, non debet Actor iterum cogi ad compromittendum. In hoc opinionum conflictu tenendum est, quod cum compromissum sit necessarium, semper Partes cogi possunt compromittere; imo etsi laudum declaratum fuit nullum a Judice, iterum compromitti debet, *Motill. de grad. citat. n.* 103. Hoc tamen intelligendum est dummodo absit fraus & dolus, quia ab omni dispositione legis excluditur id quod est factum in fraudem, *Afflict. dec.* 84. *n.* 2. Ideoque officium Judicis erit videre an ex qualitate causæ, aut ex malitia Actoris, vel Rei laudum non fuerit latum, & iterum iterumque secundum circumstantias cogere Partes ad compromittendum.

IX. Arbitris debentur sportulæ, seu Salarium, quia judicibus, quibus Salarium non est constitutum, debentur sportulæ, & Arbitri sunt Judices, §. *triplici instit. de action.* In Regno Salarium Officialium erat trigesima *Const. cum juxta.* Salarium vero Arbitrorum ex *Pragm.* 7. *de offic. judic.* erat nona, postea fuit trigesima ex

Pragm.

Pragm. 6. de trigesimis. At Pragm. 1. de arbitr. statuit Arbitris pro salario quintam partem trigesimæ : *habeantque Arbitri, & tertius, quando contigerit eum eligi, pro eorum salario quintam partem trigesimæ, quæ olim judicibus solvebatur, dividendam inter eos, qui concordes in sententiando fuerint.* Hæc quinta trigesimæ pars taxatur juxta æstimationem rerum petitarum, *Surd. cons. 76.*, & debetur tam a Parte victrice, quam a victa, *Ricc. dec. 393. n. 7.*

CAPUT V.

De Decretis exceptiones peremptorias respicientibus.

SUMMARIUM.

1 *Exceptionum triplex genus constituitur.*
2 *Exceptiones peremtoriæ actionem perimunt.*
3 *Exceptiones dilatoriæ quando, & in qua judicii parte sunt proponendæ, & num. 5.*
4 *Pragm. incip.* Comparente de ordine judiciorum *circa terminum proponendi, ac probandi exceptiones amplius non servatur.*
6 *Dilatio ad probandam juridicam exceptionem Judici est arbitraria.*
7 *Decretum*, Procedatur ad ea, quæ incumbunt, exceptione opposita non obstantu, *quando proferatur.*
8 *Exceptiones peremptoriæ quando ad merita causæ reserventur, vel in calculo ferendæ sententiæ, & n. 13.*
9 *Praxis reservandi exceptiones ad merita causæ quibus juribus, & qua ratione nitatur.*
10 *Praxis decreti, quo dicitur :* Procedatur ad ea, quæ incumbunt, opposita exceptione ad merita causæ reservata, vel infra quatuor dies *&c.*
11 *Præscriptionis exceptio ut locum habeat, quæ requirantur.*
13 *Exceptio altiorem requirens indaginem quæ dicatur.*
14 *Exceptionis ad merita causæ reservatæ cognitio durat usque ad publicationem, in calculo ferendæ sententiæ usque ad sententiam.*
15 *Exceptio peremptoria in calculo ferendæ sententiæ reservata, unica sententia cum causa principali definiri potest.*
16 *Usuraria pravitas ex* Constitutione *Sixti V. irritum reddit contractum.*
17 *De contractu, qui fit cum assecuratione sortis, ac de locatione animalium vulgo* a capo salvo *remissive.*
18 *Veniens contra instrumentum transactionis an prius debeat acceptum restituere, & num. seqq.*
19 *Minor in judicio rescissorio ante omnia acceptum restituere debet.*
20 *Restitutio acceptorum a validitate, vel invaliditate contractus dependet, & referuntur S. C. decisiones.*
21 *Restitutio acceptorum a Judicis arbitrio dependet, & S. C. decisio per auctorem adducitur.*
22 *Tempora mutantur, & mores.*
23 *Restitutio acceptorum non fit, si actor majoris quantitatis sit creditor, & reus ejusdem sit certus debitor.*
24 *Auctores de Exceptionibus differentes referuntur.*

DIe &c. procedatur ad ea, quæ incumbunt, exceptione opposita non obstante, *vel dicitur.*
Die &c. procedatur ad ea, quæ incumbunt, opposita exceptione ad merita causæ reservata, *vel dicitur.*
Die &c. infra quatuor dies audiantur partes, exceptione opposita ad merita causæ reservata, *vel dicitur*, in calculo ferendæ sententiæ.

PRo declaratione hujusmodi decretorum Lectores
1 commonefacio, quod quamplures extant actiones,
multiplices quoque exceptiones; quædam enim dilatoriæ dicuntur, quæ judicium differunt, aliquæ declinatoriæ, quæ de Judicis jurisdictione deflectunt, de quibus superius aliqua pertigimus; nonnullæ peremptoriæ,
2 quæ actionem enervant, & perimunt *§. appellantur, & §. temporales Instit. de except. l. 3. D. eod. tit.*
3 Dilatoriæ ante litem contestatam sunt proponendæ æque ac declinatoriæ, ut ex text. in *l. ult. C. de except. l. ita demum 13. C. de procur. l. exceptionem 19. C. de probat.* nisi Judex sit ita incompetens, ut ejus jurisdictio prorogari nequeat; peremptoriæ vero ante, vel post litem contestatam, scilicet ante, vel post terminum impartitum proponi possunt; si ante, & eæ sunt subsistentes, litis ingressum impediunt; si post, retro reddunt judicium nullum.
Hinc adverto, *Pragm.* quæ incipit *Comparente sub tit.*
4 *de ordine judiciorum* circa terminum dierum trium ad
proponendas exceptiones dilatorias, & aliorum quinque ad illas probandum recessisse ab Aula; at usus invaluit, communi jure perspecto, ut prædictum est, proponendi dilatorias, & declinatorias ante litem con-
5 testatam, scilicet ante terminum, & ut aliqui dicunt,
etiam incontinenti post terminum, nec minus post illum, si de novo emergerent: quod si exceptio juridi-
6 ca sit, dilatio ad probandum arbitraria est Judici, qua completa, si constat, admittitur; si secus, supradictum
7 interponitur decretum, nempe: *procedatur ad ea, quæ incumbunt, exceptione opposita non obstante*; ita quoque
8 pronunciatur, si in jure non subsistant: peremptoriæ vero, si dubiæ sint, & altiorem requirant indaginem, ad merita causæ, vel in calculo ferendæ sententiæ re-
9 servantur. Hæc praxis descendit ex text. in *l. ille, a quo 13. §. si de testamento* C. *ad S. C. Trebell. & l. in hac actione 3. §. ibidem D. ad exhibendum*, ibi: *si obscurior, vel quæ habeat altiorem quæstionem differendam in directum judicium, re exhiberi jussa.* Fundatur etiam in ratione, ne processus super negotio principali in actoris præjudicium retardetur; de qua quidem praxi testantur DD. Andreas de Isern. *in* Constitut. *Usurariorum vers. hoc qualiter*, Regens Tapia *ad* Constitut. *Regni, Exceptiones dilatorias vers. in ipso judicio in exord.* D. Regens Merlin. *controv. for. 96. n. 10.* Bocer. *clas. 6. disput. 12. tit. de except. th. 81.* prout in exceptione rei judicatæ Anna *cons. 99.* & ex neotericis Maradei in *annotat. & observ. ad singul. 132. D. Patris sui num. 2.* ubi de plerisque exceptionibus ad merita causæ reservandis verba facit; & ita passim judicamus, scilicet in casu, quo reus conventus exceptiones dilatorias opponit in forma, & cum eis nonnullam exceptionem peremptoriam cumulat de jure, & de facto implexam, sinuosam, & intricatam, ideoque altiorem indaginem
10 requirentem, decretum fit, quod *procedatur ad ea, quæ incumbunt, exceptione e. g. transactionis, aut similis ad merita causæ reservata*; adimpletis vero exceptionibus dilatoriis, vel iisdem rejectis, dicitur: *infra quatuor dies audiantur partes, exceptione ad merita causæ reservata*; si vero termino impartito hujusmodi exceptio proponatur, dicitur: *Procedatur ad ea, quæ incumbunt pro compilatione termini, exceptione proposita ad merita causæ, vel in calculo ferendæ sententiæ reservata*, quando, ut dictum est, altiorem requirit indaginem, quemadmodum de præscriptionis exceptione dicitur, quæ ut
11 locum habeat, plura requiruntur, nempe titulus non vitiosus, bona fides, & alia per Dominum meum Consiliarium Joseph de Rosa *consult. 23.* solertissime adno-
12 tata; hæc enim cum in facto consistat, & probatione indigeat, ipsa quoque ad merita reservatur. Si vero clara sit, & in promptu constet, admittenda; sin minus in jure subsistat, rejicienda, decretumque profertur, quod *procedatur in causa ad ea, quæ incumbunt, exceptione rei judicatæ opposita non obstante &c.* ut videre est penes D. Præsid. *dec. S. C. 289. in fin.*
Pro majori dilucidatione noto, quod exceptio dubia, &
13 intricata altiorem requirens indaginem post varios Doctorum sensus, tunc dicitur, quando juris, vel facti altercationem continet testibus D. Præsid. *d. dec. 289. circ. fin.* Reverendissimo Riccio *in collectan. decis. collect. 2248.* & D. Præsid. Merlino *controv. 69. n. 15.* ideoque illius excussio reservatur, ut plenius de ea cognitio habeatur, nec in eis immorando frustra tempus te-
14 ratur. Item, quando reservatur ad merita causæ, prædictæ exceptionis cognitio durat usque ad publicationem, quo tempore a Judice excutiatur oportet; quando vero in calculo ferendæ sententiæ reservatur, tunc usque ad sententiam; hoc enim discrimen interest inter exceptiones ad merita, vel in calculo ferendæ sententiæ reservatas, Muscatell. in *praxi par. 5. glos. 1. reservatis num. 27. in fine*, Carleval. *de judic. lib. 1. tit. 2. disp. 5. n. 28.* quod si exceptio militet, acta sunt nul-

ja; glos. sing. in *cap. cum contineat de off. deleg.* Ja-
son in §. *praterea num. 58. vers. & circa id Instit. de
action.* Hippolyt. *singul.* 365. Reg. Sanfelic. *dec.* 88.
lib. 1. *num.* 16. Quinimo si res farat, ut uno eodem-
15 que temporis vestigio cum principali causa cognosci
possit, in sententia de hujusmodi exceptione ratio ha-
betur, ex traditis per D. Rovitum *decis.* 21. & D. Al-
timar. *in addit. & observat.* ad eand. & generaliter
quoties a reo convento opponitur adversus instrumen-
tum aliqua exceptio, quæ ex ipsius ventre, scilicet
tenore, non appareat, & extrinseca cognitione indi-
geat, respectu prætensorum impartitur terminus, non
impedita interim solutione tertiarum, sive interesse
conventi. Hinc in facti contingentia cum Magnificus
D. Joseph Sanfelicius convenisset Illustrem D. Joan-
nem de Baulcio, seu Balso Sclavorum Ducem, uti
heredem D. Vespasiani Patris, & D. Raimundi Fra-
tris ad solvendum capitale ducatorum mille biscentum
sexaginta, una cum interesse convento ad rationem
septem pro centum per quinquennium circiter decurso;
etsi per dictum Ducem fuerit oppositum, quod prædi-
ctum creditum provaniebat ex venditione quorundam
bubalorum, eorumque locatione, in qua inerat pa-
ctum, quod prædicta animalia essent semper salva, &
mortis periculum cederet in damnum enunciati de Baul-
cio; ideoque contractum usurariam pravitatem conti-
16 nere, reclamante Constitutione Summi Pontificis Si-
xti V. quæ incipit, *Detestabilis avaritia* §. *hac nostra
tom. 2. bull.* 45. *in ordine*, ac solutione hujusmodi inte-
resse creditum fuisse extinctum. Nihilominus me re-
ferente, per S. C. fuit provisum, quod illustris Dux
solveret interesse cum obligatione dicti D. Josephi, &
respectu prætensorum impartitus terminus; a quo de-
creto cum pro parte de Baulcio nullitates fuerint pro-
positæ, fuit quoque pronunciatum, *nullitates non ob-
stare*, penes Scribam Fortunato; consideravit enim S.C.
primo, quod Constitutio non loquebatur de simplici
locatione, sed in societate, in qua lucrum æquale est
inter socios. Secundo, quod quamvis dictum pactum
sit præter naturam locationis, non est tamen contra
ipsius substantiam. Tertio, quod prætensa usuraria pra-
vitas dependebat a facto, nempe a probationibus fa-
ciendis, ex quibus si ostensum fuerit, quod animalia
longe majorem fructum dabant, quam erat affictus,
usurariæ pravitatis ratio cessabat, cum lucrum condu-
ctoris compensetur cum pacto. Denique decretum præ-
seferebat æquitatem, nam in omni eventu pars erat
abunde cauta respectu interesse, propter obligationem,
& respectu sortis, quam non solvebat. Ceterum de
hujusmodi contractu, qui fit cum assicuratione sortis,
17 ac de locatione animalium cum pacto, vulgo detto *a
capo salvo* extant decisiones R. R. penes Zacchiam *de
obligat. Camer.* 126. Dunozettum 54. ac tractant DD.
scilicet Ludovicus Molina *de contractib. q.* 417. *num.* 10.
Leotardus *de usuris q.* 36. *num* 25. Consiliar. Thom. Car-
leval. *tom.* 2. *tit.* 3. *disput.* 7. *num.* 22. D. Cardinal. de
Luca in *tract. de usur. discurs.* 20. & 40. Petrus Pacio-
nus in suis doctis *alleg. alleg.* 166. aliique.

Demum hic obiter quæro, an ille, qui transactionis in-
18 strumentum impugnat, audiendus sit, non restituto ac-
cepto, quod a reo convento petitur ratione pacti? &
videtur dicendum, quod non; nulla enim datur repu-
gnantia, quod reus conventus solutum repetat, &
agenti transactionem opponat, quia repetitio pecuniæ
solutæ fundatur in pacto adjecto transactioni, ut in
l. ubi pactum, & l. cum proponas Cod. de transact. &
in juramento, quo confirmatur transactio, *l. si quis*
19 *major C. eod.* & quia in judicio rescissorio etiam mi-
noris ante omnia fit acceptorum restitutio, *l. quod si
minor §. restitutio D. de minor.* præterea congruum, &
rationabile est, ut ille, qui transactionem impugnat,
pecunia transactionis intuitu accepta minime gaudeat;
siquidem Aquiliana stipulatione, cujus vigore deducta
est transactio, creditoris actio censetur extincta, *d. l.
ubi pactum C. de transaction.*

In contrarium urget ratio; quandoquidem ille, qui pe-
tit pecuniæ solutæ restitutionem, videtur a transactio-
ne recedere, & iniquum foret pecuniam recuperare,
& rem cessam ab adversario suo retinere.

Sed re vera dicendum puto, quod acceptorum restitutio
20 dirigenda est a validitate, vel invaliditate contractus,
& læsione; nam si contractus est nullus, non habet
locum restitutio acceptorum; quemadmodum si læsio
sit adeo enormis, ut inspecto litis eventu rescindatur
en remedio *l. 2. C. de rescind. vendit.* juxta DD. senten-
tiam, ut videre est penes Ludovic. *dec. Perusin.* 18.
num. 65. Puteum *dec.* 223. *lib.* 1. D. Præsid. de Franch.
dec. 159. *num.* 7. Additionatorem ad Annam patrem *sin-
gular.* 553. non est, cur restituatur acceptum, & actor,
qui transactionem oppugnat, non est a judicio repel-
lendus, cum ex dicta læsione vigore text. *l. 2. C. de
rescind. vendit.* nova suboriatur actio; text. vero in *l.
ubi pactum*, & alii procedunt contra dolosum actorem,
nempe contra eum, qui transactionem juste confectam
infringit, quo casu fuerunt promulgatæ decisiones S.C.
nempe 220. penes Afflict. & 66. penes Gramm.

Restitutio igitur acceptorum a Judicis arbitrio potissimum
21 dependet; quod sane regulandum est a præfata læsio-
ne, & a bono, vel malo jure actoris, qui contra
transactionem venit. Hinc Hieronymus Ayala, qui
pro dotibus maternis constitutos habebat duc. 1500. &
non paucas tertias decursas plurium annorum, ac tran-
segit pro summa ducatorum 120. eo temporis, quum
erat minor, & factus major oppugnavit dictam tran-
sactionem, non fuit condemnatus ad restitutionem præ-
dictæ summæ ab adversario petitæ, & obtinuit in pri-
ma, & secunda instantia, prout testatur Consiliar. Jo:
Andreas de Georgio in sua percelebri *alleg.* 34. Anno
1627. magnificus Jo: Paulus Pacelli vendidit terram
Graci magnifico Scipioni Putignano, qui pro summa
duc. 3120. reliquo pretio dictæ terræ se obligavit cor-
respondere annuos duc. 249. cum tale creditum in an-
no 1672. ascenderet ad summam duc. 15. m. una cum
dicta sorte. Andreas, Jo: Berardinus, Joseph, & alii
cognomento Pacelli heredes dicti qu. Jo: Pauli deve-
nerunt ad transactionem cum Magnifico U. J. D. Ni-
colao Latronico herede de Putignano, qui pro solida
summa prædicta solverat duc. 4700. ex quo putabant,
quod prædicti heredes quondam Jo: Pauli debebant
convenire Magnificum Camillum Cataneo, cui Scipio
Putignano vendidit dictam terram, a quo fuit eidem
Putignano retrovendita; postmodum anno 1700. præ-
dicti heredes qui cum magnifico de Latronico transe-
gerant, comparuerunt in S. C. oppugnando dictam
transactionem, & a me uti Commissario fuit datus
terminus, de quo Magnificus Latronico gravatus pe-
tiit contrario imperio illum revocari, & non audiri
dictos de Pacelli, nisi restitutis duc. 4700. acceptis;
attamen fuit interpositum decretum prædictum, nempè:
*decretum termini sub die &c. interpositum debita exe-
quutioni demandetur, exceptione restitutionis accepti in
dicta comparitione opposita ad merita causæ reservata*;
quod decretum per S. C. fuit confirmatum, & dictum,
bene provisum. Porro Consiliarius Pratus in *addit.* ad
Bernardinum Moscatell. *glo. transactionis num.* 3. post-
quam retulit supradictam decis. in causa Hieronymi
Ayala, aliam in contrarium adducit in judicio moto
inter Carolum Caracciolum cum Marchionissa S. Era-
mi usufructuaria relicta omnium bonorum a Marino
Caracciolo D. Caroli fratre; etenim cum adversus tran-
sactionem ageretur, & oppositum fuisset, non esse
audiendum D. Carolum, nisi restitutis acceptis, ita
fuit decisum, & ibi inquit: *rerum non est uno tem-
pore eadem uno modo terminari, & deinde alio; nam
22 mutantur tempora, mutantur mores, & nihil sub Sole
perpetuum*, ac re vera dicendum est; quod S. C. in
dicta causa satis novit transactionem ritè, ac rectè
factam fuisse.

Præterea sic statuo, acceptum nunquam restitui, si actor
23 creditor sit majoris quantitatis, & reus ejusdem sit
certus, & indubius debitor; nam frustra quis petit,
quod mox restituturus est, *l. de hereditate* 5. *C. de
petit. heredit.*

Hæc habui, quæ de exceptionibus a re visum fuit attin-
24 gere. Ceterum qui materiam hanc uberiore calamo
delibarunt, unicuique sunt obvii, præsertim Vincen-
tius Bavarottus, Hubertus de Bonacurso, Martinus
de Fano, Joannes Heydenmaonus in ejus *disp. inaug.*
Joannes Graken, Nicolaus Rodriguez Fermosinus,
Carolus de Grassis, Joannes Guornerus, Conradus Mau-
serus, nepos de Monte Albano, Joannes Oldendor-
pius, Jo: Pomereschius, Lanfrancus de Oriano, Win-
delinus Schiling, & Jo: Zangerus.

VINCENTII ALOI

IN CAPITIS V.

ANIMADVERSIO

SUMMARIA.

I. *Vera exceptionis peremtoria definitio.*
II. *Exceptiones peremtoria sigillatim exponuntur.*
III. *Exceptio restitutionis acceptorum.*

I. EXceptinnis peremtoriæ definitionem illostris Author prætermisit; innuit tamen *num.* 2. esse illam, quæ actionem anervat, & perimit. Doctores qui crediderunt exceptionam illam perimare actionem ipso jure, tenuare Actorem & Reum esse duos pugnatores cum pugillo, & ex pugna oportere, ut unus ioterimatur. Revera verbum *excipere* translatum fuit ab armis militaribus, quia clypeo, & scuto tela in adversarium directa excipinntur, & retunduntur. Non male, sed non ex usu auctorum juris. Hinc *Baldus* io *l.* 2. *Cod. de prec. imper. offer.* definivit esse illam, quæ *absorbet totum negotium, & totum jus actoris. Afflictus in Const. si civiliter agens* multo plus ampliavit definiando esse illam, *qua perimit negotium vel personam*, sicque confusit exceptionem peremtoriam cum dilatoria. *Bartolus* e contre in *l. Julianus ff. de condict. indeb.* dixit peremtoriam exceptionem non tollere neque civilem, neque naturalem actionem, sed utramque elidere. Et illius sectatoribus tam absona visa fuit vox *perimere*, ut congruentius exceptionem peremtoriam adpellari putaverint *elisoriam*. *Specul.* §. 1. *de except.* Ut hæ opiniones conciliarentur iodocta fuit distinctio, quod aliæ exceptiones perimerent, aliæ eliderent actionem *Afflict. dec.* 121.; unde alia definitio emersit, quod axceptio peremtoria sit illa, *que semper actori obstet, & semper rem, de que agitur, demit, Muscat. Gloss. Exceptiones.* Nobis non ax opioionibus DD., sed ex intimis juris principiis definitio ast haurienda. Nomeo exceptionis in jure ortum est ax formula judicii, quod sub exceptinna dabatur. Prætor enim quando actionem dabat, subjungabat *nisi, si non, extre quam illud factum erit*, unde peremtoria exceptio etiam *conditio* vocabatur *l.* 22. *ff. de except.* Erat igitur exceptio defensio, quæ jure actionem excludebat, *l. defensiones Cod. de except.* Hinc *Ulpian.* in *l.* 2. *ff. de except.* illam vocavit quamdam exclusionem, quæ opponitur ad excludendum id quod in intentionem, condemnationemve deductum est. Et Paulus definivit conditionem, quæ modo eximit Reum a damnationa, modo minuit damnationem. Sensu igitur Juris Romani axceptio peremtoria non ipso jure actionem toilit, sed excludit. Et quia semel opposita semper actori obstat *l.* 3. *ff. de except.*, vocata fuit atiam perpetua, & peremtoria. Et ex his vera exceptionis peremtoriæ definitio eruitur. *Quod sit defensio Rei, qua actionem jure constitutam æquitatis ratione excludit.*

II. Exceptionum peremtoriarum infinitus est numatus, illasque enumereri in ordinemque colligere, impossile videtur, comuois est vox Forensium. Revera tot tantasque divisiones distinctionesque peremtoriarum exceptionum iovexeruot, ut illarum laberynthum afformare porius conati fuerint. Ne tyrones in illo aberrarent etiam a principiis juris filum capere debent. Exceptiones peremtoriæ oriuntur ex causis; igitur ut sunt causæ, ita sunt hæ exceptiones. Hinc peremtoriarum genera duo. Aliæ oriuntur ex iis causis, quæ in re gerenda intervenerunt: aliæ oriuntur ex novis causis, re ab initio recte constituta. Quæ oriuntur ab initio ex causis, quæ io re gerenda interveneruot, vel emanant ex re ipsa, val a persons. Ex re, si aliquis quid promiserit metu, dolo, errore, spe futuræ numerationis non sequutæ; unde quatuor axceptiones metus, doli, arturis, non numeratæ pecuniæ. Quinta competebat liberto adversus patronum da iis quæ promiseret onerandæ libertatis causa, sed bodia apud nos non est usitata. Ex persona, duæ exceptiooes orituntur, scilicet Macedooiani, & Vellajani, & alia extraordinaria, quæ datur Minoribus per io integrum restitutionem. Quæ nascuntur ex causis novis, re ab ioitio recte constituta, reduci debent ad quinque scilicet exceptio remissionis debiti, perjurii, rei judicatæ, doli in instituenda actiona adhibiti, silentii Actoris. Non audiendi sunt qui plura genera cudunt anomalas addendo, quæ da utriusque natura participant, mixtas, & modificativas. Totus error inde emanavit quod perpetuas dici putarunt, quæ quovis tempore opponi possunt, temporales quæ tantum determinato tempore produci debent. Si divisio ista concinna esset, mancam Justiniani, & omnium interpretum divisionem dici oporteret; sed contra jus oon sapiamus diserti. Singulas breviter enucleabimus præ oculis præsertim habendo, quæ ad praxim pertinent.

Prioris generis exceptionum, scilicet quæ statim ab initio nascuntur inter contrahentes, facilis & expedita est ratio; namque una regola comuni continentur, ad quam si singulæ revocantur, de omnibus facile judicatur. Cum enim nascantur tantum inter eos inter quos res geritur, & ex ipso eorum facto, competunt Reo qui eam causam in se patitur, propter quam exceptio est comparata, adversus eum qui eam causam ad contrahendum intulit, & de re ob eam causam contracta. Quæ regula ad singulas species sigillatim aptata, omnes exceptiones sub hoc genare comprehensas dilocidat.

Exceptio igitur metus competit omnibus, qui metu coacti promiserunt, eorumque heredibus, & omnibus quorum interest *l.* 4. §. 6. *ff. quod metus causa* contra omnes, qui ex negotio gesto agunt, quamvis vim non intulerint *d. l.* 4. §. 33. *ff. eod.*

Exceptio doli competit omnibus, qoi dolo alieno capti sunt de re male gesta ex causa lucrariva, eorumqua heredibus & successoribus *l.* 7. §. 1. *ff. de except.* adversus eos, a quibus circumventi fuerunt *l.* 4. §. 16. *de dol. & met. except.* Differt ab exceptione metus, quia hæc transit in successorem, non tamen doli exceptio, *l.* 4. *ff. eod.*, neque competit contra illos, quibus reverentia debetur, sed detracta doli mentiooa, datur exceptio in factum temperata *d. l. ff. eod.*

Exceptio erroris competit illi, qoi errore suo promisit quod non debebat adversus eum qui eundem errorem sequutus, id ipsum stipulando sibi cavit *l.* 36. *ff. de verb. oblig.* Exemplum habetur in rustico, ubi hæc exceptio conceditur, quia error juris illi non nocet *l. ult. ff. de dol. mal. & met. except.* Hoc tamen intelligitor si quis per errorem promisit illi, cui se debere putabat; secus autem si causam non adesse sciebat, ubi nec solutum repeti potest. Hinc si ab alio delegatus promisit vero creditori delegantis per errorem, putans se deleganti tantumdem debere, exceptione hac creditorem non repellit, quia is suum petit *l.* 129. *ff. de reg. jur.*; sed agit incerti contra delegantem ut se liberet, si nondum solvit, aut si solvit, conditiona, vel mandati actione repetit *l.* 4. §. 2. *ff. de novat.* Quod si nec a delegante quid debitum fuit, cui sic promissum est, delegatus ab eo cui delegans dari volebat, exceptione, vel condictione ad liberationem juvatur *l.* 7. *ff. eod.*

Exceptio denique non numeratæ pecuniæ competit illi qui sub spe accipiendæ pecuniæ cautionem in se emitti passus est, adversus illum qui pecuniam non numeravit *Inst. de lit. obligat.* Intra biennium hæc exceptio opponi debet, & iotre hoc tempus opposita, in Actorem onus probaodi pecuniæ numerationem transfert *l. in contractibus Cod. de non numer. pec.* Et elapso biennio expirat. In Foro tameo ex æquitate debitor, atsi bis se obligaverit, post solutionem admittitur ad probandum pecuniam non fuisse numeratam, *Afflict. dec.* 110. Nec hujusmodi exceptio habet locum in Scriptura publica veluti instrumento, vel obligatione penes acta nisi prius facta solutione quantitatis in illis contentæ, & tunc excipienti datur terminus ad probandum contra publicas Scriptures, *Ursill. ad Afflict. dec.* 110. In apochis Banci, & literis cambii per viam prævantionis admittitur hæc axceptio, dummodo non venerit dies solutionis, quia tunc non auditur debitur nisi prius facto deposito, vel in vinculia. Denique cum lex jubeat intra biennium hanc exceptiooem oppooi debere, non sunt audiendi Forenses, qui ex æquitate juris canonici concludunt perpetuo opponi posse, *Angel. cons.* 156. *Thesaur. dec.* 212. Nec etiam illi qui a meta biennii excludunt Ecclesias, & Clericos, *Duar. in cap. Regni* 260., *Hipp. singul.* 622. Et licet intra biennium indistinctim omoes hanc axceptio-

ceptionem opponere possint, excluduntur mercatores & campsores in apochis mutui, quia præsumitur non decipi in suis confessionibus mutui. *Ursill. ad d. dec. 110. Afflict.* Cæterum ad evitandas frequentes exceptiones pecuniæ non numeratæ in apocis Banci & in literis cambii, solutio in hac Civitate fieri solet per fidem publici Banci, quia tunc prædicta exceptione debitor juvari non potest.

Exceptiones primi generis, quæ emanant a personis, habentur in titulis Digestorum *ad S. C. Maced.*, & *ad S. C. Vellejan.*; & ipsæ exceptiones Macedoniani, & Vellejani ostendunt quibus, adversus quos, & qua de re competant. Cum enim exceptio Macedoniani locum habeat in pecunia filiofamilias credita, adparet competere principaliter filiofamilias cui mutuo pecunia data est adversus eum, qui credidit, de ea ipsa pecunia credita. Et similiter cum Vellejani exceptio prodita sit adversus mulierum intercessiones, adparet dari mulieri, quæ intercessit pro alio adversus Creditorem de ea ipsa re intercessa. Extraordinaria denique exceptio datur minoribus læsis intra quadriennium a prima die minorennitatis *l. ult. Cod. de temp. in integr. restit.*, & in subsidium tantum conceditur, quando non adest in promtu alia exceptio *l. 16. ff. de minor.*, & semel tantum conceditur *l. 3. Cod. de minor.*

Exceptiones secundi generis, scilicet quæ oriuntur ex causis novis re ab initio recte constituta, ad certam regulam communem redigi non possunt. Accidit ideo quia priores nascuntur statim inter eos qui aliquid inter se gerunt, & ex eorum solo facto; nec quæri oporteat quæ debitori prosint ad illam acquirendam, vel adversario noceant ad illum exceptione onerandum. At hæ posteriores cum nascantur ex facto postea secuto, non solum pertinent cuique adversus quemque ex eorum facto, sed etiam ex alieno interdum illorum qui nocere possunt Creditori, unde quæstio nova in singulis quænam ii sint, & res ipsæ in singulis sunt variæ, quæ una ratione contineri non possunt. Hinc illas sigillatim enucleare oportet.

Exceptio pacti conventi est illa, quæ oritur ex pacto, ne quid petatur a debitore aut in actionibus in personam, aut a possessore in iis, quæ ab eo vindicari possunt *l. 7. ff. de pact.* Ex qua definitione sequitur, quod pacta in rem producant exceptionem etiam heredibus, & fidejussoribus; pacta vero in personam non item *l. 21. ff. de pact.* Et acquiritur ipsius pacto, vel alieno, idest eorum, qui possunt debitori acquirere. Quia tamen pactum de non petendo est nova conventio inter debitorem & creditorem, ex legibus patriis opponi poterat quandocumque ante cœptam exequutionem, sed intra triginta dies a die notificati decreti, *Pragm. 4. de dilat.* Et excipiens novam conventionem pacti de non petendo, facta publicatione in causa, si concludenter illam non probasset, solvere tenebatur pœnam ducatorum sex, si Principalis debitor illam opposuisset, sin vero ejus Procurator, pœnam ducatorum duodecim, ex *Pragm. 44. de Magistr. Justit.* similiter ex *Pragm. 4. anni 1728. de Procurat.* opponenti dictam exceptionem præscriptum fuit, quod exprimere deberet diem, horam, testes per nomina & cognomina coram quibus facta fuit nova conventio. Hodie servatur *Pragm. anni 1738.*, quæ cum. 15. §. 1. statuit:
„ Per quanto poi tocca le convenzioni, e sodisfazio-
„ ni, confermando quel che intorno a questa materia
„ si trova disposto nella Prammatica del 1728. per
„ maggiore chiarezza e spiega della medesima ordi-
„ niamo, che non si possa allegare qualsisia conven-
„ zione o sodisfazione per qualsisia causa senza pre-
„ sentarsi dal debitore, o una Scrittura publica, o
„ una partita di Banco, o altra Scritture privata del
„ Creditore autenticata da pubblico Notaro; nelle
„ quali si esprima, e si contenga chiaramente la con-
„ venzione passata col debitore; ed allegandosi senza
„ le dette circostanze, debba il debitore pagare pri-
„ ma ciò che deve, e seguito che sarà il pagamento,
„ si possa poi dare il termine a provare la detta ec-
„ cezione, nel qual caso il Creditore nell' atto di
„ ricevere il danaro, debba dar pleggiaria, o altra
„ idonea cautela ad arbitrio del Giudice di restituire
„ l'affatto visto l' esito del termine.

Exceptioni pacti conventi finitima est illa jurisjurandi, quinimo iisdem regulis continetur, quia jusjurandum conventionem continet, a qua & proficiscitur, & propter quam maxime servatur *l. 21. ff. de jurejur.* Hinc adpellatur species transactionis *l. 8. Cod. eod.*, unde merito hac exceptione repellitur Actor, qui juravit sibi non deberi. Distinguunt Forenses exceptionem perjurii ab exceptione juramenti, & multa cumulant super absolutione, pœna, & in quibus judiciis perjuri audiri possint. Absolutio a juramento facillime conceditur statim ac quæritur, & ultorem habet Deum perjurus. Relictis igitur opinionibus Forensium, standum est dispositioni juris.

Haud postrema inter exceptiones peremtorias secundi generis est illa rei judicatæ. Cum enim sententia, ubi in rem judicatam transiit, pro veritate habeatur; ideo hæc exceptio semper competit adversus eum, qui eamdem rem iterum in judicium deducit, & ex eadem causa instituit actionem. Definiri itaque potest quod sit exceptio nascens ex authoritate rei judicatæ, qua eandem personam ex eadem causa, eadem actione, pro eadem re alias in judicio deducta & determinata, conventus in novo judicio repellit *l. 3. ff. de except. rei judic.* Triplex igitur identitas in hac exceptione requiritur, ut sit eadem res, eadem causa, eædem sint personæ; nam una ex his deficiente, non obstabit exceptio. Quando autem quis videatur agere de eadem re. Jurisconsultus explicavit negative in *l. de eadem re ff. de re judic.*: *Recteque ita definiatur eum demum de eadem re non agere, qui prorsus rem ipsam non prosequitur*, quasi a contrario sensu dixisset, quod si agatur super re diversa, quæ tamen interpretative dicatur eadem, obstat exceptio, *Paul. de Castr. in l. si quis ff. de re judic.* Hinc si in sententia discussum fuit jus dominii fundi, & in alio judicio petatur ejusdem fundi ususfructus, obstabit rei judicatæ exceptio *l. si fundum ff. eod.*. Si tamen diversum jus in alio judicio veniat discutiendum, quia non est eadem causa, & modus idem agendi, exceptio rei judicatæ non obstabit. Hinc si in primo judicio lata fuerit sententia super possessorio, & secundum judicium vertatur super petitorio, non prodest hæc exceptio, quia causa non est eadem *l. a Divo Pio §. si rebus ff. de re judic. Reverter. dec. 499.* Denique pro tertia identitate exceptionis, scilicet ut eædem sint personæ, observandum est, quod intelligi debet interpretative, non individualiter, quia lex non est imposita verbis; ideoque sicut obstat defuncto, obstat heredi *l. si a te ff. de re judic.*, *de Franch. dec. 179. n. 1.*, & generaliter cuicumque habet causam ab illa persona contra quam lata fuit sententia; ideoque obstat emtori circa rem emtam, quando contra venditorem fuit judicatum *d. l. a te ff. eod.* Cæterum deficiente identitate juris & causæ, res inter alios acta tertio non nocet. Pro coronide tandem hujus exceptionis addendum est, quod sententia simplex absolutoria non producit exceptionem rei judicatæ. Communis hæc fuit opinio *DD. ad l. 3. Cod. ad exhib.*, & in Foro observatur, quia sententia absolutoria absolvit dumtaxat ab absolutione judicii, & nihil declarat de jure Actoris, vel rei. Hinc Regens *Revertera dec. 449.* scripsit: *Dubitari non posse sententiam absolutoriam super possessorio latam judicati exceptionem super proprietate non parere.* Et diffusiori calamo *Anna cons. 27. n. 29. Sententia simplex absolutoria ab impetitis, non declaratoria, vel condemnatoria, non producit exceptionem rei judicatæ, & nihil statuit de jure Actoris, vel Rei, nec infert rem non deberi, aut petitoris non esse, sed tantum ex defectu probationum Reus absolvi censetur.*

Exceptio doli postea sequuti est generalis, & locum habet quotiescumque æquitas obstat actori *l. 12. ff. de doli mali except.*, & est etiam veluti genus, sub quo omnes reliquæ exceptiones comprehenduntur *l. 4. ff. eod.* Specialis enim doli exceptio jam descripta fuit sub primo genere exceptionum, quando dolus intervenerit ab initio. Duo sunt similiter genera hujus generalis exceptionis. In primo genere comprehenduntur quædam liberationes postea sequutæ, propter quas æquum fiat Reum non teneri. In secundo genere comprehenduntur exceptiones quæ nascuntur ex mutuæ alicujus præstationis recusatione. In primo genere septem species numerantur.

1. Remissio debiti expressa, sive tacita. De expressa nascitur exceptio pacti. Tacita remissio fundatur in conjecturis voluntatis. Exemplum est in *l. 4. §. 12. ff. h. tit.*, ubi ususfructuarius qui alienationi fundi consensit, usumfructum remisisse judicatur, quia qui vult consequens vult antecedens. Sic etiam cum Creditor pactus ne peteret sub pœna, si pœnæ subjici vellet, doli ma-

li exceptione repellitur *l. 10. ff. de pact.* Dissimulatio quandoque taciti pacti vim habet, ut ex *l. 4. ff. eod.*

2. Solutio, quæ jure non liberat debitorem, parit aliquando exceptionem doli mali. Itaque si aliquis solvit Pupillo vel minori sine authoritate tutoris, vel inscio curatore, & ex hac solutione pupillus vel minor fiat locupletior, habebit exceptionem doli mali *l. 4. ff. eod.* Et similiter si debitor solvit Creditori creditoris sui, qui solutionem istam ratam habere noluit, dabitur debitori hæc exceptio contra creditorem, si inde locupletior fiat *l. 6. & 16. ff. eodem.*

3. Pecuniæ debitæ amissio per culpam Creditoris. Nam si Creditor pecuniam oblatam recipere noluit, quæ inde amittatur, datur a lege hæc exceptio debitori *l. 72. ff. de solut.* Sed animadvertendum, quod hæc species pecuniæ est singularis; nam si alia certa species oblata sit, & postea pereat, aut aliter amittatur, hac exceptione non adjuvabitur debitor *l. quod te ff. si certum petat.*

4. Impedimentum necessarium in obligationibus faciendi producit hanc exceptionem. Si enim promissor facere non potuit impeditur vel a natura ob ægritudinem, vel a tempore per hostium incursum, vel alia necessitate juris si apud Judicem sistere oportuit, id quod promiserit, hac exceptione tuetur, quia non est æquum teneri his casibus, quibus obsistere non potuit *l. 4. ff. de dol. except., & l. impossibilium ff. de reg. jur.*

5. Si causa stipulandi non sit secuta, & adhuc sequi non potest. Exempla hujus exceptionis præbet *Ulpianus in l. 25. doli mali, §. circa ff. de doli mali except.*

6. Si actio una ex pluribus, quæ ejusdem rei nomine competebant, sit sublata, Actori, per exceptionem illam aliæ actiones eliduntur *l. qui servum ff. de obligat.*

7. Quando alicui competit qualiscumque exceptio specialis, veluti pacti, jurisjurandi &c., potest, si velit illas omittere, & opponere hanc exceptionem generalem doli mali *l. 12. ff. eod.;* quia cum hoc genus sit positum in factis, ad instar liberationis habetur.

In secundo genere comprehenduntur exceptiones quæ nascuntur ex mutuæ alicujus præstationis recusatione, scilicet quando vicissim aliquid Reo ab Actore, & aliquid a Reo Actori debetur, nec præstatur. Equitas hujus exceptionis comprehensa fuit in edicto Prætoris, quod quisque juris in alium statuerit, ut ipse eodem jure utatur *l. 1. ff. quod quisq. jur.* Duplex autem est hujusmodi præstatio, aut ejusdem rei, aut alterius. Exceptio non præstandi alteram rem oritur ex quinque causis, scilicet 1. ex contractibus mutuis; ut exempli gratia in emptione & venditione, ubi nascitur exceptio præstandi rem, nisi præstetur pretium; quapropter evictionis nomine agens, nisi prius præstet quod debet, exceptione repellitur, *l. 2. ff. de dol. except.* 2. ex sumtibus factis in re petita. Hinc possessori etiam condemnato ad fundum dimittendum, datur retentio pro sumtibus & meliorationibus in fundo factis *l. 4 ff. eod.* In Foro tamen servatur, quod si exceptio opponatur ante sententiam, retentio possessori datur; sin vero post sententiam, sententia exequitur præstita cautione de solvendo sumtus, & meliorationes facta illarum liquidatione, *Franch. dec. 311. & 16., Mastrill. dec. 98., Capyc. dec. 205.* 3. ex pecunia debita ei, cui pignus datum est. Cum enim pignus detur in securitatem crediti, si debitor illud petat, creditor exceptione eum repellet, ut pecunia credita prius solvatur, quæ repellet etiam novos possessores, pignore alienato *l. 4. Cod. de evict.* 4. ex liberatione debiti puri sub conditione legata, nascitur exceptio. Si enim Testator summam, quam Titius debebat pure eidem legaverit sub conditione, potest interim heres petere, donec conditio sit adimpleta. At quia heres debet cavere nomine legati conditionalis *l. 1. ut leg. nom. cav.* si heres non caveat, doli exceptione submovetur *l. pure ff. eod.* 5. ex quarta falcidia rei individuæ nomine debita, est locus etiam exceptioni doli; hinc si legatarius viam, aut similem servitutem legatam vindicet non oblata æstimatione quartæ partis, submovetur exceptione doli *l. 5. §. 1. ff. de dol. except.*

Ultima posterioris generis exceptio est silentium actoris, a quo proficiscuntur variæ species hujus exceptionis, quæ speciale nomen *præscriptionum* accipiunt, quasi extra actionem ab aliis circumstantiis natæ, *Bachov. ad rubr. instit. de usucap. & long. temp. præscr.* Hinc præscriptiones actionem directo non aggrediuntur, sed illi alias circumstantias extra causam opponunt. Integer titulus habetur in corpore Digestorum *de diversis temporalibus præscriptionibus*, in quo nomine præscriptionis temporis exceptio denotatur. Et definiri potest exceptio, *qua is qui longo tempore rem possedit, sese adversus Dominum tuetur.* Tempus a lege definitum ut hæc exceptio valeret, fuit triennium in re mobili, decennium in immobili inter præsentes, & vicennium inter absentes *Inst. de usucap. §. 2.* Si non procederet præscriptio ordinaria veluti in subsidium fuit admissa præscriptio longissimi temporis, scilicet triginta, vel quadraginta, vel centum annorum. Fuerunt etiam tempora jure Romano extraordinaria præscriptionum, quæ ad certam regulam referri nequeunt. Ne tamen videamur expilare Commentaria interpretum, sufficit hæc breviter tetigisse, & ad ea quæ ad praxim pertinent, convolamus.

Agitarunt Forenses quæstionem si in Regno haberet locum præscriptio, quia in Supremis Tribunalibus, in quibus de æquitate proceditur, incongrua videbatur, & in ipsis Legibus iniquum præsidium adpellatur, *Urfill. ad Afflict. dec. 13. n. 6., Rovit. cons. 40. n. 24.* Sed dubium non est præscriptionem in Foro nostro locum habuisse, *Tap. de præscr. tom. 3. jur. Regn.*. In *Pragm. diei 18. Martii 1738. §. 3.* fuit mandatum quatuor vicibus anni uniri debere Aulas S. C., & definiri dubia juris, inter quæ primum locum habuit illud præscriptionis. Et *die 23. mensis Decembris ejusdem anni 1738.* pro executione dictæ Regalis Constitutionis, fuit ita junctis Aulis decisum.

„ Præscriptioni, qua actiones extinguuntur, in quocumque Regni foro locum esse oportere, modo conditionibus a jure civili, pontificio, ac lege municipali præscriptis plane sit confirmata. Propterea neque debitorem, qui ob conscientiam debiti semper est in mala fide, neque heredem, licet bonæ fidei, qui possessori malæ fidei successerit, præscriptione juvari unquam posse. Ceterum in tertio possessore bonam fidem præsumendam esse, ideoque lapsu triginta annorum a die natæ actionis, ac deductis temporibus de jure deducendis, legitima præscriptione eum recte uti posse. Ad hanc tandem excludendam, licere actori apertis argumentis probare illorum possessorem, sive ab initio, sive intra præscriptionis spatium vere in mala fide fuisse probationibus præsumtæ malæ fidei prorsus rejectis.

„ Præterea in quæstionibus infra notatis, ubi nullæ a litigatoribus scripturæ productæ sunt, sive publicæ, sive privatæ, non præscriptionis ope, sed vi præsumtæ solutionis ita decernendum putat.

„ Causidicos, sive Advocatos, & Procuratores litium, ex quo vel patrocinium reliquere, vel mandato sunt defecti, pro honorario aut palmario, sive laboribus intra biennium agere posse; post id tempus repellendos.

„ Notarii a die confectarum Scripturarum quousque earum exemplum, sive copiam non tradiderint, meritarum mercedum causæ non ultra biennium agere licere; traditis vero quandocumque copiis quicquam petendi jus non est.

„ Pharmacopolis ob vendita medicamenta, si adversus eum, qui ea acceperit, acturi sint, biennium concedi; si vero post ipsius obitum ab herede petere instituant, intra duos menses agendum; post, ab judicio removendos.

„ Fabros omnes, atque artifices de pretio rerum manufactarum, laborumque mercede recuperanda, intra annum experiri debere; post annum a die operis expleti, actionem penitus negandam.

„ Denique famulis, ceterisque, qui operas suas locant, postquam a famulatu, ministeriove discesserint, intra duos menses dumtaxat petendi salarium facultatem esse tribuendam.

„ Quæ tamen omnia robur, ac firmitatem capient in posterum a die promulgationis, si Regia Majestas annuerit: quamobrem ad eam de omnibus referatur. Vincentius de Ippolito Præses. Horatius Rocca. Antonius Magiocco. Franciscus Ventura. Carolus Danza. Hyeronimus Arena. Franciscus Crivelli. Cæsar Invitti. Joannes Antonius Castagnola. Dominicus Bruni. Carolus Gaeta. Vitalis de Vitale. Joseph Casimirus Capozzutus. Thomas Xaverius Caravita. Franciscus Guerrasius. Balthassar Cito. Didacus Zapata. Cæsar Bosco. Simon Salazar.

„ zar . Franciscus Perrelli . Donatus Antonius de „ Asti . Tiberius de Fiore . Franciscus Porcellius a „ Secretis .

Et hæc decisio adprobata Regali Rescripto *diei* 15. *Decembris* 1742. ad verbum translata fuit in *Pragm. diei* 22. *Decembris* 1742., quæ inde emanata fuit.

Exceptio igitur præscriptionis normam capere debet hodie a *Pragm.* prædicta. Similiter exceptio præscriptionis centenariæ contra Fiscum pro rerum fiscalium possessione regulari debet juxta Gratiam Caroli VI. anni 1720., confirmatæ *anno* 1734. a Carolo Borbonio, ex quibus opponi non potest si ab hujusmodi possessoribus exhibitus fuerit titulus vitiosus : nam hoc casu rejecta exceptione præscriptionis de titulo exhibito disceptatur.

Ad exceptionem præscriptionis reduci debet etiam exceptio instantiæ peremtæ. Dicitur peremta instantia ex jure civili intra triennium a die litis contestationis *l. properandum Cod. de judic.*, & in Regno a die termini notificati, qui in locum contestationis successit *Pragm. de instant. caus. non restit.* Effectus peremtionis instantiæ est ut omnia acta ordinatoria pereant. Igitur reo competit exceptio contra Actorem, ut non procedat ex iisdem actis, & a novo incipiat judicium. Quod si Reus petat decretum absolutionis ab observatione judicii, effectus hujus decreti absolutorii erit, ut non possit instantia peremta amplius reviviscere per insufflationem spiritus vitæ, & actor non possit audiri in alio judicio nisi prius refectis expensis, *de Franc. dec.* 331., *Afflict. dec.* 70. Et prædicta exceptio competit etiam fidejussori, etsi instantia restauretur per spiritum vitæ, ut liberetur a judicio *l. 2. ff. Jud. solv.*, *Paschal. de patr. potest. p. 1. cap. 8. n.* 303. An autem dicatur instantia peremta in S. C.; & quando, & quomodo insuffletur spiritus vitæ, vide *Sanfelic. sect.* 35., & *Matill. in grad. termini n.* 29.

Quæ hactenus recensitæ sunt exceptiones excludunt actiones. Sed receptum in Foro, ut quidquid Actori opponitur, exceptionis nomine veniat, quamvis jus actoris ipso jure sublatum dicatur. Unde exceptiones solutionis & compensationis, quæ exceptiones facti adpellari solent, ut distinguantur ab exceptionibus juris. Ut igitur etiam has non prætereamus, breviter dicendum est, quod exceptio solutionis tollit omnem obligationem *Inst. quib. mod. tol. obligat.* Quomodo autem admittenda, & proponenda sit hæc exceptio ex *Pragm. diei* 18. *Martii* 1738., diximus in exceptione de non petendo. Similiter exceptio compensationis creditum omne tollit, aut minuit, cum compensatio sit debiti, & crediti mutui inter se contributio *l. 1. ff. de compensat.* Potest opponi quando debitum est liquidum vel de proximo liquidandum, nam de liquido ad illiquidum non datur compensatio, *Afflict. dec.* 121. Et cum sit exceptio facti in rem potest opponi tam contra cedentem, quam contra cessionarium *l. 7. ff. de except.* Non potest tamen opponi adversus eum, qui duas repræsentat personas, scilicet creditoris nomine proprio, & debitoris hereditario nomine, quia cum debito hereditario heres compensare non tenetur creditum proprium post confectionem inventarii, *Gait. de condit. c. 4. q. 7. n.* 359.

III. In Foro etiam fuit inductum, quod inter exceptiones peremtorias numeretur & exceptio transactionis, ut species contenta sub exceptione litis finitæ. Celeberrima quæstio inde emersit, an controventori transactionis possit opponi exceptio, quod teneatur restituere accepta antequam in judicio agatur. Author noster diffuse hoc pertractavit varias decisiones producendo. Nos ex principiis juris repetendo quod nulla exceptio, sed tantum actio ex stipulatu, vel condictio certi ex transactione dabatur *l. 6. & 33. ff. de transact.*, repetimus etiam quod transactio æquiparatur rei judicatæ, quia lites ab ipsis Partibus deciduntur *l. 20. Cod. de transact.*; ideoque nec per læsionem enormem *l. 10. ff. eod.*, nec ob instrumenta noviter reperta *l. 20. cod. eod.*, nec per Rescriptum Principis *l. 16. Cod. eod.* impugnari poterat; sed solum ob metum, dolum, errorem calculi, falsaque instrumenta rescindebatur *l. 29. & 42. Cod. eod.*, *l. unic. Cod. de err. calc.*, *l. 1. Cod. si ex fals. instr.* Et ex his quæstio decidenda, quod impugnans transactionem non debet audiri nisi prius restituat accepta, dummodo in promtu non demonstret nullam esse transactionem, utpote vel per metum & dolum, vel per errorem calculi, vel per falsa instrumenta initam. Quæ diffusius scripsimus in Allegatione pro illustri Marchionissa terræ Petrutii contra D. Nicolaum Turboli, hoc loco ad majorem tyronum instructionem referemus.

Non vi ha ch' ignori quanto religiosa, ed importante alla pubblica sicurezza interna sia la osservanza de' patti. Dovea in *Roma* il Pretore assicurare il Pubblico d' interporre la sua autorità per la esecuzione di essi; e di questa sicurezza ne facea a se stesso una legge, scrivendo nell' *Editto*, che pubblicava nel principio della sua Magistratura, *pacta conventa servabo*. Formola sacrosanta e solenne, la quale scendendo dall' augusto seno della natura, passò ad interessare la giuridizione e la coscienza de' Giudici delle Nazioni più culte. Il S. C., che in esattezza e in rettitudine non ha mai ceduto a niuno Tribunale di Europa, si fece in ogn' incontro garante de' patti, che fienosi fatti uniformamente alle Leggi, e a' buoni costumi; Perchè non ha curato nella Causa presente questa preziosa parte del suo ministero? Con aver soggiunto nel Decreto: *respectu vero allegatæ restitutionis duc.* 800. *habeatur ratio tempore decisionis Causæ*, distrugge il patto, che *D. Niccola* liberamente e volontariamente fece, obbligando il fratello *D. Francesco* a pagar per esso lui al *Veniero* i ducati 800. Sentasi con qual chiarezza, e precisione fu concepito il patto: *E nel caso, che D. Niccola uscisse dalla Religione Teatina, il presente accordo si dovesse avere come non fatto, nè col medesimo indotto pregiudizio alcuno alle ragioni di ambe le parti . . . e dovesse detto Sig.r Marchese PRIMA DI OGNI ALTRO essere rifatto di detti ducati* 800. Non potea la convenzione dettarsi più ragionevol' e giusta: e non potrebbe esser più ingiusto e irragionevole il non osservarla.

E nel vero, contenendo il patto due cose, una favorevole, un' altra contraria a *D. Niccola*, non era permesso di scinderlo, dispensandolo dalla contraria, ed ammettendolo al godimento della favorevole. Potea Egli uscire dal Chiostro per mezzo di secolarizzazione, e far giuridico sperimento di sue ragioni. Ma *primo* dovea restituire i ducati 800. Queste due cose non avrebbon potuto scompagnarsi senz' alterare, anzi distruggere il patto: imperciocchè la intenzione di *D. Francesco* non era già di pagare i debiti di *D. Niccola* per dargli maggiore opportunità d' inquietarlo in ogni tempo che gli fosse piaciuto. Intendea di tornare con eguaglianza al primo stato, nel quale ambiduo trovavansi avanti la convenzione. La retta ragione, il buon senso, dirò anche, il senso comune così dettava all' uomo più imprudente di questa Terra. Ed è ora uno sconcio, che in virtù del patto si ammette *D. Niccola* a muover lite per le sue pretese ragioni, e non si obbliga in vigor del patto stesso a restituire i ducati 800., PRIMA DI OGNI ALTRO, cioè, prima di passare al divertimento d' inquietar la Nipote con uno ingiusto, e capriccioso litigio.

Ma vi è di più. Quello patto, che fu una legge scritta da' Contraenti a se medesimi, tanto più dovea irremissibilment' eseguirsi, quanto che portava seco la giustizia ridondante dal *Diritto Giustinianeo*. Nel II. Capo delle Nullità citai le Leggi 14. 17., e 40. che sono nel Titolo *de transactionibus* del Codice: e qui non mi rincresce di esporne il tenore, acciocchè richiami il S. C. alla memoria con quanta premura i Legislatori pensarono di mettere a livello la condizione ne' rincontri di dover litigare. Colla prima gl' Imperatori *Dioclezian* e *Massimiano* così rescrissero a *Sopatra*, la quale avea portate loro quelle stesse doglianze, che nella Causa presente portò la *Marchesa* al S. C.: *Si diversa pars contra placitum agere nititur: æquitatis ratio suadet, refusa pecunia (quam & tu hoc desiderat) causam ex integro agi L.* 14. *C. de Transact.* Il rescritto è così chiaro e preciso, che non abbisogna di spiega, nè di comentario. Una sola riflessione io fo, ed è questa, che i contendenti del rescritto medesimo non avean pattuito di dover restituire il denaro che avea ricevuto la parte, che volesse insorgere contro alla transazione: e ciò nulla ostante sembrò agl' *Imperatori* cosa uniforme all' equità naturale, che la parte contradicente restituisse il denaro. Noi abbiamo il patto espresso: dunque non equità, ma giustizia obbliga *D. Niccola* a restituire i ducati 800. L' *Imperatore Antonino* avea come un teorema di filosofia legale; *Pacta novissima servari oportere tam juris*,

questa

quam ipsius rei æquitas postulat, *L.* 12. C. *de Pactis*.

La seconda *Legge* non ha differente tenore. Ella è degli stess' Imperatori *Diocleziano* e *Massimiano*, i quali facendosi carico di essersi pattuita la restituzione degli accetti, *si quidem de his reddendis statim stipulatione, si contra fecerit, prospexisti, exceptionem pacti, & actionem datorum habeas*, *L.* 17. C. *de transactionib.* E' rimarchevole in questo rescritto, che si accorda l'azion di ripetere il già dato; quando è regola lo *Dritto*, che *pacta actionem non pariunt*: ma scioglie il dubbio *Ulpiano l. In traditionibus*, *D. de Pactis*, e l' *Imperator Antonino l.* 10. C. *eod.* restringendo la regola a' patti nudi; non a que' che si fanno o mediante la stipula, o sotto gli auspicj dell' autorità. L'uno e l'altro riflette al proposito, che in dando ad altrui la roba nostra, possiamo imporre quella legge, che più ci torn' a talento; la quale confirmata dall' accettazione di chi riceve, produce in noi l'azion di ripetere, in colui la correspettiva obbligazion di restituire. *Cum pecunia datur, ac aliquid de reddenda ea convenit; utilis est conditio*, son parole del menzionato Imperatore, a cui si unì col suo rispettabile sentimento il celebre *Donello*, il quale seguendo parimenti le orme di *Ulpiano*, volle che la massima intendersi dovesse ampiamente. *Est enim hoc pactum*, scrisse egli, *quod interponitur in traditione rei nostra, cujus generis pacta, quæcumque sint, valere constat*, *Donellus ad l.* 17. C. *de Transactionib. num.* 2.

Passiamo finalmente alla terza. E' dessa un rescritto degl' *Imperatori Graziano*, *Valente*, e *Teodosio*, i quali meglio de' precedenti assodano la mia riflessione. Stabilirono, che fatta la transazione, *aut subsecutis secundum leges accomodandus est consensus: aut pæna una cum his, quæ data probantur*, *ANTE COGNITIONEM CAUSÆ*, *si adversarius id maluerit, inferenda est*, *L.* 40. C. *de transactionib.*. Già *D. Niccola* non vuole accomodarsi al convenuto. Uscì dalla Religion Teatina, ed ora si avvia allo sperimento giuridico delle supposte sue azioni. Non vi è pena, alla quale si sia sottoposto; ma la sua pena è la restituzione de' ducati 800.: e quando dee farla? *Ante cognitionem causæ*. Si sa, che questa spressione importi lo stesso, che *ante litis contestationem*; poicchè nella contestazion della lite il Magistrato comincia a conoscer la causa, *L.* 1. C. *de litis contestat.* Mi si perdoni una pedanteria, rapportando autorità in compruova di cosa generalmente nota. Il sovrallodato *Donello* così spiegò questo luogo del menzionato rescritto. *Idque fiat ante cognitionem causæ: Sic vocant litis contestationem; quia Judex per litis contestationem caussam cognoscere incipit*, *Donellus ad eamdem l.* 40. C. *de transf. n.* 4. Dunque non potea il S. C. senza fars' io opposizione colla legge, impartire il termine, e riserbare *ad merita causæ* quella restituzione, che deve farsi *ante causæ cognitionem*.

Si replica, che le addotte Leggi morirono coll' Impero Romano, e che mai nel Foro nostro non abbiano avuta costante osservanza; essendosi ordinariamente riserbat' *ad merita Causæ* la restituzion degli accetti. Io non so quanto possa valere il sentimento del Magistrato contro alle Leggi, delle quali è costituito geloso esecutore, e vindice rigido. So non di meno, che non abbia mai trattata la eccezione della restituzion degli accetti con quella indifferenza, che vuol farsi supporre: ma per riserbarne la cognizione *ad merita Causæ* siasi prima internato nell' analisi del contratto: e se a prima giunta il rinvenne invalido, nullo, ovvero enormemente lesivo, abilitò l' Attore a proccurare in termine ordinario i mezzi, onde regolarmente dichiararlo tale: altrimente gli chiuse la porta coll'ordine di restituir prima gli accetti. *Afflicto Decis.* 220., e *Grammatico Decis.* 66. ci conservarono le Decisioni del S. C., colle quali furon' obbligati alla restituzion degli accetti li litiganti dolosi, che aveano impugnate transazioni rettamente stipolate. Il riguardo non però, che talvolta mosse il S.C. a dispensar da siffatta obbligazione l' Attore, fu appunto quello avvertito dal *Reg. de Rosa*, cioè, *si actor creditor sit majoris quantitatis, & reus ejusdem sit certus & indubius debitor; nam frustra quis petit, quod mox restituturus est*, *De Rosa Civil. Decret. Prax. Part.* 1. *in* 1. *Instant. Cap.* 3. *n.* 23.

CAPUT

CAPUT VI.

De decretis in cursu ordinarii Judicii fieri solitis.

DISTINCTIO PRIMA.

SUMMARIUM.

1 Praxis, qua petitur, decretum aliquod contrario impetio revocari, exponitur, cum num. seq.

2 Decreti formula, qua decretum revocatur, vel confirmatur, adducitur, & explanatur.

3 Decretum, quo dicitur: Bene provisum, aut bene provisum per idem S. C. quando interponatur, & num. 4.

5 Decretum, quo dicitur: Bene provisum, addita dictione Verum, explicatur.

6 Verba stantibus adimpletis, in decreto termini cur adjiciuntur.

7 Termini definitio constituitur, & enucleatur, ut n. seqq.

8 Terminus unde sic appelletur, & in locum litis contestationis successit.

9 Processus etymologia.

10 Dilatio termini probatorii quanam sit in jure, & in Praxi.

11 Expedit Reipublicæ lites quamcitius finiri.

12 Terminus utrique parti est communis.

13 Probationes, quæ non relevant, minime admittuntur.

14 Decretum, Infra quatuor dies audiantur partes, &c. salva provisione facienda, &c. exponitur.

15 Ad obtinendum medietatem bonorum antiquorum quid probandum, remissivè.

16 Praxis reservanda cujusdam provisionis explanatur, & num. 18.

17 Termino ad probandum pendente, manus Judicum sunt in procedendo ligata.

19 Praxis illius decreti, N. N. infra tot dies præcisè & peremptoriè testes examinare valeat, explicatur.

20 Dilatione semel ad probandum concessa, alia, nisi ex justa causa, non conceditur, ut num. 25. 26. & 27.

21 In criminalibus cur non unica tantum dilatio concedatur, & num. seqq.

22 Ubi majus periculum, ibi cautius est agendum.

23 Judex neminem festinanter damnare debet.

24 In processibus criminalibus non fit conclusio, & usque ad sententiam testes recipiuntur, non tamen super articulis.

28 Terminus, petente, vel non instante parte, conceditur, ac Adversario notificandus, nec incipit currere nisi a die notificatæ electionis Examinatoris.

29 Electio Examinatorum in S. C. quomodo fiat.

30 Decretum, Procedatur ad ulteriora, &c. quando interponatur.

31 Praxis petendi depositionem principalis explanatur, & num. seqq.

32 Positiones, & earum responsiones usu, & consuetudine fuerunt introductæ, & a Canonico jure approbata.

33 Positiones differunt ab interrogationibus remissivè.

34 Veritas ex ore proprio elicitur, & indicia ex reorum ore deprompta sunt vehementiora.

35 Nulla major probatio, quam proprii oris confessio.

36 Positio unde dicatur, & quæ sit, quosve pariat effectus.

37 Variæ Positionum descriptiones remissivè.

38 Positionum Praxis quatupliciter consideratur, & num. seqq.

39 Depositio super positionibus etiam per Procuratorem fieri potest, & quale mandatum requiratur.

40 Depositione facta per Procuratorem, quando per Principalem aliam legaliorem adhuc fieri debeat, & affertur S.C. decisio, cum num. seqq.

41 Si depositio facta sit a Procuratore specialissimum habente mandatum, an alia Principalis peti possit.

42 Depositio num fieri possit a Procuratore speciale mandatum habente, & cum libera; variæ, & opposita decisiones recensentur cum earum formulis.

43 Si Principalis contractui interfuerit, omnino tenetur deponere, juxta Roviti decisionem.

44 Principalis depositio peti nequit, si absit, & ubinam degat, nescitur.

45 Conclusio D. Roviti docentis, Procuratorem generalem non admitti ad deponendum, ab auctore limitatur.

46 Procuratoriæ depositio Judicis arbitrio remittitur.

47 Tutores, Curatores, Rectores Ecclesiarum, & alienarum rerum Administratores an positionibus respondere cogantur, & quid in impubere, & adulto.

48 Depositio Principalis fieri debet cum juramento.

49 Depositio super positionibus fit per verbum Credo, & non Credo super unoquoque capitulo.

50 Quid inter verbum scire, & credere intersit.

51 Respondens per verbum credulitatis an possit aliunde veritatem ostendere, quamvis relevet adversam partem ab onere probandi.

52 Responsio de credulitate facta per principalem, veritatis responsio nuncupatur, secus confessio testium super articulis.

53 Principalis an prohibeatur respondere verum esse, quod ponitur, & S.C. decisio memoratur.

54 Obscure deponens, Judicis decreto, cujus formula adducitur, cogitur clare respondere.

45 Principalis positionibus respondere debet, quamvis in libello contenta negasset.

56 Principalis an uti possit positione a seipso negata.

57 Positiones quales esse debeant.

58 Positiones cur admittantur in Praxi cum clausula, salvo jure impertinentium.

59 Principalis absens si respondere positionibus renuat, quomodo citandus, & quid in præsente num. 61.

60 Postrema citatio an personaliter intimanda.

62 Decretum, quod stante lapsu termini N. N. habeatur pro confesso, ut deterius, cur proferatur.

63 Qui tacet, videtur consentire.

64 Auctores de positionibus in contumaciam confessatis dissentientes referantur.

65 Positiones Principalibus an concedantur, & num. seqq.

66 Depositio an statim sit facienda, & num. seqq.

67 Modus deponendi super positionibus quotuplex, idque ab Auctore perpenditur.

68 Depositio sine Advocati, aut Procuratoris consilio, ac præsentia fieri debet, & quare.

69 Qui videt alios ludentes, melius vincendi modum cognoscit, quam ipse lusor.

70 Depositio in facto antiquo, vel recenti, sed intricato an cum dilatione sit facienda, & Auctoris opinio in medium profertur.

71 Temeraria est dubitatio in facto proprio.

72 Proprium factum calumniose negans, Judicis arbitrio mulctatur.

73 Petita principalis depositione, si procurator mandatum validum non habeat, expediuntur literæ commissionales sumptibus deponentis, & positiones partis adversæ per Scribam causæ consignantur.

74 Depositiones vicissim petuntur, & ex praxi Actor in calce termini depositionem offert, & quid si hac depositionis oblatio omittatur.

75 Depositio personæ egregia, vel mulieris honestæ, quæ ad judicium venire non cogitur, per Officialem loci recipitur.

76 Petita principalis absentis depositio, si Officialis loci suspectus allegetur, cujusnam sumptibus recipiatur; oppositæ Roviti, ac Prati opiniones referuntur, & ab auctore conciliantur, cum num. seq.

77 Causa primæva, & origo cujuslibet rei inspicienda.

78 Quæ veniunt in consequentiam non attendenda.

79 Principalis depositio ad quod usque tempus admittatur.

80 Nulla est melior probatio, quam principalis depositio.

81 Tempus probationis non restringitur, ubi deest calumniæ suspicio.

82 Ter-

82 *Terminus non currit, petita Principalis depositione non facta.*
83 *Articuli quandonam producantur, quive sint, unde appellentur, & in quo distent a positionibus.*
84 *Articulorum copia de jure communi partibus conceditur, & quare, secus de jure Regni.*
85 *Positiones vicem peasant interrogationum.*
86 *Articuli cum clausula* salvo jura impertinentium *admittuntur, ac decreti formula adducitur.*
87 *Clausula* salvo jure impertinentium *quid operetur.*
88 *Articuli si evidenter impertinentes non sint, in calculo ferendæ sententiæ reservantur.*
89 *Decretum* Terminus alias datus &c. *quando interponatur; & quando addatur* currat etiam super novis *num.* 93.
90 *Exceptio dilatoria incontinenti post terminum opponi potest.*
91 *Satis dicitur ante fieri, quod fit incontinenti.*
92 *Incontinenti quid fieri dicatur.*
94 *Decretum quo dicitur* testes lo termino citati recipiantur, *exponitur.*
95 *Testes, ut probent, ritè recipiendi; idque ab Auctore explanatur, cum u. seq.*
96 *Testes non citati redduntur suspecti, & quomodo citatio sit expedienda, quidve in casu renitentia.*
97 *Testes cum juramento de veritate dicenda recipi debent; & unde praxis ista descendat.*
98 *Testium receptio non fit, nisi parte citata ad videndum ipsorum juramenta, & quare, quibusve in casibus, omitti possit, num.* 100.
99 *Principalis ad videndum juramenta citatus, quid agere possit, & quid è contrario procurator, si examen sit peragendum in partibus.*
101 *Testibus vicissim utraque pars uti potest, juxta S.C. Decisionem, & praxim.*
102 *Testes claro deponere debent, & causam scientiæ allegare, alioqui non probant, quamvis de re sub sensus non cadente deponant, & num.* 103.
104 *Clausula illa*, & de eorum depositionibus habeatur ratio &c. *explicatur.*
105 *Auctores de Testium materia pertractantes recensentur.*
106 *Testes in S. C. per quem recipiantur, & quot in quolibet articulo.*
107 *Testes ultra statutum numerum recepti an, & quando rejiciantur, aut detur electio producenti juxtà S. C. decisionem.*
108 *Decretum quo dicitur*, pro omni termino, nominatione, & beneficiis &c. *explanatur cum u. seqq.*
109 *Testium nominatio intra, & extrà Regnum quomodo, & quando fiat, & u.* 111. *& seqq.*
110 *Actor ad judicium venit instructus, & reus quoque ad contendendum paratus.*
112 *In nominatione extra Regnum, partes declarare debent locum, & nomina, & cognomina testium, cum deposito in pœnam abutentium.*
113 *Partes nominationi renunciantes pœnam effugiunt, & quando hæc renunciatio fieri soleat.*
114 *Ad evitandum depositum, qua protestatio a partibus facienda.*
115 *Actor, vel reus nominationem fariens, ut temporis dilatione sine fraude utatur, guinam Regni locus attendi debeat, idque ab Auctore declaratur, ac decisum traditur.*
116 *Testium repulsa tam actori competit, quam reo.*
117 *Terminus repulsæ, ac repulsæ repulsæ quinam sit.*
118 *Primum, & secundum beneficium quibus, & quando competat, & quid sit.*
119 *Minorum restitutio favorabilior.*
120 *Multa ex causa limitantur, & Judici a lege permittuntur.*
121 *Examinator electus in casibus infra summam ducatorum mille nec accessum, neque recessum habet, sed tantummodo moram.*
122 *Praxis decreti, quo testium audientia locorum Officialibus committi solet, affertur.*
123 *Si loci Officialis allegatur suspectus, cujusnam sumptibus alteri testium audientia committatur.*
124 *Testium audientia infra dietam non committitur, nisi testes valetudinarii sint, mulieres, aut honestæ personæ.*
125 *Testium audientia quando ultra dietam non committatur.*
126 *Testes in aliena jurisdictione degentes per illius loci Officiales examinantur.*
127 *Formula litterarum Commissionalium transcribitur.*

Die &c. visa comparitione fol. . . . decretum interpositum per Dominum causæ Commissarium sub die &c. fol. . . debitæ executioni demandetur, oppositis in dicta comparitione non obstantibus, *vel* (*ut in M. C.*) stat in decisis.

Die &c. suspenso decreto interposito per Dominum causæ Commissarium, provisum est, quod sequestrum *e.g.* tollatur.

Die &c. visa supplicatione præsentata pro parte N. N. fol. . . bene provisum per Dominum causæ Commissarium sub die &c. fol.

Die &c. visa supplicatione fol. . . bene provisum &c. verum sequestrum *e. g.* ordinatum sub die &c. tollatur respectu fructuum, & remaneat quoad Capitalia.

Die &c. visa supplicatione fol. . . . bene provisum per idem S.C. sub die &c.

Die &c. stantibus adimpletis, detur terminus dierum quatuor, *vel* octo *e.g* in præsenti causa utrique parti ad probandum incumbentia.

Die &c. visis &c. infra quatuor dies audiantur partes super omnibus hinc inde prætensis, salva provisione facienda in qualibet parte judicii super petito sequestro.

Die &c. visa comparitione &c. explicando provisionem reservatam in decreto termini interposito per Dominum causæ Commissarium sub die &c. *vel dicitur*, in decreto lato per S.C. fiat sequestrum in forma.

Die &c. visa comparitione, & partibus auditis, N. N. infra dies . . . præcisè, & peremptoriè testes examinare valeat, *vel dicitur*, valeat examen producere.

Die &c. procedatur ad ulteriora ad ea, quæ incumbunt pro compilatione termini, oppositis non obstantibus.

Die &c. visa depositione facta per N. B. procuratorem N. A. fuit provisum, quod deponat etiam N. A. tanquam principalis legalior, & melius veritatem sciens super positionibus præsentatis, *vel dicitur*.

Die &c. provisum est, quod N. A. deponat tanquam principalis melius sciens veritatem, non obstante depositione facta per ejus procuratorem.

Die &c. N. N. clarè, & distinctè deponat per verbum *credo, & non credo*, servata forma Regiæ Pragmaticæ.

Die &c. N. N. infra biduum tanquam principalis deponat, *sive*, infra aliud biduum deponat, alias providebitur, *sive*, præcisè, & peremptoriè deponat, alias habeatur pro confesso, prout deterius.

Die &c. stante lapsu termini N. N. habeatur pro confesso, *vel dicitur*, depositio habeatur pro facta prout deterius.

Die &c. visa comparitione præsentata pro parte N. N. non consignetur petita copia positionum.

Die &c. articuli admittantur, salvo tamen jure impertinentium, & non admittendorum ex nunc prout ex tunc facta publicatione.

Die &c. visis comparitionibus fol. . . auditisque partibus, terminus alias datus sub die &c. fol. . . currat, & currere intelligatur ab hodie, *vel* incipiat currere, *vel dicitur*, etiam super noviter deductis, sive super novis in comparitione fol. . . . *vel* supplicatione deductis.

Die &c. visa comparitione fol. . . . testes in termino citatos infra dies . . partes examinare valeant, & de eorum depositionibus habeatur ea ratio, quæ de jure habenda erit, & recipiantur per Examinatorem electum cum interventu D. causæ Commissarii, *vel* absque interventu.

Die &c. pro omni termino, nominatione, & beneficiis partes infra 20. dies, *vel* infra mensem deducant, *vel dicitur*, valeant deducere incumbentia.

Die &c. visis comparitionibus &c. infra quatuor dies audiantur partes, non impedita interim solutione annuorum ducatorum . . .

Circa supradicta quinque prima decreta pro illorum intellectu sciendum est, quod a quolibet interlocutorio decreto per D. Causæ Commissarium domi in-
1 terposito si aliqua pars gravatam se senserit, ad eundem recurrere valet, ac petere illud contrario imperio revocari: quæ praxis descendit ex text. in *l. quod jussit D. de re judic.* ibi: *jussit, vetuitque Prætor contrario imperio tollere, & remittere, l. si opus novum* 16. *D. de op. no. nunc. cap. cum cessante de appellat.* & *cap. si a Judice eodem tit. in* 6. unde si Judici ex integro melius informato videbitur illud esse confirmandum, supradictum interponitur decretum; si vero revocandum, tunc dicitur: *visa comparitione pro parte N. N.*

2 *N. N. præsentata, auditisque partibus, suspenso decreto interposito &c. provisum est, quod sequestrum ordinatum e. g. tollatur*, vel *præstita cautione*, vel *obligatione*. Quod si a primo, & secundo decreto, quo primum confirmatum est, videlicet, quod debitæ exequutioni demandetur, pars, quæ senserit se gravatam, supplici libello recurrat ad Spectabilem D. Præsidem S.C., a quo regiam decretationem de verbo faciendo obtineat ad finem revocandi, tunc prævia monitione, factaque relatione per D. Commissarium, si Sacro Consilio visum fuerit illud confirmare, non dicitur, *debitæ exe-*
3 *cutioni demandetur*, sed *benè provisum*: quemadmodum si dicta regia decretatio obtineatur ad finem confirmandi: ratio autem hujus est, nam tunc S.C. de justitia decreti cognoscit, & auctoritate, qua fungitur, declarat, *benè provisum*; secus erit, si præsentata comparitione de contrario imperio, causæ Commissarius pro majori partium satisfactione, præcedente decreto, quod *moneantur, partes ad audiendam provisionem faciendam per S. C.* causam in Aula proponat; nam si decretum confirmetur, dicitur, *debitæ exequutioni demandetur*: quæ formula vetus est in hoc casu, ut obviam est antiquos processus inspicientibus; in M.C. vero dicitur, *stat in decisis in decreto interposito sub die &c.*

Hinc etiam nota, quod si producta supplicatione cum dicta regia decretatione, quod de decreto Commissarius verbum faciat in S.C., decretum revocetur, pariter dicitur, *suspenso decreto interposito per D.Commissarium &c.* si tamen in aliqua sui parte moderatione indigeat, vel contineat plura capita, & in aliquo sit revocandum, eo casu etiam dicitur, *benè provisum*,
4 ac dictione *verum* moderatur, ut e. g. decretum, quod continet terminum, & sequestrum, & moderandum est circa sequestrum, dicitur: *verum sequestrum tollatur respectu fructuum, & remaneat respectu capitalium*, vel in alia facti specie, *benè provisum*; *verum liberatio fiat in damnum eorum, qui præstiterunt consensum*, vel *cum obligatione*, sive *cautione in casu succumbentiæ in judicio meo*. Porro cætera exempla prætermitto, cum S.C. accommodatè ad rem providere soleat, prout negotium expostulat.

Aliud vero decretum, quo dicitur, *bene provisum per*
5 *idem S.C.* tunc locum habet, cum pars, quæ primam supplicationem porrexit de v. f. alteram porrigit loco reclamationis; quæ cum a S. C. nullius momenti cognoscatur, ejus primum decretum hujusmodi formula confirmatur.

Quoad sextum in ordine decretum, quo dicitur: *stantibus adimpletis, detur terminus dierum octo*, vel *decem*, vel *quatuor* (e. g.) *in præsenti causa utrique parti ad probandum eorum incumbentia*, noto primo, quod illa
6 clausula, *stantibus adimpletis*, involvit exceptiones dilatorias, cautionem expensarum, scripturarum exhibitionem, ac legitimationem personæ, aliis rejectis, vel ad merita reservatis, ut ex *Pragm. 6.* incip. *Si bene* & 7. incip. *Post prædictas de ordin. judic.*

Secundo noto, quod terminus est temporis dilatio, quæ
7 a Judice conceditur ad probandum incumbentia. Dicitur autem *terminus*, quia est actus, quo dilatoriæ exceptiones, aliæve terminantur, & est loco litis con-
8 testationis, de qua in toto C. *tit. de litis contestat.* enim vero hæc uti lapis angularis, & judicii fundamentum est, atque principium, itaut ne partium quidem consensu omitti possit in ordinario judicio, post alios And. Gail. *observ. 75. num. 2.* Bocer. *clas. 6. disp. 20. de litis contest. th. 43.* in ea Judex de meritis causæ cognoscere incipit, & hoc jacto fundamento, ad alios actus
9 ultra progreditur; hinc nomen *processus*, qui alio lapide clauditur, scilicet conclusionis actu.

Tertio noto in eo, quod dicitur, *dierum octo*, *decem*, vel *quatuor*, licet in jure dilatio hæc sit dierum vi-
10 ginti, ut in Pragm. *Post prædictas de ordine judiciorum*, ibi: *terminus ipso jure viginti dierum*, Muscatell. in Glos. *defendendum pag. 5. num. 8.*; in Praxi tamen arbitraria est Judici, qui juxta causæ qualitatem, ac loci distantiam majorem, vel minorem concedit dilationem, ex *Ritu 69.* maximè quod hodie Judicis arbitrio dilationes omnes remittuntur; discreto vero procedat necesse est, ne breviore termino probationibus via claudatur, veritas pereat, & insimul justitia, nec longiori, quam causa expostulat, contra tex. in *cap. pastoralis de except.* in *cap. 2. de sent. & re judic.* &
11 *cap. finem litibus de dolo, & contumacia*, expedit autem Reipublicæ, quanto citius lites terminari, *l. quidam 21. D. de rebus cred. l. properandum 13. C. de jud. l. fratris 10. C. de transact. Novell. 90. §. quia vero in fine*, præsertim ne malitiis hominum indulgeatur, *l. in fundo 39. D. de reivind. cap. sedes 25. vers. nos igitur de re script. cap. intelleximus de judic.*

Dicitur *utrique parti*, scilicet actori, & reo, quibus ho-
12 ra diei est communis, ut in *l. petendæ C. de tempor. in integr. restitut.* & in *Rit. M. C. 90. & 92.* & *Constitut. Regni* incip. *lite legitimè contestata*, *vers. eundemque terminum*.

Dicitur *incumbentia*, quæ scilicet unicuique incumbunt,
13 actori ad fundandum actionem propositam, & reo ad probandam exceptionem oppositam; nimirum ea, ex quibus actio profluit, vel exceptio deducitur, & quæcumque pro causa faciunt, ut ex dict. Regni *Constitut.* incip. *lite legitime contestata*, ibi: *simul omnia, quæ ad probationem, seu adminiculum probationis*: ea vero, quæ si probata fuerint, non relevant, non admittuntur, per tex. & glo. in *cap. cum contingat de officio, & potest. Judicis delegati*, ibi: *probationibus non admissis*, & per *l. ad probationem C. de probat.* ne tempus in alterius præjudicium frustra teratur.

Progredior ad septimum decretum, quo dicitur: *visis &c. infra quatuor dies audiantur partes super omnibus hinc inde prætensis, salva provisione facienda super petito se-*
14 *questro*; ad cujus enucleationem animadverto, quod illa verba, *super omnibus hinc inde prætensis* intelliguntur, quando e. g. Cajus prætendit Titium esse sui debitorem ex variis causis; & e contrario Titius non esse Caji debitorem, sed potius creditorem; vel quia mortuus est Titius, relicto herede Cajo; Sejus autem comparet, & petit medietatem bonorum antiquorum, tanquam Titio conjunctus; quamobrem tenetur probare illi esse conjunctum cum qualitate gradus, & bona
15 in hereditate remansa esse antiqua, & ab agnatis, vel cognatis obvenisse, Napodan. in *Consuet. & si testator num. 33. & nos quædam tetigimus in hac nostra decretorum Praxi cap. 3. num. 125.* ex opposito Cajus heres prætendit, Sejum non esse in gradu, bona vero Titio fuisse acquisita, & antiqua sibi ab eodem Titio inter vivos donata, & vice versa Sejus asseverat, donationem fuisse in fraudem consuetudinis, Cajus e converso uti remuneratoriam sustinet; merito dicitur, *super omnibus hinc inde prætensis*. Sed quoniam pro assecuratione judicii Sejus petit sequestrum bonorum, & fructuum, ut ei prospiciatur, quo judex valeat super eo providere, interponitur decretum cum hujusmodi clausula, *salva provisione facienda super petito sequestro in qualibet judicii parte*: quæ praxis reservandi sequestrum rationi est consentanea; secus id Judici non li-
16 ceret, inspecta dispositione text. in *l. sive pars C. de dilat.* ubi dilatione a Judice data, idest termino, ad-
17 huc eo pendente, ipsius manus sunt in procedendo ligatæ, ut ibi: *sive pars, sive integra dilatio data fuerit eo usque Judicis officium conquiescat, donec petiti temporis defluxerint curricula*, consonat text. in *cap. significante de appellat.* si postea constet de bono jure
18 actoris, tunc dicitur: *die &c. visa comparitione, &c. explicando provisionem reservatam in decreto termini interposito per D. causæ Commissarium sub die &c.* vel dicitur, *in decreto ldto*, si fuerit interpositum per S.C. *fiat sequestrum in forma*; dicitur *in forma*, scilicet, quod bona relaxentur penes quem cum cautione, vel penes tutum tertium cum obligatione, de qua re alibi, Deo favente, dicamus.

Ad aliud porro decretum deveniendo, quo dicitur: *visa*
19 *comparitione, & partibus auditis N. N. infra tot dies præcisè, & peremptoriè testes examinare valeat*, pro ipsius fundamento, sciendum est, quod in jure dilatione semel expleta, alia concedenda non est, nisi justa
20 existente causa, ut ex præcitata *Pragm. Post prædictas* Andr. de Isern. in *Constit. Regni* incip. *in pecuniariis*, *vers. ex justa causa*, ibi: *alias sine justa causa non debet amplius, quam semel dari dilatio, nec aliqua prorogatio, &c.* Cardos. in *praxi Judic. & Advocatm. v. dilatio num. 4.* & *l. oratione D. de feriis* ibi: *Oratione quidem Divi Marci amplius quam semel non esse dandam instrumentorum dilationem expressum est; sed utilitatis litigantium gratia, causa cognita iterum dilatio tam ex eadem, quam ex alia Provincia secundum moderamen locorum impertiri solet; & maxime si aliquid inopinatum emergat. Illud videndum si defunctus aliquam dilationem acceperit propter instrumenta, an successori quoque ejus dari debeat; an vero quia jam data* est,

est, amplius dari non possit? & magis est, ut & huic
causa cognita dari debeat : & *l. in pecuniariis §. ult.*
ff. eod. quæ loquitur in fortiori casu, nempe in causa
criminali : ibi : *in capitalibus autem reo tres dilationes,*
accusatori duæ dari possunt, sed utrumque causa cognita.
21 In criminalibus plane judiciis pro reo non unica di-
latio conceditur, nam ut Glossa *fin.* inquit : *non sic*
cito ibi est currendum; Rei quippe favorabiliores sunt,
l. favorabiliores D. de reg. jur. præsertim cum non ita
instructi ad judicium veniant atque accusatores : equi-
22 dem addo, quod ubi majus est periculum, ut in cri-
minali judicio, ibi cautius est agendum, *cap. ubi pe-*
riculum de elect. in 6. hinc merito inquit Tacitus :
nulla de hominis morte cunctatio longa est ; propè enim
est, ut libenter damnet qui cito ; ut Seneca *lib. 1. de*
23 *clementia*, ac Democritus Ætolorum Prætor admone-
bat, *rem nullam esse magni discriminis consiliis tam ini-*
micam, quam celeritatem, Liv. *lib.* 31. exinde praxis
inolevit, in processibus criminalibus non fieri concln-
24 sionem, sed testes usque ad sententiam recipiuntur ad
defensam, Capyc. *dec.* 81. *n.* 4. & 5. non tamen super
articulis, nè forte instructi falsum deponant, sed uti
promptuarii interrogantur circa hoc, & illud factum,
quid in veritate sciant.

Justa autem causa concedendi novam dilationem quæ sit,
25 Judici, uti probo viro, remittitur, glos. in *Constit.*
in pecuniariis in ver. ex justa causa vers. quod totum,
confert text. in *l. nonnunquam D. de judic. l. si ita*
quis 135. *§. Scio in fine D. de V. O. auth. de testib.* sive
Nov. 90. *§. quia vero in fin.*, & in praxi non est opus
26 impedimenti protestatione, si partes ab initio dilatio-
nem prorogare voluerint, ut ex cit. Pragm. *Post præ-*
dictas vers. nec possunt ; si vero impedimentum facto
petentis exoriatur, alia non conceditur dilatio, arg.
text. in *l. 2. §. pen. D. si quis cantion. &c.* & in *l. item*
si D. ex quibus causis majores, &c. nota, facto pe-
tentis voluntarie. Quinimo nova conceditur dilatio,
27 alia non existente justa causa, tribus tamen concur-
rentibus ; primo, ne prorogatio fraudulenter petatur ;
secundo, ne jus alterius partis deterius efficiatur ; ter-
tio, ne multum post lapsum terminum petatur, juxta
glos. in *Constit. lite legitime contestat. vers. eundemque*
terminum, & in *Constit.* incip. *in pecuniariis vers. ex*
justa causa, sive *in hac quæstione*, fraudulenter, nem-
pe ad judicium protelandum, si tamen pars ea, super
quibus examinare voluerit, in prompta Judici ostendat,
suspicio calumniæ omnino excluditur, ac dilatio est
concedenda, ne jus alterius deterius efficiatur, quod sci-
licet examen non fuerit publicatum, & contenta in exami-
ne peracto parti examinare volenti non innotuerint,
ne multum post, alioquin dilationibus aditus aperire-
tur, & ita passim unvenire pro comperto habemus,
dictumque interponitur decretum, si testes sint in Ci-
vitate ; si extra, ut quia facta sit eorum nominatio,
dicitur, *examen producere valeat*.

Prædictus vero terminus, qui, ut dictum est, vigore
Rit. 69. & enunciatæ *Pragm. post prædictas de ordine*
Judic. Judicis arbitrio, ac ministerio restringi, & pro-
trahi potest, attenta causæ qualitate, ac distantia loci,
28 ubi testes degunt, parte vel petente, vel non instan-
te, concedi solet, Consiliar. Prat. in *addit. ad Musca-*
tell. gl. defendendum p. 5. ad n. 6. Reg. Rovit. super *d.*
Pragm. Post prædictas num. 7. & 8. Hic autem termi-
nus partibus est notificandus, & notificatus non currit,
nisi a die notificatæ electionis Examinatoris, quando-
quidem in S. C. testes recipientur per Examinatores,
29 quorum electio fit a magnifico Secretario prævia bu-
xula, scilicet per sortem, præcedente suspectorum no-
ta, quæ a partibus danda est infra biduum post noti-
ficatum terminum ; quæ dilatio satis congrua est, quia
notitia Examinatorum illico erui potest ab eodem Se-
cretario : quod si quis ex ipsis parti sit infestus, cum
de facto proprio agatur, aliud ultra non est investi-
gandum : si vero de ipsorum qualitatibus actor, aut
reus notionem exquirat, terminus quippe duorum die-
30 rum abunde erit. Aliud decretum, quo dicitur : *pro-*
cedatur ad ulteriora ad ea, quæ incumbunt pro compila-
tione termini, fit, si forte per collitigatorem actorum
nullitas fuerit perperam proposita.

Termino igitur intimato reus, & actor alter alterius
31 depositionem petere potest super positionibus præsen-
tatis, vel præsentandis, ut quoquo modo releventur
ab onere probandi, *cap. 1.* ubi Glos. & *cap. 2. tit.*
de confess. in 6. c. per sedem extra de rescript. Mynsig.
observ. 88. *num. 2. cen. 5.* Gaill. *lib. 1. observ. pract. obs.*
79. *num.* 2. Michalor. *de positionibus cap.* 2. Positiones
32 autem, & earum responsiones usu, & consuetudine
fuerunt introductæ, *Clement. sæpe de V. S.* ibi : *&*
quia positiones usus longævus in causis admisit, post
quamplures docet Borrell. *in summa decis. tom. 2. tit. 1.*
de position. num. 19. & 20. quod a Canonico jure fuit
approbatum, ut in aliaris juribus, & in *cap. 1. de*
litis contest. cap. cæterum de juram. calumn. cap. dudum
il 2. §. partibus de elect. cap. præsentium de testibus in
6. sicque per hujusmodi positiones, quos articulos po-
sitionales appellat Bocer. *clas. 6. disp. 22. th. 11.* pars
adversa solet interrogari, glos. ad *c. 1. in princ. de con-*
fessis in 6. ibi : *quod olim interrogative fiebat, hodie fit*
positive ; atque adeo positiones differunt ab interroga-
33 tionibus, de quibus in jure civili est integer titulus
de interrogationibus in jure faciendis, & interrogatoriis
actionibus ; quæ quidem differentiæ leguntur penes lau-
datum Michalor. *cap. 3. per tot.* Hæc itidem positionum
praxis dimanat ex jure Regni in *Constit.* incip. *Partes*
Rit. 70. 79. 93. & 153. atque ex *Pragm.* 8. quæ incipit
Quinto die de ord. judicior. & in ratione fundatur ; quia
Principales, uti veritatis magis conscii, & legaliores
tenentur deponere ; sæpe enim ex ore proprio veritas
34 elicitur ; imo vel ab invitis pectoribus erumpit, na-
tura magistra ita impellente, & mendaciis obluctante,
ac Deo insuper permittente : quocirca in M. C. in
criminalibus dicebamus, quod indicia, quæ ex ore rei
depromuntur, aliis profecto sunt graviora ; quid quod
35 nulla major probatio, quam propria oris confessio *l.*
l. cum precum C. de liberali causa, ut autem releven-
tur ab onere probandi, capita litigantes conficiunt, quæ
positiones nuncupantur, super quibus interrogari mos est.

Ac pro majore dilucidatione noto, quod positio deriva-
36 tionem sortitur a verbo pono, & est capitulum, quo
actor, vel reus, ut in termino relevetur ab onere
probandi, prout innuimus, factum, aut dictum, quod
existimat verum, & probare contendit, mediante Ju-
dicis aut Examinatoris interrogatione, & partis re-
sponsione, ponit dicendo, *item pone, e vuol provare* ;
quod sane duo potissimum involvit : unum respectu po-
nentia, quia ponens censetur fateri judicialiter illud,
quod ponit, *l. 2. C. de instit. & substit.* Grævæ. *cancl.* 79.
num. 8. & seqq. Cerr. *dec.* 104. *num.* 11. Michalor. *de po-*
sition. cap. 25. num. 1. Borrell. *in summa decis. tom. 2.*
tit. 1. de posit. num. 21. alterum respectu respondentis ;
quia respondens oneratus remanet sua responsione, ut
eruitur ex text. in *l. voluit D. de interrogatoriis action.*

Ceteras positionum descriptiones reperire est in Alberico
37 de Rosate ad *l. 2. C. de juram. calumn. a n. 9.* & apud
cit. Michalor. *cap. 1. num. 3.* supradictam tamen omni-
bus aliis meliorem existimo, utpote clariorem, ut in-
tuenti paret.

Præterea noto, quod praxis hæc triplici respectu consi-
38 deratur, nempe personarum, modi, & temporis, re-
spectu personarum, quandoquidem nedum per Princi-
39 palem, sed per Procuratorem etiam depositio super
positionibus fieri potest, arg. *l. non solum 39. D. de*
procuratoribus, *d. c. 2. de confessis in 6. Rit. 70.*

Id autem locum obtinet, si mandatum procurationis sit
in aliqua certa causa cum clausula ad jurandum, &
deponendum in animam constituentis, sive cum clau-
sula faciendi omne totum, quod Principalis facere
posset : verum si facta depositione per dictum Procu-
ratorem, adversarius de ipsa minime sit contentus, &
40 instet pro depositione Principalis tanquam legalioris,
utique per Principalem fieri debet teste D. Regente
Rovito *decis.* 34. atque ita fuit decisum in S. C. &
etiam in Regio Collaterali Consilio cum Adjunctis in
causa Illustris Ducissæ Nascheræ cum Dominico, &
Jo: Andrea Mazzola ; nam facta depositione per An-
tonium de Arcos Procuratorem ejusdem Illustris Du-
cissæ, cum institissent pro depositione Principalis, tan-
quam melius informatæ, fuit per Sac. Cons. latum in-
frascriptum decretum : *visa depositione facta per Anto-*
nium de Arcos Procuratorem Ducissa, fuit provisum,
quod deponat etiam Ill. Ducissa tanquam Principalis le-
galior, & melius veritatem sciens super articulis præsen-
tatis, ex causis discussis &c. vel dici potest : *deponat*
N. N. tanquam Principalis melius sciens veritatem,
non obstante depositione facta per ejus Procuratorem.

Nihilominus si depositio sit facta per Procuratorem spe-
cia-

41 cialissimam mandatum habentem ad sic, vel ita re-
spondendum, videlicet in hoc facto sic, in elio sic,
tunc non est locus petitioni prædictæ, ut refert idem
D. Rov. fuisse decisum; ex eo, quia hoc in casu de-
positio Procuratoris perinde habetur, ac depositio Prin-
cipalis facta per organum Procuratoris. Ceterum quod
re vera mandatum specialissimum requiratur ad sic, &
sic respondendum positionibus, ex Menoch. *cons.* 84.
num. 64. Hond. *cons.* 66. *num.* 72. *lib.* 1. & ex Rot. in
recent. decis. 779. *num.* 3. *vers. & per easdem rationes*, asse-
ruit M. Ant. Thomatus *decis.* 70. *num.* 6. *& seqq.* &
42 quod Procurator cum speciali dumtaxat mandato, &
cum libera potestate faciendi ea, quæ Principalis pos-
set, sit admittendus, extant decisiones adductæ per
D. Consiliarium Altimare in *observ. ad D. Roviti cit.*
dec. 34. una etiam relata per Cons. Pratum in *addit.*
ad Moscatell. in Glosse legaliores num. 30. *& discept.*
forens. cap. 12. *num.* 6. altera in causa Illustris Ducis
Calabritti cum creditoribus Illustris Principis Gallicani,
atque Ducis Bassanelli, alia, quæ prodiit, referente
D. Regente D. Stephano Padilla, quem ob ejus me-
rita hoc Regentis titulo decoratum suspeximus, in
causa patrimonii Illustris D. Alonsi Vargas Ducis Ca-
gnani cum suis creditoribus; cum enim fuerint gra-
duati Illustres Princeps Carpini, & D. Didacus Var-
gas Marchio Guardiæ fratres pro antefato D. Zenobiæ
Nave in summa ducatorum 7. m. una cum interusurio
liquidato, fuit per creditores opposita satisfactio, quod
penes ipsos remanserint bona mobilia magni valoris,
ac petitum, quod super positionibus præsentatis præ-
dicti deponerent uti Principales; & per eundem D.
Regentem, viso instrumento procurationis facto ab eo-
dem Principe in personam dicti D. Didaci cum clau-
sula *alter ego*, & facultate eddendi qualcumque alias
potestates, cujus vigore Marchio Procuratori addidit
potestatem deponendi per verbum *credo* super positio-
nibus præsentatis; proinde fuit interpositum infrascri-
ptum decretum, videlicet: *Visis actis, atque instrumento*
procurationis, fuit provisum, quod idem Examinator ele-
ctus in præsenti causa recipiat depositionem Illustris Mar-
chionis D. Didaci tam nomine proprio, quam uti Pro-
curatoris Illustris Principis Carpini ejus fratris; adver-
sus quod decretum D. Præsidi fuit porrecta supplica-
tio de verbo faciendo, quo facto, me quoque in di-
cta Aula interveniente, fuit per S. C. decretum con-
firmatum infrascripto alio decreto: *Die 20. Novembris*
1698. visa supplicatione fol. 34. per S. C. declaratum
est, bene fuisse provisum per D. causæ Commissarium
sub die 19. Augusti præsentis anni, ac de depositione
facta habeatur ea ratio, quæ de jure habenda erit in
decisione causæ, in banca de Alexio, Favone Scriba.
Id autem hic præterire non possum, quod juxta relatam
43 decisionem a D. Consiliario Prato, si Principalis in-
terfuit contractui, deponere omnino tenetur; & in
his terminis fuit prolata decisio in causa Ducissæ Ne-
schera; nam contractus cum eadem fuit celebratus, &
in decisione secuta, referente D. Padilla, ego consi-
derabam, quod Illustris Marchio Guardiæ erat non so-
lum Illustris Principis Carpini frater, sed etiam Prin-
cipalis; ideoque plenissime rei conscius, & informa-
tus. Insuper, quod petitio depositionis Principalis,
non obstante depositione Procuratoris amplam potesta-
44 tem habentis non procedit, si Principalis absit, &
ignoratur ubinam commoretur, juxta Michalori do-
ctrinam in *tract. de position. cap.* 69. *num.* 26.
Quemadmodum conclusio tradita per D. Regentem Ro-
45 vitum in dicta *decis.* quæ est ibi secunda conclusio,
nempe quod Procurator constitutus etiam cum ampla
potestate, sed generaliter in causis motis, & moven-
dis, & non in certa causa, non admittatur ad juran-
dum, & deponendum, limitatur, quoties procurator
constitutus est tempore litis motæ; namque se habet,
perinde ac si in eadem lite fuisset constitutus.
Item si Principalis non multum distet a loco judicii,
unde verisimiliter procurator notitiam, & instructio-
nem eorum, quæ in positionibus continentur, recipe-
re potuerit, ex traditis per sæpe cit. Michalor. in *d.*
tract. de posit. c. 34. *sub num.* 8. *&* 9. hinc bene inquit
Grizzius in *obs. ad Capyc. Latro dec.* 86. *sub num.* 10. *vers.*
eo magis, quod in hac materia versatur Judicis arbi-
46 trium, ex Ritu 97. ibi: *bene tamen respondere per Pro-*
curatorem est in arbitrio Curiæ, scilicet ex causis, &
earum circumstantiis.
Porro autem satis ne sit, quod Procurator positionibus
respondeat, ita ut principalis nunquam cogatur ulte-
rius respondere, consulere non tædebit Scaccium de
judic. lib. 2. *cap.* 7. *qu.* 18. *n.* 548. *& seqq.*
Rursum Tutores, Curatores, Rectores Ecclesiarum, aliæ-
47 que personæ administrationem rerum alienarum aucto-
ritate legitima gerentes positionibus respondere debent,
ut colligitur ex text. in *l.* 2. *§. quod observari C. de ju-*
rejur. propter calumn. dan. adultus autem, aut impubes
doli capax Tutoris, & Curatoris consensu, & aucto-
ritate interveniente, per se ipsos respondent, eorumque
confessio valida quidem est, quamvis beneficio restitu-
tionis in integrum succurratur, Bocer. *clas.* 6. *disput.*
22. *de probat. per part. adversa. &c. th.* 38. *& seq.* qua de
re vide, si libet, Sigism. Scacc. *de judic. lib.* 2. *cap.* 7.
qu. 24. *num.* 713. *& seqq.*, *& qu.* 25. *num.* 747. *& seqq.*
& Michalor. *in d. tract. de Position. cap.* 68. *per tot.* Bor-
rell. in *summa dec. tom.* 2. *tit.* 7. *de position. num.* 107.
& seqq.
Respectu modi; nam pars requisita deponere debet cum
48 juramento de veritate dicenda super capitulis, seu po-
sitionibus præsentatis, ex *cap.* 2. *de confessis in* 6. &
l. 2. *§. quod observari C. de jurejur. propter calumniam*,
ibi: *convenit enim & ipsos jurejurando affici*, ex Con-
stit. Regni, quæ incipit *pastes tit. de interrogand. liti-*
gator. ibi: *respondentem ad Sacramenti religionem addu-*
cere eum posse censemus, & ibi glos. in *verbo Sacra-*
menti 5. *de veritate dicenda, ut de probationibus cum*
de indebito §. in omnibus.
Respondere autem debet per verbum *credo, & non credo*,
49 dicendo, *credo ut ponitur, non credo, ut ponitur* super
unoquoque capitulo, uti dictat enunciata *Pragm.* 8. *de*
ordine judicior. & deprompium est ex dicta *l.* 2. *cod. §.*
quod observari, ex illis verbis: *tamen quod quisque cre-*
dit, & existimat, &c.
Hinc pro majore intelligentia noto, quod inter verbum
50 credo, & scio quædam intercedit differentia; nam
scire proprie est, quod per sensus corporis percipitur,
nempe scimus, quia vidimus, audivimus &c. conferunt
jura in *l. si arbiter D. de probat.* & in *can. hoc vide-*
tur 22. *q.* 5. credere vero, quod mente, quadam ra-
tione animum movente, ad putandum verum esse,
quod proponitur; & aliquando dictum verbum *credo*
ponitur pro existimo, ut supra in enunciata *l.* pro co-
gito, sive præsumo, notat quoque Alberic. de Rosate
in suo *dictionario in V. credo*: comprobatur etiam dicto
Jesu D. nostri, qui Thomæ Apostolo inquit: *quia vi-*
disti, credidisti; beati qui non viderunt, & crediderunt.
At vero in casu nostro licet responsio per verbum credo
habetur uti confessio, ut pars contraria relevetur ab
onere probandi, tamen aditum non intercludit respon-
51 denti, quominus valeat testes in sui defensionem ad-
ducere, & veritatem ostendere, quæ praxis deducitur
ex enunc. *l.* 2. *§. quod observari*, ibi: *& licet vera*
causæ natura alia forsitan est, tamen quod quisque cre-
dit, & existimat hoc esse jurandum; facile enim quis
ex aliqua causa inductus credit ita esse factum, quod
proponitur, quod re vera aliter se habet errore, aut
memoriæ labilis culpa, cæterum responsio de creduli-
tate facta per principalem super positionibus interro-
gantem, veritatis responsio nuncupatur, Curt. *de posit.*
52 *num.* 5. Pacian. *de prob. lib.* 1. *cap.* ... *num.* 28. Mascard.
eod. tract. concl. 1176. *num.* 20. Riminal. *cons.* 491. *nu.* eo.
Magon. *decis. Flor.* 17. *nu.* 22. Scac. *de jud. lib.* 2. *cap.* 7.
num. 711. Sola *super Constit. Sabaud. in tit. de posit. gl.* 16.
& æque ut confessio præjudicat, cum verbum *credo*,
& *non credo* habeatur, ac si esset verbum affirmativum,
vel negativum, Borrell. *in summa decis. tom.* 1. *tit.* 1.
de position. num. 83. secus vero depositio de credulitate,
sive confessio per testem super articulis facta, *cap.* 1 *um*
causam ext. de testib., consule Rutger. Rulent. *de Com-*
missar. & commission. Cam. Imperial. par. 2. *lib.* 2. *c.* 19. *de*
responsione per verbum credo.
Verum Principalibus non est prohibitum precise respon-
53 dere dicendo, *verum est, quod ponitur*, & *non verum*
est, quod ponitur, cum modus ille per verbum credo,
& non credo in eorum favorem fuerit introductus, cui
renunciare queunt, & ita judicatum in S. C. post
Troysium testatur D. Rovit. super enunc. *Prag. Quin-*
ta dic n. 9. quod si obscure deponant, coguntur clare
respondere, juxta glos. in *l. certum D. de confessis in*
54 *v. confitentur*: sicque in praxi interponitur decretum,
quod N. N. clare, & distincte deponat per verbum cre-
do, & non credo, servata forma Regiæ Pragm. & hoc
55 pacto Principalis respondere tenetur positionibus, non
obstan-

obstante, quod contenta in libello, quæ fortasse in
eisdem quoque continentur, negasset; ut post antiquio-
res notat Albericus in *d. l.* a. *n.* 23. & ratio est, non
solum quia hominis consilium mutabile est, juxta il-
lud Horat. *lib.* 2. *carm.*

Quid quisque velit, nunquam homini satis
Cautum est in horas,

sed quia super positionibus nonnisi cum juramento, &
interrogatus cogitur respondere: si vero positionem
neget, & ex processu dignoscitur sibi esse proficuam,
56 tali positione postmodum uti nequit, ut ex Ar. &
Cardinal. in *c.* 1. *de confes. in* 6. ex Inn. in *c. cum
olim ext. de conf.* testatur Alberic. a Rosate in *d. l.* 2.
n. 22. *circa fin.*

Cæterum positiones simplices esse debent, factum, non
57 jus continentes, ut statuit eadem regia *Pragm. Quin-
ta die*, neque impertinentes; cujusmodi sunt, quæ ad
factum causæ neutiquam spectant, neque adminiculum
præbent, Michalor. *de position. cap.* 19. *num.* 4. & 5.
Praxis autem inolevit, quod admittantur cum clausu-
58 la, *salvo jure impertinentium*, ne causa differatur ob
cognitionem impertinentium, de qua clausula latè dis-
serit idem Michalor. *d. tract. de position. cap.* 38. quem
vide.

Principalis interrogatus si renuat respondere, & sit ab-
59 sens, trina monitione, seu per tria præcepta, vel pro
tribus unicum peremptorium cum congrua dilatione
citari debet, juxta *l. in peremptorio D. de judiciis*,
duabus primis multa apponitur, in ultima vero inseri-
tur tenor positionum, & accusatis contumaciis, decre-
tum fit cum peremptorio, & comminatione, quod
alias habeatur pro confesso, prout deterius: quæ ultima
60 citatio, sive decretum sanctius erit, si personaliter
intimetur, sanctius, inquam, scilicet ad uberiorem
cautelam, cum satis, abundeque tribus præceptis cer-
tior factus videatur: dictum vero D. Sanfelicii in sua
praxi sect. 48. *num.* 11. quod in ultimo personaliter ci-
tatus habetur pro confesso, in praxi minimè servatur;
non enim est opus, quod hæc postrema citatio perso-
naliter fiat, sed tantum ad cautius agendum, ut modo
diximus. Sin autem sit præsens, fiunt quoque tria
61 præcepta; primum, quod *infra biduum tanquam Prin-
cipalis deponat, & intimetur*; quo elapso alterum,
quod *infra aliud biduum deponat, alias providebitur*:
postremum, quod *infra aliud biduum precisè, & pe-
remptoriè deponat, alias habeatur pro confessu, prout de-
terius*, neque amplius auditur: & quanquam D. San-
felic. in *d. sect.* 48. *eod. num.* 11. opinetur, quod si
Principalis sit præsens, fit ei unicum præceptum; ta-
men ego servavi, servatumque semper animadverti,
quod expediantur tria præcepta, juxta text. in *l. Se-
natus §. tribus D. de jure fisci*, Anna *singul.* 406. &
in ultimo subjicitur, quod *habeatur pro confesso*.

Post hæc, decretum a Judice profertur, quod *stante la-
62 psu termini, N. N. habeatur pro confesso*, vel *ejus de-
positio habeatur pro facta, prout deterius*, quando qui-
dem nemo contumax habetur ipso jure pro confesso,
sed requiritur declaratoria, Glos. in *cap.* 2. *in v. pro
confesso de confessis in* 6. Bart. in *auth. principales §.
quod si actor num.* 5. cæterique apud Scacc. *de judic.
lib.* 2. *cap.* 7. *qu.* 14. *num.* 522. Rovit. super *Pragm.
Quinta die num.* 43. Borrell. *in summa decis. tom.* 2.
tit. 1. *de articul. & num.* 94. Gizzius in *obs. ad Capyc.
Latr. decis.* 86. *num.* 6. quamvis *Pragm.* statuat, quod
ipso jure habeatur pro confesso.

Quæ sane praxis fundatur in *l. de ætate §. qui tacuit* 4.
*& §. seqq. D. de interrogat. in jur. faciend., & inter-
rogat. act.* in *d. cap.* 2. *de confess. in* 6. in *l. qui tacet*
63 185. *D. d. reg. jur.* ibi: *qui tacet, non utique fatetur,
sed tamen verum est eum non negare*, *cap. qui tacet* 43.
de reg. jur. in 6. ibi: *qui tacet consentire videtur*, &
in *cap. is, qui tacet* 44. *eod. tit.* ibi: *is, qui tacet,
non fatetur, sed nec utique negare videtur*, de hujusmo-
di autem positionibus taliter confessatis edisserunt Car-
pan. ad *Statut. Mediolan. cap.* 83. Post. *de manuten.
64 observ.* 83. Michalor. *de Position. cap.* 61. Scaccia *de ju-
dic. d. lib.* 2. *cap.* 7. *q.* 11. *& seqq.* Borrell. *in summa
decis. tom.* 2. *tit.* 1. *de position. num.* 94. *& seqq.*

Itidem respectu modi positiones Principalibus non con-
65 ceduntur, ne instruantur: exinde decretum illud in-
terponitur, quod *non consignetur petita copia positionum*;
sæpe enim ex improviso veritas elicitur ex homini-
bus, consulto autem illa in corde latescit; unde belle
Cajus apud Stob. *ser.* 11. inquit: *veritas nullam requi-
rit præmeditationem*; itaque facienda statim est deposi-
tio, etiam si idiota sit; quod limitatur de jure com-
66 muni, si respondere intendat de veritate, nempe, fa-
ctum verum est, vel non est, ex *l. qui interrogatur
D. de interrogat. &c.* Porro modus deponendi duplici-
67 ter consideratur, primo videlicet juxta Regiam *Pragm.*
per verbum *credo*, & tunc tenetur statim deponere,
secundo scilicet per assertionem veritatis, affirmando
ita esse, vel ita non esse, & tunc consulto valet res-
pondere, ut quidam tenent; quorum opinio rectè pro-
cederet de jure communi, at inspecta Regiæ Pragma-
ticæ dispositione nequaquam subsistit. Cæterum ubi
quis omnino respondere velit per verbum veritatis,
non esset copia positionum deneganda ad consulto res-
pondendum, si loqueremur de jure communi, ut paulo
ante diximus, & in quibusdam casibus admonuit Mi-
chalor. *de Position. cap.* 34.

Itaque sine temporis intervallo positionibus est respon-
68 dendum, & sine consilio Advocatorum, & Procura-
torum, s. Principalis non deponat præsente procura-
tore, nec procurator præsente Principali, ne vel ipso
unto instruatur; qui enim ludentes alios videt, me-
69 lius vincendi modum cognoscit, quam ipse lusor glo.
in *l. error C. de jur. & fact. ignorant.* & innuit *Rit.*
M. C. 79. quo fuit correcta hac in re *Constitutio* in-
cip. *Partes tit. de interrog. litigat.*, nec reperitur ali-
ter ordinatum a dicta regia *Prag. Quinta die*.

Hinc etiam fit, quod quamvis D. Sanfelic. in *praxi ju-
70 diciar. sect.* 48. *num.* 10. dicat, quod quando factum
est antiquum, vel recens, sed nimis implicitum, &
intricatum, utpote dependens a calculo, conceditur
dilatio deponenti, ut respondeat capitulo positionis,
testimonio quoque Consiliarii Matthæi de Afflicto in
d. Constit. Regni incip. *Partes num.* 23. id compro-
bantis quamplurimis DD. Auctoritatibus, dummodo
causam dubitationis alleget; ego tamen constantissime
teneo, Consiliarium de Afflicto loqui secundum dictam
Constit., qua modus respondenti per verbum *credo* non
erat præscriptus, & DD. ab eo laudati de jure com-
muni ratiocinantur; temeraria quippe mihi videtur in
71 facto proprio dubitatio; veruntamen hoc in casu exi-
stimarem, satis esse pro cautela deponentis, quod for-
malæ illi per verbum *credo* adjiciatur clausula *citra
præjudicium veritatis*, in facto ambiguo, & intricato,
respondendo: *credo ut ponitur*, vel *non credo ut poni-
tur citra præjudicium veritatis*, arg. tex. in *l. peregre*
44. *D. de acquir. vel amit. poss.* ibi: *neque infirmita-
tem memoriæ damnum afferre possessionis, quam alius
non invasit*; maxime quod, ut probatum est, valet te-
stes adducere in sui defensionem pro veritate facti,
quoties positionibus respondetur per verbum creduli-
tatis.

Si quis vero proprium factum calumniosè neget, convi-
72 ctus de mendacio mulctatur pœna Judicis arbitraria, ut
in d. *Pragm.* & quemadmodum notat Gallup. *in praxi
p.* 2. *cap.* 19. *fol.* 169. *num.* 7. si Principalis possidere ne-
get, aut asserat possidere nomine proprio, possessio-
nem amittit.

Insuper quoad modum, petita depositione, si procurator
73 non habeat validum mandatum, & offerat depositio-
nem sui Principalis in tali loco degentis, Pars, quæ
pro depositione institit, cogitur expedire literas com-
missionales cum copia positionum pro examinando Prin-
cipali propriis sumptibus; Officialis vero loci, cui fit
commissio, sumptibus deponentis illam recipere debet;
ipsius enim absentia causa est expensarum, teste Afflì-
cto *decis.* 177. D. Præsid. *decis.* 332. *num.* 7. Anna *sing.*
405. & ita servatur. Hinc cauti procuratores eas parti
adversæ consignant per Scribam causæ, qui testatur de
dicta consignatione: at quoniam depositiones ad invi-
cem peti possunt, & regulariter primo ab Actore,
cum suam actionem fundare debeat, praxis inolevit,
quod dato termino, in calce ipsius, dicatur, *Actor
74 offert deponere*, ne in longum protrahatur hic actus,
cum hanc depositionem reus usque ad conclusionem
petere possit, verum si hoc non dicatur, non ideo
inducitur nullitas, sed adhuc terminus currit; siquidem
nonnisi requisitus deponere quis tenetur, quicquid ve-
lit Gizzius in *observ. ad decis.* 86. *Capyc. Latro n.* 2.

Rursum si sit persona egregia in dignitate constituta, vel
75 mulier honesta, quæ non tenetur ad judicium venire,
juxta text. in *l. ad personas egregias* 15. *D. de jurejn-
ran. cap. mulieres de judic. in* 6. *Nov.* 124. *cap.* 1. §. *si
vero mulier*, tunc aut mittitur ad eam Actuarius, aut
reci-

recipit ipsius depositionem, aut illam recipit Officia-
lis loci, cui committitur, sumptibus quoque ejusdem-
met Principalis.
Verum si is, qui petit depositionem, Officialem loci,
76 in quo Principalis degit, suspectum allegaret, sala-
rium ejus, cui committitur receptio depositionis exol-
vere tenetur, non autem Principalis, ut testatur D.
Rovit. super eadem *Pragm. num.* 25. quoniam ipsi im-
putandum est, qui ob allegatam suspicionem præbuit
causam expensis. At vero D. Pratus contrarium sub-
stinet in *addit. novissima ad Mustatell. in glos. legalio-
res ad n.* 18. ex eo quod absentia Principalis a loco
judicii efficit, ut colligatur ipsius depositionem exqui-
rat extra illum locum, cum causa primæva, & origo
77 cujuslibet rei inspici debeat, *l. quid quod* 34. *in princ.
D. de donat.* cum concord. & cum sua absentia sit cau-
sa suspicionis, eidem est tribuendum, si petens depo-
sitionem habeat suspectum Officialem loci, ubi degit;
nam utique si esset in loco judicii, maxime in hac
Civitate Neapolis, illico subrogaretur alter Examina-
tor ad recipiendam depositionem absque aliis expensis,
& judicium procederet sine suspicione, per text. in *l.
apertissimi C. de judiciis* cum infin. concord. unde cum
suspicio illa, quam habet petens depositionem, Offi-
78 cialis loci; ubi degit Principalis absens, veniat in
consequentiam, non debet attendi, per text. in *l. si
quis nec causam D. si certum petatur*, ubi DD. com-
muniter, & D. Præs. *dec.* 64. *num.* 18. & sic a D. Prato
retorquetur argumentum D. R. Roviti asserentis, im-
putandum esse allegant Officialem suspectum, non
autem Principali absenti.
Et re tamen erit distinguere, quod si suspicionis causa
clara sit, & indubia, expensæ, quæ fiunt ultra locum,
ubi Principalis ipse commoratur, pro salario alterius
Officialis, cui committitur depositionis receptio, ab
eodem Principali deponente solvendæ sunt, & sequor
sententiam Roviti; si secus, illam D. Prati libenter
amplector.
Respectu temporis ex *Rit.* 93. usque ad conclusionem
79 exclusive depositio Principalis admittitur, & post con-
clusionem super novis emergentibus; ex recentissima
tamen praxi nullo quidem tempore non admittitur,
teste D. Præside *dec.* 220. *num.* 4. ea ratione; siquidem
in Regno proceditur sola facti veritate inspecta, &
hæc est melior probatio, *l. cum precum C. de liberali
80 causa*; non est enim tempus probationis restringen-
dum quoties calumniæ præsumptio abest, ut omni tem-
81 pore veritas elucescat; præsertim quando timor su-
bornationis, ut in testibus, procul esse dignoscitur.
Petita depositione, donec eadem fuerit facta, terminus
82 non currit, ut per glos. in *clem. sæpe in v. post da-
tionem de V. S.* Gizz. in *observat. ad decis.* 86. *Capyc.
Latro num.* 2. sed supersedere solemus in causa, teste
D. Præside *decis.* 220. & ita servatur in praxi. De
hujusmodi positionum materia sedulo tractant Jacobus
de Arena, Hubertus de Bobio, Franciscus Curtius,
Blasius Michalorius, Odofredus Beneventanus, Rolan-
dinus de Romanciis, ad quos lectorem remitto.
Expletis depositionibus, ultro citroque per Principales
præsentantur articuli, seu capita, quæ id omne com-
83 plectuntur, quod in eorum supplicationibus, seu com-
paritionibus propositum, oppositumque fuit, & nun-
cupantur articuli; nam sicut in humano corpore nodi,
quibus membra junguntur, articuli appellantur, ita in
causis capita prædicta, quorum unum alii connectitur,
ad probandum producta, ut dictum est, articuli voci-
tantur, a verbo græco ἄρθρον, quod latine junctum
dicitur, Rutg. Rulant. de *commissar. & commis. Cam.
Imper. lib.* 1. *cap.* 2. *n.* 8. & super iisdem examinan-
di tunc testes; idcirco differunt a positionibus, super
quibus in Regno Principales interrogantur.
De jure communi articulorum copia Partibus conceditur,
84 ad text. in *l.* 2. *C. ut lite pendente*, Abbas, cæte-
rique Canonistæ in *cap. per tuas de testib.* ex duplici
ratione; prima, ut pars adversa conficiat interrogato-
ria, quæ quidem sunt species defensionis, ut per Mu-
statell. in glos. *impertinentes num.* 30. *in fin.* altera,
ut impertinentes rejiciantur. Hoc tamen pacto conce-
ditur, nimirum super eis examinato prius actore, vel
reo petente, & data etiam copia suorum articulorum
intra brevem terminum, scilicet duorum dierum, ut
mora rumpatur, nec gravetur pars in productione te-
stium. Verum in Regno non datur copia articulorum,
teste Afflicto in *decis.* 33. *num.* 3. Caravit. super *Rit.*
79. *nu.* 11. D. de Franch. *dec.* 220. *nu.* 14. rejecto
Maranta *par.* 6. *actu* 4. *nu.* 19. qui fundatur in Pragm.
Quinta die, quæ loquitur de depositionibus Principa-
lium; in Regno enim, & præsertim in S. C. & in
M. C. interrogatoria non usu veniunt, ob causarum
multitudinem, ne ipsarum expeditiones differantur:
usus autem invaluit, ut positiones vicem gerant in-
85 terrogationum respectu Principalium; quoad testes
vero satis est repulsa, & repulsa repulsæ. Ne igitur
Judex in cognitione articulorum impertinentium im-
moretur, indistincte admittuntur cum clausula, *salvo ju-
re impertinentium*, quemadmodum etiam docet post
86 quamplures Rutger. Rulant. *de commissar. & commis-
sion. Cam. Imper. par.* 3. *cap.* 4. *num.* 7. alioqui pendente
discussione an articuli pertinentes sint, vel imperti-
nentes, terminus non curreret, Borrell. in *summa dec.
tit.* 5. *de artic. &c. num.* 153. proposita ergo petitione,
ut impertinentes rejiciantur, decretum interponitur:
*admittantur, salvo tamen jure impertinentium, & non
admittendorum, ex nunc prout ex tunc facta publicatio-
87 ne*; nempe publicato testium examine; quæ clausula
operatur, quod articuli censeantur rejecti, non secus
ac si testes recepti non fuerint.
Publicato postea examine testium, si articuli evidenter
impertinentes non sint, & ita Judici videbitur, illo-
rum cognitio in calculo ferendæ sententiæ reservatur;
88 de qua articulorum materia Deo favente late in 2.
Parte dicemus.
Gradum facio ad aliud decretum, scilicet: *terminus alias
datus sub die &c. currat, & currere intelligatur ab ho-
die*, vel dicitur, *etiam super noviter deductis*; quod
89 quidem interponitur, quoties impartitus terminus ob
aliquod impedimentum non currit, ut quia de prædi-
cto termini decreto reus obtinuit supplicationem de
verbo faciendo, vel quia petiit depositionem Princi-
palis super positionibus, vel quia incontinenti post
terminum aliquam exceptionem dilatoriam opposuit,
90 cum incontinenti illam proponere possit; juxta glos.
in *l. Pomponius §. ratihabitionis in v. contestationem D.
de procurat.* quæ Glos. proprie loquitur in exceptione
91 legitimationis personæ; nam satis dicitur ante fieri,
si fiat incontinenti, Capyc. *dec.* 48. incontinenti vero
semper dicitur, quando aliquis alius actus ex iis, quæ
92 incumbunt, post terminum non subsequitur; ut non
semel decrevimus, quod *suspenso decreto termini, N.N.
adimpleat*; quo adimplemento jam facto, per aliud
decretum dicitur, *quod terminus alias datus currat, &
currere incipiat*, quod si quidquam de novo per com-
93 paritionem, seu supplicationem per partes deductum
fuerit priori facto respondens, decreto injungitur: *cur-
rat etiam super novis in comparitione fol. . . sive sup-
plicatione deductis*. Neque hic prætermitto, quod si in
decreto non fuerit declaratum super noviter deductis,
sed tantum fuerit citata comparitio, seu supplicatio,
& dictum *visis comparitionibus*, seu *supplicationibus
fol. . . & fol. . .* adhuc denuo deducta in eodem ter-
mino comprehensa censentur, ac terminus currit etiam
super deductis.
Quoad aliud attinet decretum, quo dicitur: *testes citati
94 in termino recipiantur, & de eorum depositionibus ha-
beatur ea ratio, quæ de jure habenda erit*, sciendum est
95 primo, quod ut testes probent, rite recipi debent,
cap. in nomine Domini in testib. nimirum ut in termi-
no citentur, juxta text. in *l. si quando C. de testibus,
d. cap. in nomine Domini de testibus* Rit. M. C. 149.
& 155. etenim si testes non citati deponant, nimium
96 de veritate dubitatur, ac subornationis oboritur suspi-
cio, arg. *l. quæ omnia §. sed & si D. de Procurat.*
Daniel Venatorius in *Analysi juris Pontificii lib.* 2.
tit. 21. *axiomate* 2. hinc ne Judicis auctoritas conte-
mnatur, & in Partis præjudicium veritas occultetur, non
sine quadam pœna pecuniaria citandi sunt, & in casu
retinentiæ decretum fit, quod *compellantur captis pi-
gnoribus, & expediantur literæ exequutoriales pro pœna
in citatione contenta*, quod fundatur in text. *l.* 3. *§.
exhibere D. de tab. exhib. l. si quando C. de testib. cap.
cum causam de testib. cogend.* docent præ cæteris DD.
Menoch. de *arbitr. judic. lib.* 2. *cent.* 5. *cap.* 487. Rutger.
Rulant. de *commissar. & commission. Cam. Imper. lib.* 2. *cap.
7 num.* 7. *& seqq. part.* 2. verum si compareant tempo-
re opportuno, iisdem de æquitate executum pignus re-
stituitur. Secundo, quod recipiantur prævio juramento
de veritate dicenda, *l. jurisjurandi q. & l. si quando C.
de testib. cap. fraternitati.* 17. *in fin. cap. quoties, cap. licet*

§. te-

§. *testes*, *cap. tuis*, *cap. super nobis* 5., *in fin. de testib. & attestationibus can. hortamur* 23. *q.* 9. cum concord. quæ
praxis etiam de jure divino descendit, ut in Genesi
cap. 31. ubi Jacob voluit, ut testimonium Abel sui
98 soceri juramento confirmaretur. Tertio, ut recipiantur parte citata ad videndum eorum juramenta, *d. l. si quando C. de testibus*, *cap. in nomine Domini* 2. *de testibus*, est utique pars adversa requirenda, ut certior ipsa reddatur, juramentum Examinatoris incuria non fuisse omissum, ut consideret, quod prævio juramento testes veritatem deposuerint, & proinde deliberare possit, an liti cedendum; atque etiam ut sibi testium qualitas innotescat pro repulsa ei competente: in dicta vero citatione, seu requisitoria explicentur oportet locus, & tempus, quo testes recipiendi sint; ideo in eorum receptione dicitur, *testis citatus*, *relatus*, *& medio juramento interrogatus*, hinc etiam admoneo, quod
99 si Principalis sit requisitus ad videndum dictum juramentum, Procuratorem constituere potest, & è contrario procurator suum Principalem certiorem reddere, sicubi contigerit examinari testes in partibus:
100 hæc tamen citatio partis adversæ ad videndum testium juramenta locum non habet in multis casibus collectis per Farinac. de *testibus lib.* 3. *tit.* 8. *qu.* 72. *cap.* 1. & 2. & notat D. Reg. Rovit. super *Pragm.* 9. *de ord. Judicior. num.* 17. ac Bocer. *clas.* 6. *disput.* 23. *de pro-*
101 *bat. per testes th.* 51. Porro utraque pars testibus ab alterutra parte citatis uti potest; cum neque oltronei, neque amici hoc in casu reputentur, & ita decisum per S. C. teste Anna *sing.* 510. sicque in praxi serva-
102 mus. Quarto, ut interrogati factum cum claritate deponant, & causam scientiæ allegent, ut veritas comprobetur, alioquin non probant; quinimo de causa scientiæ etiam non interrogati circa res, quæ corporeo sensu non comprehenduntur, sed tantum intelle-
103 ctu concipiuntur, illamque reddere debent claram, & sufficientem, juxt. text. in *l. solam C. de testibus*, & DD. communem Conclusionem, ut videre est penes Josephum Mascardum *de probat. concl.* 1375. *n.* 5. 6. 47. & 52. ibi: *etiam si testes rationem non sufficientem redderent, nam non probant*, & Præs. Jacob. Menochium de *Arbitrariis Judicum lib.* 1. *qu.* 25.

Amplius noto in eo, quod dicitur, *& de eorum deposi-*
104 *tionibus habeatur ratio, quæ de jure habenda erit*, nimirum *de jure*, si rite fuerint recepti, si de jure recipi poterant, si habiles, vel inhabiles sint; de qua
105 testium materia interrum Prosperus Farinacius librum conscripsit, ac peculiares tractatus edidere Andreas Barbatia, Bartolus, Albertus Blandinus, Ægidius Bossius, Joannes Campegius, Hortensius Cavalcanus, Jo: Crottus, Franciscus Curtius, Thomas Diplovatarius, Nicolaus Everhardus, Wendelinus Heilmannus, Albericus de Maletis, Robertus Marania, Joachimus Mynsingerus, Nellus a S. Geminiano, Nepos de Monte Albano, Nicolaus Perrenotus, Jo: Oldendorpius, Petrus Rebuffus, Justus Reuberus, Christophorus Philippus Richterus, Jo: Rudolphus Satlerus, Fridericus Schench, Rodulphus Volckmannus in ejus *pract. consl.*

Enimvero non abs re fuerit hic loci repetere quod su-
106 perius etiam tetigimus, in causis in S. C. vertentibus testes super articulis recipi per Examinatorem prævia nota suspectorum electum, ac per sortem, & super quolibet articulo recipi posse septem testes, & ol-
107 tra hunc numerum receptos rejici, nisi aliter causæ conditio expostulet, aut Judici visum fuerit, ut in facto antiquo, in quo decem recipi possunt, ut sanxit *Regia Pragm. prima de testium refrænatione*; refrænatio vero testium fit quoad illos postremo receptos, nisi personæ essent privilegiatæ, quo casu est in eorum arbitrio prima, vel postrema testium receptione uti, quemadmodum decisum fuit per S. C. teste Thoro *in decis. compendio verb. refrænatio testium*, & penes Rovit. super *Prag.* 1. *de refræn. num.* 3.

Deveniendo ad explicationem alterius decreti, quo dici-
108 tur: *Die &c. visis &c. pro omni termino, nominatione, & beneficiis partes infra viginti dies, vel infra mensem* (prout videbitur) *deducant incumbentia*, noto primo, quod si testes examinandi super articulis morentur extra civitatem, & infra dietam parti quinque
109 dies conceduntur ad eorum nominationem faciendam cum specificatione nominum, & cognominum: dico infra quinque dies, scilicet post notificationem termini juxta *Prag.* 4. §. 9. *de dilat.*, ut tradunt Pratus in *addit. ad Muscat. p.* 5. *glos. suspectorum ad n.* 18. Rov. super *Pragm. Post prædictas* 7. *de ord. judic.* Petra *super Ritu* 140. *num.* 2. quæ dilatio non est incongrua; nam actor
110 in judicium venit ad agendum instructus, & reus in judicium vocatus, qui contendere jam deliberavit, in arenam quoque paratus descendit.

Curriculus vero nominationis intra Regnum, si testes degant in loco, qui a Civitate distat per unam dietam, pro qua viginti milliaria computantur, erit quin-
111 decim dierum, si ultra distet, pro qualibet dieta quinque conceduntur dies, ita ut intra Regnum dilatio prædicta spatium trium mensium non excedat, si extra Regnum, non erit ultra sex menses, ut in *Prag.* 7. *de ordin. judic. &* 3. *de dilation.* cum hac tamen differentia, quod in nominatione, quæ fit extra Regnum, partes non modo locum, ubi testes degunt, declarare debeant, ac testes per nomina, & cognomina specifi-
112 care, sed cum deposito quoque ducatorum quindecim quolibet mense, pro pœna eorum, qui nominatione non utuntur, vel nihil probant, eamque faciunt ad defatigandam partem, & sic ad evitandas dilationes, ut in *Pragm.* 3. *de dilation.* pœna vero ducatorum duodecim contenta in *Prag.* 7. *de ordine judic. ac* 1. *de procurat.* imposita contra non utentes nominatione facta intra Regnum, vel nihil ad causam probantes, ita ut petita nominatio, tamquam dilatio dijudicetur, aucta est usque ad summam ducatorum quinquaginta, ut in *Prag.* 8. §. 5. *de dilation.* verum hæ pœnæ vitantur, si
113 a partibus prædictæ nominationi renuncietur, ut in *Pragm.* 59. *de officio S. R. C.* quæ renunciatio in praxi facienda est antequam testium audientia notificetur.

Ad effugiendum vero depositum praxis inolevit, quod
114 partes nominationem faciant extra Regnum cum protestatione; quod velint uti termino non secus ac si intra Regnum, & in remotioribus Regni locis nominationem fecissent, de qua testantur D. Præses *decis.* 57. & D. Petra *Rit.* 140. quod in viridi est observantia.

Unum tamen adverte, ut actor, vel reus, qui nomina-
115 tionem fecerit temporis dilatione sine fraude utatur, remotiorem Regni locum esse attendendum, qui est prope locum extra Regnum; si quis enim nominet habere testes in civitate Romæ, locus remotior scilicet Hydruntum, non est attendendus, sed ille, qui prope Romam est; quemadmodum in civitate Messanæ Rhegium, & ita in facti contingentia me interveniente fuit judicatum: & ratio est quia regia *Prag.* non dat dilationem trium mensium, sed dierum quindecim pro una dieta; si tamen ultra, ut prædictum est, pro qualibet dieta quinque dies, & majorem dilationem permittit, si judici videbitur, dummodo dicta dilatio non excedat spatium trium mensium, quod nota; est enim sane nova declaratio.

Secundo noto, quod tam actori, quam reo competit te-
116 stium repulsa, atque repulsa repulsæ, idest testium in termino primæ repulsæ examinatorum reprobatio; terminus autem primæ repulsæ continet medietatem ter-
117 mini in causa principali impartiti: repulsa vero repulsæ medietatem termini primæ repulsæ. Quod si in judicio existant personæ privilegiatæ, habent beneficia, & earum quælibet duo beneficia, quæ vocantur pri-
118 mum, & secundum beneficium ad pinguius probandum, & quodlibet beneficium continet similiter medietatem primi termini, & secundum medietatem termini primi beneficii. De hac re, nimirum de repulsa, & beneficiorum materia pro decretorum ornatu, ac terminorum intelligentia quædam infra referemus.

Supradictum decretum, quod ex omni sui parte remanet explicatum proprie interponitur, quando actor fovet bonum jus, & reus conventus est persona privilegiata, cui beneficia competunt; maxime si judicium protelavit, exceptiones opponendo, vel causa suapte natura breviter determinari potest; ideoque ne lis in longum protrahatur tot tantisque dilationibus in justitiæ præjudicium, termini in unum congruum restringuntur, quo incumbentia deduci possunt, ut superius dictum est; cum terminus, qui Judicis ministerio impartitur, ab eodem restringi, ac prorogari possit, attenta causæ qualitate, & circumstantiarum congruentia: quæ pra-
119 xis juxta nonnullos Pragmaticos procedit respectu mulierum, aliorumque privilegiatorum, non vero minorum, quod favorabilior sit istorum restitutio. Quinimo nonnullorum opinionem, quod Judex hoc facere
120 nequeat, indistincte non amplectimur; quia multa ex

ex causa limitantur, & Judici a lege permissa sunt, atque ita invaluit usus.

Hic etiam obiter non prætermitto, qui pro causis in-
221 fra summam ducatorum mille Examator electus ac-
cessum non habet, neque recessum, sed tantummodo
moram, ut ex *Prag. 75. de officio S. R. C.* unde sæpissi-
me contingit; quod tam ipse, quam illi causæ renun-
222 cient, & tunc decretum interponitur per D. Com-
missarium, quod *stante renunciatione testium audientia committatur Officialibus locorum non suspectis*, & præ-
via dicta nota, quam partes in promptu dare solent,
expediuntur litteræ commissionales quod si aliqua pars
sit renitens, fit ei præceptum e. g. quod *infra biduum det listam suspectorum, alias committatur per D. causæ Commissarium*. Verum si contingat allegari a Parte
223 suspectum Officialem ordinarium loci, ubi testes de-
gunt, & suspicionis causa non est evidens, & clara,
tunc alii Officiali commissio fit ejusdem expensis. Ce-
terum infra dictam testium audientia non committitur,
224 nisi sint senes valetudinarii, mulieres, vel honestæ
personæ *co. si quis testium 8. de testib. cap. mulieres de judic. in 6. Nov. 124. cap. 1. §. si vero mulier*, neque
225 ultra dietam, si causa sit magni momenti, & præ-
judicii, vel testes sint suspecti de falso, sed bare pe-
tente recipiuntur coram D. Commissario facto deposi-
to dictarum dietarum testium. Si vero testes in aliena
226 jurisdictione sint, tunc omnino eorum audienta lo-
corum Officialibus committitur, ut etiam de jure com-
muni statuitur per text. in *l. Judices 17.*, & in *auth. apud eloquentissimum C. de fide instrum.* hinc si testes
Romæ e. g. ut examinandi, literæ commissionales se-
227 quenti forula expediuntur, ut in antiquis processi-
bus observat, videlicet.

D. Joseph de Rosa R. Consiliarius S. R. C. S. Claræ hujus Regni Neapol., & causæ infrascriptæ per Catholicam Majestatem sive dicti S. R. C. Judex, & Commissarius specialiter deputatus.

Illustribus, Circumspectis viris ad justitiæ regimen deputatis alm. Urbis hortando significamus, qualiter fuit coram nobis exhibita infrascripta petitio pro præsentium expeditione (ejus tenor inseritur) *ideo rogamus, atque hortamur dominationes vestras, quatenus dignemini, receptis præsentibus ordinare quod per unum ex Curialibus istius Regiminis justitiæ almæ Urbis testes isthic degentes per N. nominati, & producendi, recipiantur super articulis dimanium veritatis prolaturi, & similiter rogamus, quo per unum ex famulis notificetur N. N. procurator consuetus ad videndum juramenta dictorum testium, offerens nos ad similia, & ad majora paratos. Datum Neapoli die &c. D. Joseph de Rosa Regius Consiliarius S. R. C. Sanctæ Claræ ad similia, & ad majora paratus*

Postremum in orine decretum, quod dicitur: *infra quatuor dies audiant partes, non impedita interim solutione &c.* tunc interponitur, cum quis agit executive in judicio vigore publici instrumenti, & pars adversa opponit exceptionem quandam, quæ minime ex ipsius ventre nascitur sed aliunde venit probanda; atque adeo extrinseca indiget cognitione, quemadmodum superius in materia exceptionum exposuimus, cum nequeat hoc in du reus conventus solutionem remorari, & viam executivam eludere, prout in dies contingit, & nemo in foro versatus ignorat.

VINCENTII ALOI

IN CAP. VI.

DISTINCTIONEM I.

ANIMADVERSIO

SUMMARIA.

I. *Quæ causæ termino ordinario subjici debeant.*
II. *Infra quot dies terminus ordinarius coarctatur de Jure Regni.*
III. *Quando terminus, neutra parte probante, possit prorogari.*
IV. *An terminus probatorius in Regno occupet locum contestatoris etiam in summariis?*
V. *An in simplici juris articulo requiratur terminus, & quando?*
VI. *Contra decretum termini unum tantum competit gravamen.*
VII. *An terminus dari debeat a Judice, etiam parte non petente?*
VIII. *Cui committi debeat examen testium?*
IX. *Transcribitur paragraphum III. pragmatica 18. de ordine, & forma judiciorum.*
X. *Termini quando currant de momento ad momentum, etiam in die festivo.*
XI. *Terminus repulsa sublatus.*
XII. *Item & terminus secundi beneficii.*
XIII. *Intra quem terminum peti debeat dilatio ultramarina, & quæ ad eam obtinendam requirantur.*

I. EXplanatis actionibus, & exceptionibus ordine illustris Author pertractat de decretis in causa judicii ordinarii fieri solitis. Nos quæ majori dilucidatione indigent, vel quæ a Regiis Pragmaticis post ejus mortem fuerunt sancita, vel denique quæ ex hodierna praxi Fori servantur, breviter enucleabimus.

Ut cognosci possit quæ causæ termino ordinario subjici debeant, reminisci oportet judicium esse aut ordinarium, in quo plena probatio requiritur juris ordine servato, vel summarium, in quo breviter, compendiose, & de facto proceditur. Et ex his patet quod omnes causæ quæ consistunt in quæstione facti, & requirunt hinc inde probationes ex propria illorum natura, termino ordinario subjici debeant. Excipiuntur ab hac generali regula. 1. Causæ modicæ quæ etsi plenas probationes requirant, summarie expediuntur. Quæ autem sint causæ modicæ? *Glossa in auth. nisi breviores Cod. de sent. ex brevi recitand.* post relatas opiniones DD. conclusit esse illas infra summam centum aureorum, & *Bartolus* ibi *num. 7.* dixit remitti arbitrio Judicis. Bartoli opinionem sequuti fuerunt *Muscatell. in glossa petitus*, & *Covarvita in Rit. 215.* At in Regno ex *Rit.* 157., qui præscripsit, quod in causis duodecim aureorum non detur adpellatio quoad actum suspensivum, inolevit praxis, quod Causæ modicæ summæ sint illæ quæ non excedunt duodecim aureos, ne vagentur ad arbitrium Judicis, & in illis summarie, & absque termino ordinario procedatur. Excipiuntur 2. illæ causæ summariæ, in quibus probationes factæ sunt insufficientes ad interponendum deffinitivum decretum, quia tunc etiam submittuntur termino ordinario, & quotidie in Foro decreta interponuntur in similibus casibus: *quod terminus summarie datus currat ordinarius*; imo etiam causæ illæ, quæ viam executivam habent, sæpe convertuntur in ordinarias, ut late *Carleval. de judic. lib. 2. tit. 2. disput. 8. n. 38.* Excipiuntur 3. ex Constitutione anni 1738. causæ rescissionis contractus, & congrui, quæ summarie pertractari debent. En verba Constitutionis. „ Affinchè le parti possano avere altra strada da poter rescindere li contratti con via „ esecutiva nelli stessi casi, nei quali può loro appartenere l'azione della liquidazione, ordiniamo, „ che la rescissione dei contratti possa farsi senza termine ne' casi *tantum*, in cui si tratti di obbligo *de facie ad faciem* circa i pagamenti o delle terze, o „ degli interessi, i quali non facendosi dai debitori „ nei tempi stabiliti, possano i creditori dimandare il „ pagamento così del capitale, che delle terze, della „ sorte, che dell' interesse, con ordinarsi dai Giudici. „ *Infra dies viginti solvant* così il capitale come le „ terze, *verum si infra eumdem terminum solverint tertias, supersedeatur a solutione capitalis, aliàs dicto termino elapso exequatur decretum* tanto per lo capitale, che per le terze §. 1. *n. XVI.* Tutte le cause „ di retratto *jure congrui*, o per la consuetudine di „ questa Città, o per la Costituzione *Sancimus* ordiniamo che da oggi avanti si debbano decidere senza termine, *& via executiva* colle relazioni dei „ Periti, se non se in alcuni casi, ne' quali fosse il termine necessario, il quale debba essere sommario, „ rimettendo il darsi il sudetto termine sommario ad „ arbitrio del Giudice.

II. Terminus, qui de jure comuni non erat minus decem dierum *l. per intervallum ff. de judic.* hodie de jure Regni est dierum viginti, qui dicitur terminus juris ex *Pragm. 7. de ord. Judi.* Attamen ex *Rit. M. C. 69.* praxis inolevit, ut præfigatur juxta materiam causæ, & locorum distantiam arbitrio Judicis, *Capyc.* in *n. 4. Muscatell. gloss. defendendum n. 8.*; a... ma-

maiori dilatione non potest excedere tres menses. Hinc bene animadvertit Author noster *num.* 10., quod potest Judex terminum ampliare majorem dilationem concedendo.

III. Ex eadem *Pragm. de ord. Judic.* neutra parte probante Judex non potest terminum prorogare, alias pœnam incurrit duarum unciarum. Potest tamen prorogare ex justa causa, si Pars protestata sit ante lapsum termini de justo impedimento, *Afflict. in Constit. in pecuniariis*. Et si vel ne causa impedimenti sit justa, remittitur arbitrio Judicis, *Caravit. in Rit. 69.*; vel expressa Partium voluntate, *Motill. de grad. term. n. 6.* Ex æquitate tamen S. C. testatur *Gramm. ad Const. in pecuniariis*, quod quando terminus est elapsus, nec subest justa causa petendi prorogationem, si cognoscitur litigatorem non procedere malitiose, nec jus alterius fieri deterius, non multum post terminum elapsum, datur etiam prorogatio. Prorogatio tamen numquam debet esse latior primo termino, *Petra Rit. 23. n. 25.*

IV. Ex eo quod in causis summariis non datur terminus ad probandum, qui successit in locum contestationis litis; quæsitum fuit quando in illis intelligatur facta contestatio litis. Quando incipit de meritis causæ cognosci, dixit *Motill. de grad. term. n. 7., & 20.* Quæ responsio cum sit nimis generalis, *Carleval. de judic. tit. 3. disput. 4. n. 32.* tenuit litem contestari in causis summariis cum producuntur oppositiones Rei adversus petitionem Actoris. Quæ opinio est vera, quia post primam responsionem a Reo datam Actori suam proponenti actionem, lis in summariis contestatur.

V. In mero articulo juris non requiritur terminus in causa, quia terminus impartitur ubi necessariæ sunt probationes facti, non ubi quæstio juris movetur. At non defuerunt DD. qui contrariam sententiam tenuere, moti a ratione quod terminus ad probandum semper est de substantialibus judicii, & si omittitur, Processus erit nullus, *Muscatell. in gloss. probandum n. 65., Anna sing.* 470. Ratio tamen ab illis adducta, quod terminus sit de substantialibus judicii movere non debet, quia substantialia judicii per cap. *Detestantes* fuerunt sublata, & quando ex actis veritas constat, nec de facto dubitatur, quælibet causa decidi potest absque termino. En ejus verba: *Dummodo alias debito modo super negotio liqueat de pura substantia veritatis*. Et in Regno cum procedatur sola facti veritate inspecta substantialis sollemnitas termini non est necessaria, cum illi Partes possint renunciare, *Revit. in Pragm. 7. de ord. judic., Motill. de grad. term. n. 4.* Imo ex Ritu 99. colligitur, quod in Regno etsi regulariter absque termino causa non potest expediri, excipitur tamen simplex juris articulus. Et ita semper decisum fuisse a S. C. testatur *Sanfelic. dec. 17. n. 2.*, rationem reddens: *Quia quando illud quod in judicio deducitur, sunt jura, quæ constant sine probationibus facti, tunc ne Partes fatigentur laboribus, & expensis, statim de illa judicandum est, quum jura sint nota, & liceat supplere de jure*; Et ex pluribus decisionibus collectis confirmant *Mastrill. dec. 227., de Franch. dec. 221., Regens Galeota lib. 2. controv. 44. num. 27.* Quando autem articulus juris est dubius, & nimis intricatus, quia æquiparari dicitur facto, concedi solet ex praxi terminus non impedita interim executione prætensorum, quod locum præterim habet in causis summariis.

VI. Contra decretum termini gravamen deduci potest, sed unum tantum in Aula; a qua decisum, aliud non competit gravamen. Si vero Decretum termini afficit substantiam causæ, quia nempe litiganti via perit, ubi essent exceptiones peremtoriæ, tunc ex hodierna praxi conceditur aliud gravamen vel Nullitatum, vel restitutionis in integrum. Sed quando fuit confirmatum, & dicitur quod terminus alias datus currat ab hodie, aliud gravamen non admittitur.

VII. Ex dispositione juris communis probationes dilatoriæ fieri debent vel præsente, vel citata Parte *l. fin. ff. de feriis*. Et cum officium Judicis non datur nisi petenti *l. imperium ff. de jurisdict.*, invaluit communis opinio, quod terminus neutra Parte petente non debeat ex officio a Judice impartiri, *Muscatell. glos. defendendum n. 6., Boer. dec. 234.* E contra ex Ritu M. C. 158., ubi statuitur, quod commissio audientiæ testium, publicatio, & alii actus fiant de consensu Partium, & his discordantibus Curia providet, ut juris, alii DD. tenuerunt, quod neutra Parte petente possit ex officio impartiri a Judice. Cui opinioni robur accessit a *Prag. 7. de ord. judic.*, quæ statuit ut ipso jure intelligatur terminus dati, & licet hodie non servatur Pragmatica prædicta celerem tamen causarum expeditionem inculcat. Praxis hodie servat, ut discussis exceptionibus, si Partes absque petitione termini ad merita causæ procedere velint, & Judex videat terminum necessarium esse a probandum incombentia, potest illum ex officio impartiri. Et hæc praxis derivat a Ritu M.C. 69., incipiens: *In primis detur terminus*. Vide *Pratum lib. 3. discept. fens. n. 10.*

VIII. In M. C. aliisque Tribunalibus dato termino committi solet tamen testium Scribæ ejusdem causæ, vel si negotium esset grave, Actuario causæ. Sed in S. C. examen Testium fit per Regios Examinatores destinatos ad recipienda examina, qui sunt numero quadraginta, *Pragm. 14. & 18. de offic. Sac. Reg. Cons.*, & bis in hebdomoda die Mercurii, & Sabathi fit buxula electionis per sortem. Committitur igitur examen testium in S. C. illi Examinatori, cui sors cecidit, & nisi ille renunciaverit examini, commissio fieri non potest Officialibus locorum *Pragm. 74. de off. S. R. C.*, dummodo causa non fuisset intra summam ducatorum quinquentum, vel Actor esset Neapolitanus, *Pragm. 36. & 47. de off. S. R. C., de Marin. ad Gizzard. dec. 27. n. 2.* Facilimæ tamen semper fuerunt istæ renunciationes examinis testium, quia ex *Pragm. 75. de offic. S. R. C.* pro causis intra summam ducatorum mille non habent Examinatores electi accessum, & recessum, sed dumtaxat moram. Hodie ex *Prag. 58. de ordine judic.* causæ Commissarius potest absque renunciatione illorum examen testium committere Officialibus Locorum in causis ducatorum termille, & infra. E in causis dictam summam excedentibus si Examinator electus accedere nollet ad examen, potest etiam a libitum examen committere. Denique in causis hujus Civitatis, Casalium, & Regni, in quibus fit accessus Regii Ministri, potest recipi examen a Scriba causæ. En Pragmaticæ verba.

IX. §. III.

Per lo Sagro Regio Consiglio

„ V. In quanto alla commessa dell' Esame de' Testimonj in Regno, vogliamo che il Comessario delle cause sena' aver bisogno della rinuncia de' Regj Esaminatori del S. R. C. possa commettere detto esame a chi stimerà più proprio nelle cause, che importano la somma di docati tremila basso. E resti parimenti in arbitrio del Commissario nelle cause ch' eccedono la detta somma di docati tremila, qualora l' Esaminatore eletto non voglia uscire ad esaminare, di commettere ad altri esame, senza che il detto Esaminatore eletto possa pretendere altro sotto qualsisia pretesto. E per le cause in questa Città, e Casali, e per tutto il Regno, nelle quali si faccia l'accesso de' Ministri possa il Giudice far esaminare i Testimonj dal Scrivano della Causa. E nelle altre, nelle quali dovranno esaminarsi dagli Esaminatori, non possano questi esigere più di carlini due per testimonio.„

X. Termini aut currunt in tempore conventionali, aut in tempore legali. In tempore conventionali currunt de momento ad momentum, quia motus est continuum; ideoque etiam primus dies feriatus computatur. *Surd. dec. 187. n. 27., & dec. 203. n. 2.* In tempore legali, quia tempus est utile, termini quoad initium non currunt a primo die feriato, sed a primo die juridico, at postquam currere cœperint, quia tempus progressivum est continuum, in terminis computantur omnes alii dies feriati. Ex usu tamen fori si ultima dies termini sit festus non computatur, sed illius ratio habetur prima hora diei juridici subsequentis, & ita decisum fuisse junctis Aulis refert Holerna *contr. forens. 47. n. 19., & 20.* Hæc tamen locum habent quando termini dati sunt cum clausula sola: *intra dies tot*; secus vero si taxative cum clausula *usque ad diem quintum, sextum &c.*, quia istis casibus dies ultimus, etsi sit festivus, includitur, *Sanfelic. sect. 4. n. 4. & 46.*

XI. Ex *Ritu M.C.* 74. dabatur repulsa repulsæ cum termino dierum sex. Per *Pragm. cursu dilationum de ord. judic.* terminus fuit medietas termini primæ repulsæ. Finis repulsæ repulsæ fuit ut æqualitas servaretur; nec admittebantur ulteriores repulsæ, ne sub defensionis prætexto calumnia nutriretur. Quia vero etiam calumnia non frænabatur, & lites dilatabantur, ex *Const. anni 1738. n. 25.* sublata fuit repulsa repulsæ.

XII. Ex eadem ratione restitutio in integrum quæ dabatur Personis privilegiatis sub nomine primi & secundi

eundi beneficii, fuit restricta ed primum beneficium. Statuit enim *praed. Pragm.* anni 1738. *n.* 26.: *Rimanendo fermo il termine del primo beneficio, stabiliamo che si debba togliere affatto il termine del secondo beneficio, che si concede alle Persone, ed ai Luoghi privilegiati.*

XIII. Nominatio testium extra Regnum, quam antiqui adpelleverunt dilationem ultramarinam, fieri flebet cum termino impartito, qui est arbitrarius Judicis. Non extat in Regno Pragmatica, quæ tempus statuat, ideoque servatur jus comune, quod detur ad arbitrium Judicis, dummodo non excedat spatium novem mensium *l. nec de statu Cod. de dilation.*. Ut autem dilatio transmarine obtineatur, tria copulative requiruntur, scilicet depositum, nominatio per nomina & cognomina, & assertio jurata quod non animo differendi petatur. Depositum sletutum fuit a *Pragm.* 4. & 8. *de dilat.*, quod fieri debeat intra quinque dies datos ad nominandum in summa ducatorum quindecim pro quolibet mense dilationis, quod si nominans nominatione non fuerit usus, pro une medietate adplicatur comodis Tribunalis, & pro alie medietate Perti adversæ, *de Franch. dec.* 37. Nominetio debet fieri per nomina & cognomina testium, & cum explicatione Loci, ubi degunt, eliter non auditur nominans, etiamsi incontinenti vellet specificare nomina, & cognomine *d. Prag.* 4. *de dilat.* §. 9. Et quoties talis expressio non fieret, terminus nominationis intelligitur terminus juris dierum viginti *Pragm.* 7. *de ord. judic.*, *Motill. de grad. citat. testis n.* 5.. Ad evitandum tamen depositum cauti Procuratores epponunt clausulam *velle nominatione gaudere, ac si esset facta in ultimis Regni partibus*, & tunc terminus non excedit spatium trium mensium statutum per *Pragm.* 4. *de dilat.*, *de Franch. dec.* 37., *Sanfelic. prax. sect.* 44. *n.* 17.

DISTINCTIO SECUNDA.

SUMMARIUM.

Die &c. Vise comparitione fol. &c. in præsenti cause fuit facta publicatio cum termino dierum tot ad percunctandum, cum reservatione in forma.

Die &c. Concedatur repulsa cum termino juris, *vel dicitur*, repulsa repulsæ cum termino juris.

1 Completo testium examine, fit ejus publicatio; prævia tamen partium citatione ad publicandum; quæ praxis tum respectu prædictæ citationis descendit ex *cap. consuluit de offic. & potest. Jud. Delegati*, & ratione nititur; nam partes causas allegere possunt, quæ publicationem impediant, quo casu supersedetur in eadem, si Judici ita videbitur, quamquam in M. C. Vicariæ citatio hæc de stylo omittatur, aut per multitudinem causarum, ne ipsarum expeditio retardetur, aut quia ut plurimum ibi causæ non sunt magni momenti; tum respectu ipsius publicationis ortum habet de jure civili ex *l.* 2. *C. de edendo*, & *l.* 2. *C. ne lite pendente*, *Nov.* 90. §. *quia verò de testibus*; de jure autem canonico ex *cap. constitutus*, & ex *cap. praesentium de testibus*; insuper de jure Regni, ut ex *Constit.* incip. *Universos*, & *singulos*, ex *Ritibus M. C.* 70. & 86. & ex *Pragm.* 11. quæ incipit, *Cursu dilationum*
2 sub *tit. de ordine judic.* cujus quidem publicationis effectus primus est, ut dicta testium publicata valeant, & fidem faciant ex *l. gesta Cod. de re judic. cap. cum causam de testibus*; alter, ut partes publicata videant, & percunctentur, atque hinc scient, quæ testificata prosint, quæve noceant, aut præjudicium eis attulerint.

Rursum ut testes, eorumque dicta repulsare possint, idcirco quando in causa testes sunt examinati, & pu-
3 blicatio facta non est, si fuerit petita, processus erit nullus, ob duplicem rationem; quia dicta testium non publicata fidem non faciunt, & quia parti defensionis jus auferretur, cum non publicatis attestationibus repulsam nequeat adhibere, Borrell. in *summ. decis. tit.* 24. *de publicat. process. &c. tom.* 1. *num.* 13. & *num.* 29.
4 & 30. defensio enim non solum est de jure naturali, sed etiam divino, ut in Evangelio D. Lucæ: *qui habet sacculum, tollat simul & peram; qui non habet, vendat tunicam suam, & emat gladium*; adeoque nemini in judiciis deneganda, ex Innocentio III. in *cap. cum inter Priorem, & Conventum* 5. *de except.* ubi Gloss. *v. legitima defensio*, ex Damaso Papa in *can. nullus* 2. 4. *qu.* 4., ex Concilio Lateran. in *can. cum dicat Apostolus* 2. *in fin. de Eccles. aedific. vel repar.* Clement. *Sape de V. S.*

Prædictæ publicatio facienda, quoque est cum termino
5 aliquorum dierum, tum habito respectu ad testes exa-

mina-

minatos, ut eorum dicta partes percunctari valeant,
tum respectu testium præsentium, qui inordinario ter-
mino fuerint citati, & non adhuc examinati, ut in-
fra ipsius terminum examinentur; quo alapso, cum
6 præsumatur partem attestationes vidisse, propter timo-
rem subornationis ad examen non admittitur, *cap. fra-
ternitas* 17. ubi *DD. de testib.*

Verum si quia malitiose non protelaverit examen, &
fidem Scribæ causæ fide digni præsentaverit, illud non
fuisse percunctatum, itaut suspicio subornationis cesset,
de æquitate ad examinandum admittitur, & ita non
semel in Praxi servatum vidi: huc etiam spectat *Prag.
incip. quandoque soles de testium refrenas. & repetit.*
quandoquidem si testes in termino aliquo justo impe-
dimento non fuerint examinati, libere quidem repeti
possunt, quemadmodum si non rite fuerint recepti,
teste Domino Præsid. de Franch. in *decis.* 668. quia
nihil de novo deponunt, & subornationis timor abest:
sic etiam ex officio Judex publicatis attestationibus no-
vos potest recipere testes, seu pro invenienda innocen-
tia, seu pro detegendo maleficio procedatur, ut vide-
re est penes D. Reg. Sanfel. *dec.* 22. *per totum*.

Citatio ita concipitur: *quoniam in causa &c. partes com-*
7 *pareant coram Domino causæ Commissario ad dicendum
qua voluerint, alias procedetur ad publicandum*; decre-
tum postea hoc pacto fiet: *Die &c. visa comparitione
fol. . . per D. Militem &c. in præsenti causa fuit fa-
cta publicatio cum termino dierum . . . ad percunctan-
dum cum reservatione in forma*; de stylo autem Curiæ
dicitur, *reservatione in forma*, idest præsentandi examen
aliorum testium, quorum audientia commissa fuit, quan-
8 do dictum examen advenerit; quæ dilatio Judici arbi-
traria est, modo alteri parti non officiat, & absit su-
spicio subornationis testium fortassis non examinatorum.

Aliud igitur decretum expositurus in juvenum gratiam
9 prænoto, quod facta publicatione tam actori, quam
reo repulsa competit, quæ à repellendo dicitur; cum
id, quod ab una parte fuerit positum, & pro ejus
intentione probatum, ab altera rejici possit, & est
contra veram, vel præsumptam testium iniquitatem
10 remedium: contra veram, scilicet si testes falsum de-
posuerint: præsumptam, quia respectu ipsorum, qui
sunt improbæ forsan conditionis veritatem minimè de-
posuisse præsumitur: & planè in promptu ratio est,
11 quia homines, utpote declives ad malum ab initio
mundi peccare consueverunt, ut habemus in sacris pa-
ginis: *Sensus, & cogitatio humani cordis in malum
prona sunt ab adolescentia sua*, & Venusinus quoque
cecinit:

Nam vitiis nemo sine nascitur . . . &
Acclivis falsis animus meliora recusat.

Nov. 5. *de monach.* §. *si verò et quidem*, ibi: *huma-
na enim natura quodammodo labitur ad delicta*, *Scheffer.
part.* 2. *qu.* 5. *num.* 5. & 6. ibi: *& homo malus potius,
quam bonus præsumitur, cum bonitas ex adventitiis de-
pendeat; malitia autem a natura*, *l.* 1. ibi: *inter ca-
teras sceleris causas, quas illi natura administrabat D.
ad Maced.* hinc in *Gen. cap.* 6. *videns autem Deus quod
multa malitia hominum esset in terra, & cuncta cogi-
tatio cordis intenta esset ad malum omni tempore, pœni-
tuit eum fecisse hominem.*

Hæc admittitur protestatione præcedente, testibus Affli-
12 cto *decis.* 351. *num.* 8. Grammatico ibidem *in addit.* &
D. Sanfelicio in *praxi S. C. sect.* 57. *num.* 12. ibi: *Pri-
mus casus est, quando ante publicationem non fuerit pro-
testatum juxta adducta per Afflict. decis.* 351. *n.* 6. *cum
declaratione, ut ibi per eum, quod limitat Grammat.
ibi in addit. in tribus casibus, de quibus per eum*;
protestatio enim præsumptam calumniam, quæ facta
publicatione consideratur in quærendis objectionibus
contra eos, qui testificationes fecere, removet, & ani-
mum Judicis inducit ad illam concedendam, prout ad-
notavit quoque Præses Menoch. *de arbitrar. judic. lib.*
2. *cent.* 3. *cap.* 139. *num.* 2. ibi: *quoniam expectanda pu-
blicationem malitiosè objicere videtur, cum cognovit con-
tra se probare*: de hac autem consideratione loquitur
text. in *cap. præsentium* 31. *de testibus* & *attestat.*
13 ubi regulariter statuitur, ut ante publicatas attesta-
tiones oppositiones in testes objiciantur, alioquin si
post aperta, & didicita testificata opponantur, mali-
tiosè videntur oppositæ, ideoque in praxi hæc requi-
14 ritur protestatio, quæ fieri solet id temporis, quum
testium citatio notificatur, tanquam in tempore magis
opportuno. Cæterum sufficit, quod ante publicationem
fiat; nam examina publicato reprobantur testes, ut
cautum est in *Pragm.* 11. *de ordine judiciorum*: hæc
15 quoque protestatio cum aliquatenus testium fidem ele-
vet, minuatque, & præjudicium protestantibus afferat,
causa est, cur testium depositiones pro eis facientes
non videantur proficuæ, nisi testes personæ honestæ,
& probatæ sint vitæ, secus si minus honestæ; nam
hoc in casu præsumitur testem in favorem deposuisse
potestati, scilicet ob timorem, ne ipsi crimen objice-
retur, & sic ad evitandam repulsæ injuriam, ut notat
glos. in *d. cap. præsentium in verbo protestatus* circa fi-
16 nem; ideoque fit cum clausula videl.: *N. N. prote-
statur contra testes, dicta, & dicenda per eos, quatenus con-
tra, & non aliter, petendo repulsam, & repulsa repulsam*,
dicitur, *quatenus contra, & non aliter*, cum testes
quoad personas approbari valeant, quo autem ad dicta
impugnari, facit glos. in *can. si quid veri* 37. *distin.*
17 hinc omissa protestatio nullatenus excludit repulsam
quoad testium dicta, quia partibus non patefacta, nec
approbata censetur.

Publicato itaque processu, repulsa petitur, ut ex *d. Pragm.*
18 quæ circa terminum ibi præstitutum, scilicet octo die-
rum non servatur, teste eod. D. Sanfelic. *sect.* 58. *n.*
6. siquidem semper ante conclusionem in M. C. in
S. C. & in Reg. Camera conceditur, uti testatur Tho-
rus in *compendio dec. fol.* 474. *in verbo repulsa* il 3.
ex Grammat. super *Rit.* 51. & 56. & in gravibus
causis etiam in actu conclusionis conceditur; quemad-
modum fuisse servatum, & judicatum per S.C. fatetur
D. Regens Rovit. super *d. Pragm. n.* 45. idemque Thor.
in *supplem. compen. v. repulsa in causis gravioribus.* Quin-
19 imo post conclusionem, si hæc rescissa fuerit per ter-
minum ad pinguius probandum impartitum; nam pro-
batio, quæ interim fit, conjungitur cum probatione
facta in primo termino; ideoque concedenda est re-
pulsa etiam respectu testium in eo examinatorum, at-
tento quoque personæ privilegio, teste Capycio *decis.*
157. *num.* 5. licet ibi non sic explicetur casus, ut hic
loci, & Ursill. *ad Afflictum dec.* 266. *in fin.*

In quamplurimis autem causis etiam post dictum termi-
20 num non est deneganda, nimirum si tractaretur de re-
pulsando teste, uti inimico capitalis inimicitiæ: quo
spectant jura in *l.* 1. §. *præterea* 24. *D. de quæst. l.* 3. *in
princ. versic. vel an inimicus D. de testib. can. in primis
§. sedes de personis* 2. *qu.* 1. *cap.* 1. & 2. *can. suspectos in
princ. can. omnes in fin.* 3. *qu.* 5. *Novell.* 90. *cap.* 7. siqui-
dem inimicitia adeo in humano pectore grassatur, ut
ab inimico nunquam bonum, sed malum semper expe-
21 ctetur: quod si forte aliquando bonum evenerit, rem
quodammodo prodigiosam existimamus; scriptum est
enim: *inimico tuo non credas in æternum*; quippe odium,
22 quod ex offensa provenit, & injuria, alio non supe-
ratur remedio, nisi divino præcepto, & D. N. Jesu
Christi exemplo; præcepto, ut in *Evangelio: ego autem
dico vobis, diligite inimicos vestros*: exemplo; quando-
quidem in cruce pro perfidia offensoribus Patrem exo-
ravit, inquiens: *ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt.*
23 Item repulsa conceditur etiam post lapsum terminum
contra testes inhabiles, quorum inhabilitas partium con-
sensu tolli non potest, ut si essent heretici, Judæi, ex-
communicati, & similes, ad notata per D. Præs. Me-
noch. *cap.* 239. *lib.* 2. *n.* 5. *de arbitrar. Judic.*, vel si es-
sent infames juris, & facti infamia; vel quando quis
juret ex malitia non opponere, vel oppositiones novi-
ter ad ipsius notitiam pervenisse, Grammat. in *decis.
Afflict.* 351.

Sed quærens, an facta conclusione, minor, vel alia per-
24 sona privilegiata in petenda repulsa restituatur in in-
tegrum, & pro ratione dubitandi videtur negandum;
nam prædictæ personæ habent primum, & secundum
beneficium, & repulsa est odiosa: in contrarium ta-
men consideratur, quod minor in termino beneficiorum
valet probare, & coadjuvare quod petiit, sed non re-
pulsatis testibus, adhuc potest succumbere; quapropter
dicendum est, quod si minoris causa etiam sine repulsa
commode decidi possit, nequaquam restituitur, ita Boe-
rius *dec.* 245. *nu.* 7. secus autem si evidenter ei damnum
inferretur, nam tunc minor, aut alia persona privile-
giata restituitur: juxta notata a D. Præs. de Franch.
decis. 421. *num.* 11. ubi minor læsus in contractu, seu
25 quasi, ad lucrum, ac damnum restituitur: quando vero
læditur ex delicto alterius; aut agitur de diminutione
rei familiaris, & restituitur, aut de consequendo lu-
cro alieni patrimonii ex delicto alterius, & non re-
stitui-

stituitur per text. in *l. sepulcri violati D. de sepulcro*
violato; & ita decisum in casu, quo adulterii exce-
ptio fuit opposita contra mulierem petentem dotes suas,
& testatur quoque Dominus Sanfelic. *d. sect. 57. num.* 10.
Neque absolute repulsa dicitur odiosa; nam respectu
26 petentium favorabilis est, cum contra petentem po-
sita, & probata vel diluantur, vel elidantur: respectu
vero testium licet odiosa videatur, cum eorum famæ,
& opinioni nonnihil per objectiones detrahatur; ni-
27 hilominus crimina testibus objiciens, ac dedecora, nul-
la injuriarum actione tenetur, dummodo non per calu-
mniam, ac prævia protestatione, quod non animo ca-
lumniandi id agat, Specul. *tit. de Advocato* §. 3. Bald.
Castr. Ang. Salyc. in *l. fin. D. quod quisque juris*; alio-
quin litigantes possunt ire indefensi, & veritas oppri-
28 meretur. Præterea defensionum facultas neutiquam re-
stringenda, *l. quoniam multi in fin.* ubi glos. *C. de he-
ret.*, proinde si alterius flagitia publicentur, nonnisi ea
causa a jure permissa, & necessaria, scilicet ad pro-
priam defensam id accidit, Azeved. in *l. 2. n. 67. tit. 8.
lib. 4. recopil.* sic, ut litigator non intendat infamiæ no-
tam testibus inurere, sed illos a testimonio dumtaxat
repellere, *l. 3. C. de offic. Rect. Prov.* hinc est, quod li-
tigator crimina objiciens alicui actione injuriarum non
29 teneatur; nam injuria non committitur absque animo
illam inferendi, *l. illud 3. §. 1. l. item 15. §. si quis astro-
logus D. de injur. l. divus 14. D. ad l. Corn. de Sicar.* edo-
cetque accuratissimus Gonzalez in *commentar. ad cap.
præsentium 31. n. 3. de testib. & attestat.* tametsi Praxis
receptissima invaluit, id agi cum sano Judicis arbitrio,
30 ne scandalum quodpiam in Rep. oriatur; atque adeo
Judex inspiciat necesse est, an opposita crimina sint in
judicium deducta, vel eadem scire intersit, quemadmo-
dum docet Borrell. in *sum. decis. tit. 25. de repulsa num.*
31 32. *delicta enim nocentium nota esse, & oportere, &
expedire inquit Paulus Jurisconsultus in l. eum 18. D. de
injur. & famos. libel.* consule Francisc. de Petris *consil.*
16. in his terminis, qui etiam S. C. decisionem adducit.
Porro in hujusmodi repulsæ termino testium audientia
32 non est committenda, nisi pro duobus testibus tantum,
teste Ursill. ad Afflict. *dec. 371. n. 3.* ibi: *repulsa non
concedatur existente edita ipsius repulsa, in qua etiam
audientia testium non committitur, nisi tantum pro duo-
bus testibus*, & tradunt Rovit. *super Pragm. 11. de ord.
judic. num. 19.* Borrell. in *summ. decis. tit. 15. de testium
reprobat. num. 89.* ac Sanfelic. *d. sect. 57. num. 11.* uti
multoties vidi observatum, etiam me referente, prout
in causa vertente in S. C. inter U. J. D. Josephum
de Constantio, & Nicolaum Catiero in Banca de Lit-
to, præsertim si a Magnatibus petatur; nam eorum
33 potentia vehementer timenda est, argum. text. in *l. 1.
C. ne liceat potentioribus, &c. & l. un. C. de his qui poten-
tiorum nomine, &c.* præterea non præsumitur, quod te-
stes quicquam dicant contra potentes, arg. text. in *l.
non est verisimile D. de eo quod metus causa*, & faciunt
notata per Marianum Socinum in *c. qualiter, & quan-
do il 2. de accusat. n. 316.* ubi probat, quod Statu-
tum prohibens Magnatibus reprobare testes, validum
est: hinc etiam dicebam in M. C. criminali, indicia
ex se levia, contra Magnates esse gravia.
Adde, quod petens repulsam plerumque nil probat, sic-
34 que contra eum datur actio injuriarum, ut plerique
tenent apud Borrell. *loc. cit. num. 84.* Boer. in *cit. dec.*
245. *n.* 8. ergo ne id eveniat, cautela est introducta,
ut capita repulsæ præsentet cum protestatione, quod
ea ponit non animo injuriandi, sed se defendendi,
quemadmodum paulo superius innuimus.
Nec prætermitto, quod testes a reo, vel ab actore pro-
35 ducti, vel citati, si fuerint examinati ab actore, &
è converso, a producente repulsari non possunt, per
text. in *l. si uxor §. ult. D. ad l. Jul. de adult. & in l. quæ-
situm §. item quæritur D. eod. l. si quis testibus 16. C. de test.
can. si testes omnes 3. §. si quis testibus 4. qu. 3.* hominum
namque mores approbare, deinde reprobare pro inte-
resse proprio, animi volubilitatem, & inconstantiam
præsefert, & erubescendum puto; nisi quoad dicta,
circa quæ testes numquam censentur approbati, ad text.
Cœlestini III. in *cap. præterea 7. de testibus cogend.* &
notat Borrell. *ivibi num. 62.* quem videre non pigeat.
Hinc etiam actori non probanti repulsa non competit
36 adversus reum plene probantem exceptiones, vel se-
miplene auctore Imbriano *de repulsa confid. 2. n. 19.*
37 actore enim non probante reus est absolvendus, *l. qui
accusare C. de edendo.*

Rursum in judicio summario, quod plenarium judicium
38 antecedit, repulsa minime admittitur; etenim si qua
testium iniquitas consideretur; parvi, aut nullius est
momenti, cum in plenario judicio possit reparari; cu-
jusmodi sunt judicium possessorii summariissimi, legiti-
mationis personæ, & similium, atque in iis, in qui-
bus satis est semiplena probatio: in causa attentatorum,
si suggerat ratio, quod protrahendæ litis causa repulsa
petatur, utique deneganda; si gratia meræ defensionis,
concedenda, quemadmodum judicavit S. C. teste D. Af-
flicto *dec. 351.* omnino videnda: in aliis vero judiciis,
39 quæ summario termino perficiuntur, recte petitur, at-
que concedenda repulsa, ut in judicio novæ conven-
tionis, satisfactionis, exceptionis, s. esse exequutum
in bonis alienis, aliisque non absimilibus, in quibus
etsi præcipitur, quod *capiatur summaria informatio*, ea
tamen summario termino, plenaque probatione deter-
minantur, consule Emanuelem Gonzalez in *lib. 2. De-
cretal. cap. licet causam de probationibus in notis n. 4. lit. F.*
& Camillum Borrell. *dict. tit. 15. num. 54. & seqq.* ubi
multiplices DD. opiniones conciliat.
Repulsæ re integra renunciari potest sine ullo timore
40 pœnæ per regiam *Pragm. 31. de officio S. R. C.* indictæ:
re autem integra dicitur, si eadem, vel sequenti die
renunciatio fiat *per Prag. 39. de officio S. R. C.*
Demum explicatur decretum, videlicet: *concedatur repulsa
41 cum termino juris*; quia vigore regiæ *Prag. 11. de or-
din. Judic.* ipsius terminus est medietas primæ dilatio-
nis, scilicet termini in causa principali impartiti; quo
termino elapso, ex Praxi non censetur facta publica-
tio in eo repulsæ judicio, non obstante quod præfata
Pragm. velit ipso jure publicationem intelligi; hæc
42 enim semper fit prævio Judicis decreto, parte audita,
Gonzalez in *c. fraternitatis de testib. & attestat. num.*
3. merito dicit Caravita in *Rit. 74.* omnes terminos
longiores esse, quam a Pragm. statuantur.
Facta publicatione, conceditur repulsa repulsæ, qua reus
probare valet testes contra se productos, & è conver-
43 so: hæc autem habet medietatem termini dari ad pro-
bandum in repulsa, ut præcipit eadem *Pragm. 11.* De-
nique circa repulsam ultra laudatos auctores vide Ca-
44 rol. Pellegr. in sua *Praxi part. 2. in idea, & in sect.
2. subs. 10. & par. 4. sect. 13.* Sabell. *in sum. tract. tom. 4.*
Petr. Rebuff. *in commen. ad Constit. Regn. in tit. de repro-
bationibus testium*, & in *tract.* special. *de reprobat. &
salvat. testium* Hortensium Cavalcan. in suo *tract. de
testib.* Jul. Cæsar. Imbrian. & Jo: Mariam Campan.
in *tract. de repulsa, & repulsa repulsæ.*

VINCENTII ALOI

IN CAPITIS VI. DISTINCTIONEM II.

ANIMADVERSIO.

SUMMARIA.

I. *Publicationis definitio.*
II. *Actus ad publicandum ex Constitutione anni 1738. sublatus.*
III. *In quibus causis interponitur decretum Publicationis.*
IV. *Omisso, vel denegato decreto Publicationis an vitietur Processus?*
V. *Quando liceat post publicationem alios testes producere.*
VI. *Sublato per Pragm. anni 1738. termino ad concomitandum, testium receptioni non sit locus.*
VII. *Infra quot dies sit petenda Repulsa.*
VIII. *An terminus Repulsæ currat de momento ad momentum.*
IX. *An privilegiati sint restituendi in integrum adversus probationem non factam.*
X. *An in termino Repulsæ admittantur positiones, & qua*
XI. *Articuli repulsæ ostendendi sunt Causæ Commissario, & ab eo adprobati debent parti notificari.*

I. PUblicationis effectus illustris Author hinc inde ex
legibus colligit, & recenset, qui tamen ex ipsa
Publicationis definitione prono alveo fluunt. Definiri
potest Publicatio, quod sit *sollemnis & deliberata osten-*

sic attestationum secrete depositarum per Judicem Partibus facta. Hinc Publicationis effectus, & finis. Effectus duplex est, 1. ut dicta testium publicata valeant; quia testimonia secrete sunt recipienda, & palam recepta nullam faciunt fidem *l. nullum Cod. de test.* 2. ut Partes attestatorum notitiam legalem habeant, & deliberare possint si liti cedere velint, vel testium repulsam petere. Finis publicationis itidem duplex est, scilicet ut servetur ordo in judiciis; & detur magis robur attestationibus, *Caravit. in art. 72. n. 3.*, *Muscatel. Gloss. partes n. 16.*

II. Si examen testium completum sit in loco judicii, & terminus sit elapsus, tunc ad instantiam Partis interpositus decretum publicationis. Sin vero examen completum sit extra locum judicii, tunc Curia delegata illud transmittere debet ad Curiam delegantem clausum, & sigillatum, & interponitur decretum aperturæ, quod notificatur Parti adversæ. Præcedere solebat Publicationem actus, sive monitio ad publicandum, sed tamquam inutilis sublatus fuit a Constitutione anni 173. cum aliis actibus, qui expeditiones litium retardabant §. 1. *n.* 28. „ Per lo stesso effetto vogliamo, che da „ oggi innanzi nelle compilazioni dei Giudizj si tolgano gli atti *ad concludendum, & conclusio*, e l'atto *ad publicandum*, restando solamente fermi gli atti della Pubblicaziona, e della Moniziona, i quali „ atti di pubblicazione, e monizione si debbano fare „ nei termini di repulsa, e del primo beneficio, con „ che però dal decreto della pubblicazione, che si fa „ dal Commissario in casa, non si possa produrre alcun rimedio. „

III. Ex ipsa definitione fluit, quod in Causa, in qua non fuerit probatum per testes, non fit Publicatio. Male igitur *Muscatell. in Gloss. repulsæ n.* 3. aliique Forenses ajebant decretum Publicationis in qualibet Causa ordinaria esse necessarium ad finem ut Pars adversa possit percontari Scripturas, illasque impugnare. Ubi enim non erat probatum per testes fiebat conclusio, quæ probationibus finem imponebat, & post illam Pars adversa petere poterat terminum ad Scripturas impugnandum juxta *Pragm. Cursu dilat.*. Similiter ubi testes fuerint summarie producti, non fit Publicatio. In causis enim summariis loco publicationis fit Facultas, scilicet: *le præsenti causa fiat, prout fit petita facultas cum termino dierum duorum ad acta percunctandum, & intra eumdem terminum, & deinde in antea cum continuatione ambæ Partes compareant ad dicendum quidquid, & ad audiendum diffinitivum decretum, quoniam intendit causam præsentem expedire, hoc suum, & intimetur.*

IV. Opinatur illustris Author noster *n.* 3. omissionem Publicationis in causa, in qua fuerunt examinati testes, vitiare Processum ob duplicem rationem, quia dicta testium non publicata fidem non faciunt, & quia tolleretur Parti testium repulsa. Hæ tamen rationes animum nostrum movere non possunt, quin contrariam opinionem amplectamur. Ritus enim 72. statuit: *Intra quatuor dies per Partes petatur publicatio, & si non petatur, habeatur ex tunc pro publicato.* Et *Prag. cursu dilat.* idem præscripsit: *Ipso jure in ea publicatum intelligatur, nisi Partes ipsa allegaverint, quare dicta publicatio pro facta haberi non debeat.* Si igitur publicatio non fuerit petita, & ideo omissa, intelligitur ipso jure facta. Et si Publicatio fuerit petita, & denegata; non vitiatur, & nullus redditur Processus, sed a denegata publicatione datur Parti gravamen, quia impeditur aditus percuntandi Processum & testium dicta, & repulsam petere *Gallup. p. 3. c. 27. n. 2.*, *Sanfelic. sect. 57. n. 2.*, *Morill. Grad. public. n. 6.* Publicatio enim non est de substantia judicii in Regno, ubi omnes Causæ sunt summariæ, & ex verbis allatis *d. Pragm.* aperte colligitur quod jus tantum petentis respicit, quia contra illius denegationem datur appellatio. Cum itaque constans sit regula in jure, quod omissio illorum quæ respiciunt jus litigatoris, & non substantiam judicii non vitiant Processum, tenendum est Publicationem non petitam, & etiam petitam sed denegatam non reddere Processum nullum, sed gravamen tantum inferre Parti, quæ de omissione, & denegatione appellare potest: Et hanc comunem opinionem Forensium servat hodierna Praxis nostri Fori, multo magis quia etiam sine actu publicationis possunt Processus percunctari, testificata disci, & testes repulsari. Quæ praxis etiam conformis est praxi aliorum Tribunalium Europæ, ubi nequidam Publicatio in Causa fieri solet, *Gaill. pract. observ. observ. 105. n. 1.*, *Guido Papa dec. 586.*

V. Cum principalis effectus publicationis sit, ut attestationes factæ possint invicem a partibus videri, sequitur quod lectis, & didicitis attestationibus, præcluditur via alios testes producendi. Textus expressus est *in Auth. ut qui semel Cod. de probat*, & *in Nov. Const. de testib. collat. 7. §. quia vero.* & ratio adducitur ne didicitis attestationibus dolo partis testes subornari possint. Idem statuit *Pragm. 3. de resignat. test. Mandamus post processus publicationem super articulis in causa productis testes etiam extra Provinciam non esse recipiendos ad effectum, ut de eis sententiando ratio aliqua habeatur, nisi adpareat ex actis tales testes ante publicationem fuisse per partes nominatos, & aliquo juste impedimento interveniente non fuisse examinatos, quem casum juris dispositioni relinquimus.* Excipiebatur igitur a Pragmatica tantummodo quando una ex partibus in termino nominasset, & citari fecisset suos testes, & justo interveniente impedimento examinati non fuerint, quia tunc post publicationem examinari poterant, & de illorum dictis habebatur ratio in decisione causæ. Reliqui casus subjacent dispositioni juris comunis. Hinc comuniter DD. *ad d. auth. ut qui semel Cod. de probat.* docent, quod visis & lectis attestationibus partis adversæ non licet amplius alios producere testes.

VI. Attamen subtilitates Forensium induxerunt, quod si Judex cognoverit non adesse timorem subornationis possit post publicationem admittere attestationes testium, ut de justitia sententiam ferre valeat; & sufficere fidem Scribæ causæ non fuisse lectum, nec percunctatum examen, ut omnis dubitatio tollatur, *Pont. ad Muscatell. gloss. Causa*, *Petra ad Rit. 72.*, *Morill. gradu publicat. n. 7.* Sed hæ opiniones exularunt, postquam a *Const. anni 1738. §. 1. n. 27.* sublatus fuit terminus ad concomitandum de quo inferius dissereretur. Nam testes amplius examinari non possunt post publicationem, sed tantum Scripturæ recipiuntur, de quibus Judex rationem habebit quæ de jure habenda erit.

VII. *Ex Rit. M. C. 73.* Repulsa peti poterat intra spatium dierum octo decurrendum a die assignatæ copiæ Processus, quod tempus ad arbitrium Judicis poterat protrahi, vel minui juxta qualitatem causæ. Tamen a *Pragm. II. de ord. judic.* limitatum fuit tempus dierum octo decurrendum a die exhibiti Processus, cujus verba sunt: *Publicatione facta intra dies octo processus copia Partibus detur, ut amodo intra octo dies Advocatus, & Procurator processum videri possint, & debeant, quibus ultimis octo dictus elapsis, si aliqua Partium die sequenti repulsam examinis publicati petierit, ultimi octo dies conceduntur ad legendum examen, & elapsis sexdecim diebus, die sequenti potest peti repulsa.* Sed quamvis dubitari non possit dispositionem hujus Pragmaticæ observatam fuisse in M. C., aliisque Tribunalibus Regni, ex stylo S. C. Repulsa peti poterat exclusive usque ad conclusionem, ut testantur *Capyc. Latr. consult.* 215., *Rovit. in d. Pragm.*, imo etiam incontinenti in actu conclusionis factæ, ut pluries decisum refert *Novar. in d. Pragm. n. 7.*; *Sanfelic. in praxi sect. 37. n. 6.* Cujus diversæ praxis rationem reddit Maradei *in Observ. ad d. Pragm.*, quod S. C. potest inducere stylum contra Regiam Pragmaticam, non vero M.C., aliæque Curiæ Regni. Quidquid tamen sit de hac observatione, sublata conclusione ex *Pragm. 18. de ord. judic.* indistincte in omnibus Tribunalibus denegatur Repulsa non petita intra octo dies.

VIII. Terminus Repulsæ currit de momento ad momentum ex jure comuni, ut in *l. auxilium ff. de minoribus*, quia reprobationes testium sunt odiosæ, & debent dari cum magna reservatione, & breves. Et in Regno Ritus *M. C. 73.* statuit, quod si Partes non examinaverint infra dictum terminum, de cætero non audiantur. Igitur elapso termino repulsæ testes non possunt amplius repulsari.

IX. De restitutione privilegiatorum adversus probationes non factas in termino repulsæ opiniones DD. fuerunt variæ, quas refert *de Franch. dec. 421.* Alii enim negarunt omnino dari restitutionem. *Afflict. Const. obscuritatem n. 9.* *Rovit. in Pragm. cursu dilationum*, *Capyc. dec. 62.* Alii distinxerunt quod si agatur de causa criminali, aut quæ criminalitatem sapiat, vel de lucro captando, restitutio negari debeat; Sin vero de damno irreparabili, sit concedenda, *Muscatel. glos. adversus lit.*

fit. 8. Deniquè alii indistinctè affirmarunt esse concedendam restitutionem in integrum ex æquitate, *Cancer. lib. 2. variar. resol. c. 1. de minor.*, *Boer. dec. 245.* Hæc controversia non adhuc fuit decisa. Videtur tamen æquior, & recepta sententia quod totum remitti debeat arbitrio Judicis, qui si cognoverit a privilegiatis non fuisse petitam malitiosè repulsam, & ex denegatione damnum illis obvenire, ex æquitate potest restitutionem concedere.

X. Etiam in Repulsa locum habent positiones, ut in termino principali, sed non debent esse impertinentes. Impertinentes dicuntur vel quando positiones concernunt delicta, vel quando non faciunt ad causam, *Anna sing. 449.*, vel denique quando concernunt justitiam causæ principalis, quia tunc non tenetur Principalis respondere *de Franch. dec. 220. n. 13.* Hinc constans practica fuit quod recipiantur positiones consanguinitatem concernentes, *Gallup. c. 19. n. 33. p. 2.*

XI. Ex *Pragm. 2. de ord. judic.* statutum fuit, *ne nullus in repulsis ponere habeat articulum impertinentem, vel positionem impertinentem cum ante publicationem in principali causa fuerit posita, nisi in casibus, in quibus beneficia, ut super concessa forent, & Pars quæ contra fecerit, pro quolibet articulo impertinenti posito in eadem sententia, in quinque tarenis condemnetur, Procurator enim duplicatam pœnam solvere teneatur.* Hæc Pragmatica in desuetudinem abiit, onde in *Pragm. 18. de ord. judic.* inter alia capita §. 1. n. 25. sancitum fuit, quod non possint admitti articuli directè contrarii articulis, & probationibus causæ principalis, sed tantum concernentes personas testium, & a Scriba causæ ostendi debeant Commissario sub pœna carcerationis, & ab illo habitis ordinibus opportunis pro illorum receptione, vel rejectione, debeant notificari Parti adversæ una cum nominatione testium.

DISTINCTIO TERTIA.

SUMMARIUM.

1 *Post repulsam, repulsamque repulsæ cur alia dilatio ad testes producendum, ac reprobandum denegetur.*
2 *Existente in judicio aliqua persona privilegiata, terminus ad pinguius probandum ipsi conceditur.*
3 *Beneficiorum praxis quibus juribus innitatur.*
4 *Minori cur beneficia potissimum concedantur.*
5 *Mulier quare beneficiis fruatur, sive nupta sit, sive vidua, & num. 7. & seqq.*
6 *Mulier virum habens inutilem, tanquam si non haberet, beneficiis potitur, secus si utilem habeat, instar minoris sub patria potestate existentis, qui privilegio* l. unicæ *caret.*
8 *Meretrices inter personas miserabiliores adnumerantur.*
9 *Beneficia non in alio, quam in læsione fundantur, quæ satis est, ut allegetur, num. 41.*
10 *Senes beneficiis an gaudeant, & num. seqq.*
11 *Ætas ipsa senilis morbus est.*
12 *Senes robusti, & sagaces, nec ullo morbo implicitI privilegiis carent.*
13 *Prodigi etiam beneficiis adjuvantur.*
14 *Ecclesiæ juxta ut minores beneficiis gaudent.*
15 *Ecclesiæ nomine quid intelligatur, ejusque variæ acceptiones remissive.*
16 *Hospitalia beneficiis utuntur, & quare cum num. seqq.*
17 *Hospitalium bona nequeunt alienari, ipsisque relicta pro legatis ad pias causas habentur.*
18 *Confraternitas quæ sit, & an beneficiis gaudeat.*
19 *Civitates, Oppida, Castra, Universitates, Collegia, & Respublica ad hujusmodi beneficia admittuntur.*
20 *Reipublicæ nomen propriè ad Urbem, Romanumque Imperium attinet, impropriè ad quamlibet Civitatem.*
21 *Rusticis an beneficia concedantur.*
22 *Milites expeditionibus occupati beneficia etiam obtinent.*
23 *Debiles, aliæve miserabiles personæ beneficiis potiuntur.*
24 *Fisco beneficia competunt, & quare.*
25 *Fisci Etymologia.*
26 *Minores in processu judicii majores effecti beneficiis gaudent, modo probationes tempore minoris ætatis fuerint factæ.*
27 *Majores minorum heredes quando beneficium habeant restitutionis.*
28 *Minores in possessorio summario non gaudent beneficiis, secus in plenario.*
29 *Minori quando beneficia denegentur cum num. 30. & seqq.*
31 *Malitia æque ac peritia ætatis defectum supplet.*
32 *Minores heredes mariti beneficiis non gaudent adversus mulierem dotium restitutionem petentem in exceptione adulterii, secus quoad antefatum, & quare.*
33 *Beneficia competentia minori actori, cur competant & reo.*
34 *Consortes litis an gaudeant beneficiis.*
35 *Semestre ad præsentandum clerico compatrono concessum, laico etiam conceditur, & appellatio per unum interposita alteri prodest.*
36 *Rescriptum ab uno interpetratum ad alios consortes extenditur, & quod quisque per se nequit, per socium consequitur.*
37 *Minor si nil in termino beneficii probaverit, probationes a majore factæ non rejiciuntur.*
38 *Minor non potest in majoris præjudicium petito beneficio renunciare; idque comprobatur exemplis, & quid si re integra fiat renunciatio.*
39 *Tertius privilegiatus ad judicium veniens auditur in terminis, in quibus causa reperitur, & quare.*
40 *Tertius minimè gaudet beneficiis à principali privilegiato non petitis, vel si tempora ad petendum affluxerint.*
42 *Minor ætas in beneficiorum petitione probanda per adversarium, in contractibus vero per allegantem.*
43 *Reliquæ personæ, quibus competunt beneficia, remissivè.*
44 *Cuilibet privilegiato duplex competit beneficium, & quare.*
45 *Terminus primi, & secundi beneficii quinam sit.*
46 *Beneficia ad pinguius probandum quo tempore petantur, & quid in S.C. n. 47.*
47 *Ob impedimentum probabile etiam transacto tempore dilatio quædam conceditur.*
48 *Quatuor beneficia conceduntur si reus, & actor ambo sint privilegiati, & in iis testium nominationes, tam intra Regnum, quam extra fiunt, & num. 51. & 52.*
49 *Par est beneficium denegare, atque illud inutiliter concedere.*
50 *Uno concesso censetur id omne concessum, pro quod ad illud pervenitur.*
53 *Repulsa testium an concedatur in terminis beneficiorum.*
54 *Beneficia in causis civilibus ex delicto descendentibus locum obtinent, & in aliis causis, nimirum in judicia ad exhibendum, liquidationis interusurii, attentatorum, & in compromisso voluntario ratione incidentis.*
55 L. ultima C. ubi, & apud quem *interpretatur.*
56 *Pœna statuitur à* Pragm. *contra beneficio non utentem, atque ad hanc pœnam evitandam beneficii renunciatio re integra requiritur.*
57 *Praxis decreti concessionis beneficii.*

Die &c. Visa comparitione, ac partibus auditis, concedatur petitum primum beneficium.

Die &c. Concedatur secundum beneficium, *vel dicitur* concedatur beneficium in Aula petitum.

PRo hujusmodi decretorum intellectu prænotandum est, quod post repulsam, & repulsæ repulsam alia non
1 conceditur dilatio ad producendum testes, ejusque reprobandum, ne in infinitum negotia prorogentur, contra text. in *cap. licet dilectus 49. de testib., & attestat.*, sed ut quam ocyssime finiantur, juxta text. in *l. 3. §. 1. D. de recept. l. 1. D. de jurejur. l. ult. D. pro suo, l. 1. §. inde quæritur D. de novi oper. nunc. l. 4. §. 1. D. de alien. judic. l. quidam 21. in fin. D. de reb. cred. l. properandum 13. C. de judic. l. 21. C. de fide inst. l. litibus 20. C. de Agricol. lib. 11. cap. jungantium de re judic.* utque vitetur testium examinandorum subornatio, contra text. in *cap. fraternitatis de testib., & attestat.* & in *auth. at qui semel C. de probation.* Verum si in judicio aliqua persona
2 existat privilegiata, ne in suo jure lædatur, ex privilegio restitutionis ei conceditur alia dilatio, scilicet terminus ad pinguius probandum, quod non fuit plene probatum, quodque non fuit positum, nec probatum; qui terminus beneficium dicitur, siquidem proficuus est;

quæ

3 quæ praxis ex quamplurimis promanat juribus, nempe
de jura communi Cæsareo ex text. in *l. minor autem*
§. sin autem Princeps D. de minor. l. minoribus 8. *C.*
eod. Pontificio ex *cap. auditis* 3. *& cap. beneficio* 10.
de in integr. restit. de jure Regni ex *Constitut. benefi-*
cium, & ex *Pragm. cursu dilationum, sub tit. de ordi-*
ne judic., *& Pragm. instantia causa sub tit. de instant.*
4 *causa non restit. Ritu* 71., & speciarim si in judicio
minor exiftat, ei competit hæc dilatio ad pinguius pro-
bandum ex *Constit. Regni* incip. *minorum jura*; & fun-
datur in ratinna; nam cum minor propter ætatis de-
fectum alterius indigeat auxilio, nimirum tutoris, vel
curatoris; & isti quidem in rebus agendis illam soli-
citudinam juxta ac in propriis rebus adhibere non as-
solent, unde minoris læsio provenit, ne inquam, in
suo jure lædatur, merito per beneficium restitotionis
eidem succurritur. Mulier quoque hujusmodi beneficin
gaudet, ut ex *Const. Regni* incip. *mulieribus*, *& Con-*
stit. Obscuitatem, cui sana conceditur propter sexus
5 imbecillitatem, & intellectus infirmitatem, adeo ut
alienæ opitulationis indigeat, ne facile in suis nego-
tiis circumvaniatur; quemadmodum & mulieres inuti-
les viros habentes, tanquam si non haberens, Glos.
6 in *cap.* 2. *v. inutilem de translat. Episcopi*, & Glos. in
l. ult. C. ad l. Flaviam de plagiariis, Ursill. ad *Afflict.*
decis. 228. *nu.* 4. inde consequitur, quod utiles haben-
tes minima gaudeant, instar minorum, qui, si sub pa-
tria potestate sint, privilegio *l. unica C. quando Imp.*
inter pupillos, *& viduas &c.* circa alectionem fori
minime gaudent, teste D. Præsid. de Franc. *decis.* 671.
Cæterum ex hudierna praxi indistincte sive nuptæ sint,
7 sive viduæ, hoc beneficio potiuntur, ut probat Im-
brian. *de primo*, *& secundo beneficia consid.* 5. *num.* 26.
& seqq. atque etiam meretrices, D. Præsid. de Franch.
8 *decis.* 233. cum hæ in statu existant miserabiliori; a
probis anim viris hodio habentur, & contemnuntur,
ab improbis circumveniuntur, & sepe sæpius ab ipsis-
met amasiis; ideoque magis commiserandæ videntur,
easque miserabiles appellat Imp. Freder. in *Constit. Re-*
gni incip. *Omnes nostri Regiminis*; tum etiam quia in
9 læsione beneficia fundantur, non autem in nobilitate,
aut honestate. Hominibus quoqua senio confectis hæc
10 beneficia conceduntur; ætas enim ipsa senilis continua
infirmitas esse deprehenditur, juxta illud Comici in
11 *Phormi. Senectus ipsa morbus est*, congruit text. in *l.*
Sempronio §. Codicillis, ibi: *Senex*, *& infirmos D. de*
usur. lega. auth. de quastore cap. 5. *§. si vero aliqui*;
imo senectutem morte pejorem existat Juven. *satyr.* 11.
. . . . *Morte magis metuenda senectus*.
Hinc illa deprecatio, *ne projicies nos in tempore sene-*
ctutis, cum defecerit virtus nostra, non derelinquas nos
Domine. Quin etiam illi, qui quanquam gravi non
sint ætate, imbecilles tamen sunt intellectu, val va-
letudinarii, ut propriis negotiis interesse nequeant,
eodem privilegio fruuntur, arg. text. in *l. unic. C. qui*
morbo se excusant, *& l.* 3. *C. eodem lib.* 10. & in *l.* 2. *§. quem*
ita D. de vacat. & excusat. muner. D. Præses de Franch.
decis. 608. *n.* 6. Cæterum si corpore sint validi, saga-
12 ces, & nullo morbo correpti, ut plerumque experi-
mur, privilegiis minime potiuntur, ut videre est apud
D. Regentem Merlin. *cent.* 2. *cap.* 52.
Prodigi, si tales fuerint a Judice declarati, & iis inter-
13 dicta bonorum administratio, atque curator datus,
quippe etiam beneficiis juvantur, ut penes D. Præs.
dec. 598. *& dec.* 608. Thor. *in compend. dec. in v. beneficia*
an concedenda sint prodigis, *par.* 1.
Ecclesiæ beneficiis gaudent, cum ipsæ jure minoris utan-
14 tur, *cap.* 1. *de in integrum. restitut. & cap. auditis eod. tit.*
Pragm. Regni incip. *Cursu dilationum de ordine judic.*
15 nomine autem Ecclesiæ propria intelligitur Fidelium
communio, siva congregatio ad divinum cultum ordi-
nata, non materialiter, quatenus connotat locum con-
secratum pariatibus circumdatum, juxta glos. ult. in
l. sicut D. quod cujusque Universitatis nomine &c. va-
rias autem nominis hujus Ecclesiæ acceptiones enume-
rat Glos. in *cap. fin. ne praelati vices suas &c.*
Beneficiis quoque gaudent Hospitalia, in quibus divinæ
16 pietatis opera exarcentur, *l. omnia C. de Episcopis*, *&*
Clericis, & facit text. in *auth. de Ecclesiasticis titulis*,
& in *clem. quia contingit de religiosis domibus*. Hospi-
talia vero intelliguntur non solum, quæ ab Ecclesia-
sticis gubernantur, sed etiam quæ a laicis, quia in iis
etiam piæ functiones exercentur, & eorum bona abs-
17 que assensu Apostolico alienari non possunt, per *Ex-*
trav. ambitiosa de rebus Ecclesia non alienandis; ideo-
que omnia illis relicta ad pias causas legata reputan-
tur, Maranta in *cons.* 133. *Dec. cons.* 72. *vol.* 3. Joseph
Ludov. in *decis. Perusina* 93. *num.* 45. Imbrian. de *primo*,
& secundo benef. consid. 4. *num.* 43. vide Guttierez *canon.*
qu. c. 35. *num.* 29.
Confraternitas, quæ est hominum conventio in rebus sa-
18 cris agendis, gaudet quoque beneficiis, juxta notata
per eund. Guttier. *canon. quæst. lib.* 1. *qu.* 35. *n.* 23.
Itidem Civitates, quæ cum ab aliis regantur, facile læ-
19 di possunt Tusch. in *lit. M. concl.* 241. *sub num.* 51.
quod autem dicimus de Civitate, procedit etiam in
parvo oppido; quandoquidem inibi viduæ, pupillæque
existunt, quamvis cives ipsius per seipsos regantur,
idem Tusch. *loco cit. sub num.* 57. & Paul. de Castro in
cons. 37. incip. *ut bene attingatur vol.* 2. *col.* 2. Univer-
sitas quoque, vel Castrum, etiam si inibi non adesses
nisi unus tantum civis, qui beneficia pro eodem petiis-
set, ut decisum in S. C. testantor Freccia in *tract. de*
subfeud. lib. 2. *auctor.* 2. *nu.* 30. ac Thor. in *compend. de-*
cis. in v. beneficia.
Similiter Collegium Scholarium, siva Universitates, cum
ad eas minorum multitudo confluat, ad tradita per
Corneum *cons.* 148. *nu.* 4. *vol.* 1. *& cons.* 189. incip. *Visa*
dicto puncto vol. 3. Remp. habere hæc privilegia non
ambigimus, ut in *l. Resp. C. ex quibus causis major.*, &
in *l. Remp. C. de jure Reip. lib.* 11. at Reip. nomen pro-
20 pria ad Urbem Romanam pertinet, siva Romanum
Imperium, impropria ad quamlibet Civitatem, sive
Universitatem, cum regulariter jure privatorum utan-
tur, glos. in *d. l. Resp.* & in *rub. in v. Reip. C. de jure*
21 *Reip.* Rusticis varo, scilicet iis, qui minime sunt sa-
gaces, quique in villis eorum operibus vivunt, & la-
boribus, eadem competunt beneficia, ex generali ta-
men clausula, si justa causa intercedat, & in iis casi-
bus, in quibus paritiores consulere non potuerunt, per
glos. in *l.* 1. *v. agere C. de juris*, *& facti ignorantia*.
Militibus, qui uti privilegiati habentur, beneficia quo-
22 que competunt, dummodo sint expeditionibus occupa-
ti, ex text. in *l. fin. C. de restit. militum*, cum in præ-
lio pro Rege, & Republica vitæ sortem derelinquant,
ut in simili loquitur Constantinus in *l. milites* 15. *in*
23 *fin. C. de test. milit.* Debiles insuper, aliive miserabiles
his beneficiis gaudere debent, *Prag. cursu dilationum in*
fin. de ord. judic. Præses de Franch. *decis.* 233. præcepto
enim Domini ad convivium vocati fuerunt Divi Lucæ
14. ibi: *sed cum facis convivium, voca pauperes, debi-*
les, claudos, cæcos, & beatus eris &c. Fiscus quoque
gaudet, Afflict. *decis.* 210. *in princ.* cum Respublica di-
catur genus, & Fiscus ejusdem pars, vel Respublica
caput, & Fiscus membrum, Andr. in *tit. quæ sint*
Regalia, Luc. da Pen. in *rubr. C. de jure Fisci lib.*
10., & in *l. penult. C. de diversis prad. urb. lib.* 11. Fiscus
24 autem dicitur Imperatoris, vel Regis Ærarium, val
Fiscus appellatur, quod fiscus sit, idest solvendo, si Bal-
25 di auctoritatem in hoc amplecti velimus in *cons.* 363.
quoad hanc Fisci etymologiam vide, si lubet, Jo: Cal-
vinum in *Lexico juris*, & Franciscum Hotmannum in
Comment. verbor. juris verbo Fiscus.
Minores si in processu judicii afficiantur majores, eis
26 competunt benaficia, modo probationes sint factæ tem-
pore minoris ætatis, val dilationes eodem tempore de-
27 cursæ sint: & in his casibus majores, qui minoribus
succedunt, beneficio restitutionis gaudent, Imbrian. *de*
primo, *& secundo beneficio consid.* 3. *num.* 74. competit
quippe banaficium huic haredi, non ratinna personæ
minoris, sed quia minor fuerit læsus, ut videre est
penes Afflict. *decis.* 211. Troys. in *pragm.* 7. *num.* 7.
de dilation. Reg. Tap. in *Constit. Minorum jura n.* 10.
& in *Constit. Mulieribus num.* 11. in possessorio autem
28 summario minores non habent beneficia, ubi non agi-
tur de damno irreparabili, at in plenario quidem cer-
tè, Rovit. in *Pragm. cursu dilationum num.* 29. quemad-
29 modum si in dolo versentur, a beneficio excluduntur,
per text. in *l. si is, qui minorem*, *& l. si alterius C.*
si minor se majorem dixerit.
Minori tamen Doctori beneficia denagantur, facit tex.
30 in *l.* 1. *C. qui & adversus quos*, ibique decidit Bald.
& glos. in *l. professio C. de muner. patrim. lib.* 10. Ti-
raquell. in *tract. de nobilitate c.* 20. *nu.* 41. Amendola
in *addit. ad dec. D. de Franch.* 421. *n.* 14. nam sicuti
31 malitia, ita peritia ætatis defectum supplet, ut de ma-
litia loquitur tex. in *d. l. si alterius C. si minor se*
majorem dixerit, & de peritia text. in *l.* 2. *C. de his,*
qui

qui veniam ætatis impetraverunt.

Rursum minores heredes mariti beneficiis non gaudent
32 adversus mulierem prætendentem restitutionem dotium
in exceptione adulterii, bene tamen quoad antefatum:
nam in primo caso tractatur de lucro captando, in se-
cundo de damno vitando, & ita decisum est penes D.
Præsid. de Franch. *decis.* 421.

Hæc vero sit regula, quod minori actori beneficia com-
33 petentia, reo quoque competunt; quia dilationes in
causa sunt communes, vulgata *l. petenda C. de tem-
por. in integr. restit.* glo. in *l.* 1. *&* 2. *C. si adversus
transactionem*; & merito, ut servetur æqualitas, ne-
ve reus, & actor ad imparia judicentur, *l. non debet
de reg. jur. cap. non licet eod. tit. lib.* 6.

Consortes litis beneficiis quoque fruuntur, si causa indi-
34 dividua sit, & eadem actione, & jure in judicium
veniunt, aut periculum, & commodum ad omnes per-
tineat, ut plures heredes causa defuncti, vel plures
possessores causa unicæ cessionis, Afflict. *dec.* 213. Reg.
Tapia *de jure Regni* super *Const. minorum juxta nu.*
5. quo referri possunt exempla isthæc; nam semestre,
35 quod Clerico compatrono ad præsentandum competit,
laico quoque conceditur, *cap. un.* ubi glos. *de jure
patron. in* 6. appellatio per unum interposita, alteri
prodest, ex text. in *l.* 1. *&* 2. *C. si unus ex pluribus
appellaverit*: comprobatur denique ex text. in *l.* 1. *C.
de diversis rescriptis*, ubi rescriptum ab uno impetratum
36 ad alios porrigitur consortes; hinc est, quod quis
consequitur per socium, quod per se ipsum consequi
nequit, *l. loci §. si fundus D. si servitus vindicetur.*

Hinc etiam fit, ut si minor in termino beneficii non
37 probaverit, probationes factæ a majore in dicto ter-
mino in hoc Regno non rejiciuntur, vide ad rem de-
cis. *Capyc.* 170. & Ursill. ad *Afflict. decis.* 89.

Ex eadem ratione minor renunciare non potest petito
38 beneficio in majoris præjudicium, quia majori jam
acquisitum est jus, Thor. in *compend. decis. ver. bene-
ficium petitum, par.* 2. & conferunt argumenta; nam
appellationi interpositæ appellans invito appellato re-
nunciare nequit, ut ex text. in *l. ampliorem C. de
appellat.* & Clericus, qui convenit laicum coram Ju-
dice seculari, a laico reconventus per *cap.* 1. *&* 2.
de mutuis petitionibus, conventioni suæ renunciare non
potest, Aufer. in *tract. de potest. Jud. secul. super Ec-
clesiast. perso. reg.* 2. *num.* 4. Afflict. *decis.* 173. D.
Præses de Franch. *dec.* 193. *&* 149.

Verum re integra beneficio renunciari potest; & re in-
tegra dicitur, quando ad aliquem actum non fuerit de-
ventum; confert text. in *l. si pecuniam D. de condict.
causa data &c. vers. nam si ita res se habet.*

Tertius, si sit persona privilegiata, & veniat in causa,
39 sive ad infrigendum, sive ad coadjuvandum colliga-
torum jura, auditur in terminis, in quibus reperitur,
Innoc. in *cap. cum super de re judicata*; quoniam jus
tertii regulatur secundum jus principalis conventi, Rot.
Bonon. *conclus.* 75. si vero veniat in tempore, privile-
giis gaudet, Afflict. *decis.* 29. *& in Constitut. Obscu-
ritatem col.* 5. & notat Ursill. in *d. dec. Afflict.* Cum
40 igitur tertius regulatur a persona principali, si hæc
privilegiata sit, & beneficia minimè petierit, iisdem
gaudere nequit. Rursum si tempora petendi beneficia
sint elapsa, nequit illa petere, notat Consiliar. de Anna
consil. 97. *& consil.* 98. Cæterum quando tertius oppo-
sitor veniens ad causam inter alios vertentem sit au-
diendus, & qualiter, adire poterit Lector Scipionem
Rovitum in sua 1. *dec. per totam.*

Hoc privilegium, idest beneficium, quod privilegiato
competit, ut dictum est, in læsione fundatur; hæc
41 autem læsio in Regno a minore probanda non est,
sed satis est, quod allegetur, juxta text. in *cap. au-
ditis de testibus*, nec decet *decis. S. C.* 109. penes Ca-
pyc. & ita servatur, quemadmodum Florentiæ, Senis,
& in Umbria, teste Josepho Ludovico in suis *com-
mun. opinion. tit. de minor. concl.* 2.

Cæterum qualitas minoris ætatis, quæ est fundamentum
42 beneficii, demonstranda est; at si ex aspectu digno-
scatur, in adversarium transfert onus probandi, Ma-
scard. *de probat. concl.* 667. *num.* 1. *& seqq. & num* 17.
glos. in *l. si minorem, v. comprobatum C. de in integr.
restit.* in contractibus verò omninò per allegantem pro-
banda est, communiter DD. in *d. l. si minorem*, &
glos. in *cap. constitutus in verbo constiterit eod. tit.* Re-
43 liquæ verò personæ, quibus hujusmodi beneficium
opitulatur, recensentur per Afflict. *decis.* 210, *cum
tribus seqq.*

Præterea cuilibet privilegiato ultra primum beneficium,
44 secundum ad pinguius probandum competit; *ex dict.
Pragm. Cursu dilationum*; cumque nihil in jure sine
causa fiat, non sine ratione geminatio isthæc interve-
nit, nimirum ad excludendam omnem omnino præ-
sumptæ læsionis suspicionem, arg. tex. in §. *sed cum
pauletim in fine Instit. de testam.* & notat Imbrian. in
tract. de prima, & secunda beneficio consid. 2. *sub num.*
84. accedit & alia ratio, quod præter ordinariam di-
lationem, scilicet terminum, duæ aliæ, idest duo be-
neficia conceduntur, ut Tutores, Curatores, aliive
Administratores nullam habeant excusationem, quod
suos Principales defendere nequiverint, cum ad præ-
dictam defensionem non semel, sed ter admoniti fue-
rint legis benignitate.

Primum beneficium quamvis contineat medietatem primi
45 termini, ut ex *dicta Pragm. & Rit.* 71. tamen ob
distantiam locorum prorogari potest, ut est apud Af-
flict. *decis.* 124. Caravita super *d. Rit.* 71. *n.* 8. secun-
dum vero medietatem termini primi beneficii compre-
hendit, ea ratione; quia dum jure speciali duo bene-
ficia conceduntur, merito secunda dilatio brevior est,
quam prima, tertia brevior secunda, ut in prima
omnis adhibeatur diligentia; æquè ac in secunda, quæ
brevior est prima, ne causa in longum tempus pro-
trahatur.

Prædicta beneficia, idest primum peti debet intra trigin-
46 ta dies facta publicatione in causa, eaque intimata;
secundum infra eundem terminum a publicatione pri-
mi beneficii, vel a die conclusionis, si publicatio fa-
cta non sit, *Pragm.* 16. *de ord. judic.* transacto hoc
tempore nemo amplius exauditur, idest adversus lapsum
prædicti temporis non datur restitutio: verum in S.C.
47 ex *Pragm.* 51. *de officio S. R. C.* etiam post tabel-
lam causarum in valvis appositam intra viginti qua-
tuor horas illa petere non est vetitum: cæterum ob
probabile impedimentum, sive culpam, quæ condona-
bilis est, dilatio quædam conceditur, ne veritas pereat.

Si igitur in causa tam actor, quam reus privilegiatæ
48 personæ sint, quatuor conceduntur beneficia, ut tra-
dit Afflict. post And. in *Constit. Regni Obscuritatem
qu.* 10. *num.* 15. puta si minor habuit primum, & se-
cundum beneficium, potest altera pars adversa privi-
legiata ex sua persona petere hæc beneficia, etiam si
usa fuerit illis restitutionibus minori adversario con-
cessis ad pinguius probandum, per *l. petenda C. de tem-
porib. in integrum restitut.* in quibus nominationes
testium tam intra Regnum, quam extra fiunt, cum
congruente tamen dilatione ad examinandum, juxta
Regiam *Pragm.* alioquin frustratoria essent beneficia,
consonat text. in *l. non putavit §. non quærit D. de
bonor. possess. contra tabulas*, & in *l.* 4. *§. condemnatum
D. de damno infecto*, ex quibus legibus per argumen-
tum deducitur, per esse denegare beneficium, atque
49 illud inutiliter concedere, & faciunt quoque *l. servi-
tutis §. si domo D. de servit. urban. prædior. & l. cole-
ctionis gratia D. communia prædiorum, l. oratio* 16. *D.
de sponsalib. l. ad rem mobilem, & l. ad legatum D. de
Procurat. l.* 2. ubi DD. *D. de jurisdict. omn. judic.*
cum aliis concord., ex quibus colligitur, quod uno
50 concesso debet id omne concedi, per quod perveniri
potest ad illud, vel sine quo illud adimpleri non po-
test; & comprobatur exemplo compromissi, in quo
dilatio pro examinandis testibus, quæ continetur in
nominatione, minimè computatur, ut notat Troysius
in *Pragm. odia litium in fin.* & ita per S. C. repe-
ritur decisum, teste Afflicto *decis.* 124. vide Rnait. su-
per *Pragm. cursu dilationum num.* 31. *& seqq.* & Pra-
tum in *addit. ad Muscatell. glos. adversa.*

Adverte tamen, quod facta nominatione testium intra
51 vel extra Regnum in primo termino probatorio, si
privilegiatus in ea nihil probaverit, aut ea minimè
fuerit usus, non facilè nominatio hæc admittenda est
in hac secunda dilatione, nisi de aliquo justo impedi-
mento Judici constet, juxta tradita per Joannem Gut-
tierez *pract. quæst. lib.* 1. *cap.* 55. & confert text. in *l.*
1. *C. de dilation.* ubi: *sed eandem dilationem, si re-
rum urgentissima ratio flagitaverit, & necessitas desíde-
ratæ inquisitionis exegerit, non facile amplius quam se-
mel, nec ulla trahendi arte sciant esse tribuendam*, ubi
consideranda reor illa verba, *non facile amplius, quam
semel*; nec immerito, quia dilatio, quam testium no-
minatio continet, longior est dilationibus in termino
probatorio, & in primo, & secundo beneficio con-
tentis,

tentis : quod si constet de evidenti præjudicio mino-
52 ris, ejusve privilegiatæ personæ, meo erbitrio con-
cedende est.

Repulsa vero in beneficiis quoad personas testium mini-
53 me conceditur ob crimina, & defectus, Caravit. in
Ritu 71. *num.* 5. Cæterum testes examinati in termi-
nis beneficiorum benè possunt aliundè repulsari; alio-
quin defensiones auferrentur, ex Bart. in *Extrav. ad
reprimendum v. & figura*, Muscatell. *in praxi glos. ad-
versa num.* 5. *& in additione lit. B.*

Pro coronide noto, quod beneficia non conceduntur in
54 causis criminalibus, Rovit. super *Pragm. cursu dila-
tionum de ordine judic. num.* 37. sed vindicent sibi lo-
cum in civilibus etiam ex delicto descendentibus, exem-
plum quære ex *l.* 3. *D. de sepulcro violato*. Insuper in
judicio ad exhibendum instituto, ex quo præjudicium
per aliud reparari nequit, beneficia locum habent, Im-
brian. *de primo, & secundo beneficio, consid.* 8. n. 19.
& 74.

In causa liquidationis tertiarum, sive interesse non con-
cedontur beneficia, si fuerint concessa in causa princi-
pali; quoniam una eademque est causa : si vero in
causa principali unum beneficium fuerit petitum, benè
in causa liquidationis secundum peti potest, Afflict.
decis. 35. & *decis.* 114. ibique addentes.

In causa attentatorum super liquidatione fructuum, quip-
pe quæ continet Judicis contemptum, ut illa revoca-
ri possint, beneficia jure merito sunt concedende etiam
si in causa principali data fuerint, ut decisum refert
Ursill. in *decis. Afflict.* 35. *num.* 3.

In compromisso voluntario, seu conventionali beneficia
prædicta, seu restitutiones ad pinguius probandum con-
cedi quoque possunt, ratione incidentiæ, ut factum
probetur, ex text. in *cap. causa de in integrum restit.*
55 ubi glos. in *v. incidenter*, & confert text. in *l. quoties
C. de judiciis*, non obstante *l. ult. C. ubi, & apud
quem*, quæ contrarium decidit, nam loquitur de resti-
tutione, quæ fit principaliter, idest de sententia; quo
casu erbitri hac facultate carent, secus si incidenter,
idest de restitutione ad pinguius probandum, ex qua
oritur probatio, & ex probatione laudum.

Hinc etiam, ne ad dilatandum beneficia concedantur,
56 statuta est pœna contra beneficio non utentem in
Pragm. s. *de dilation.* ibique Rovit. ut autem pœna
hujusmodi evitetur, beneficio renunciandum, ultimata
Examinatoris electione, quia tunc res integra dicitur,
& incontinenti videtur beneficium peritum, atque re-
nunciatum.

Tandem in decreto dicitur : *concedatur beneficium cum
57 termino juris*, ut explicatum est, quia juxta *Pragm.*
medietas est primi termini, & post tabellam causarum
in valvis appositam peti potest in S. C. ex enunciata
Pragm. 5e. *de officio S. R. C.* ideoque dicitur : *conce-
datur primum beneficium in Aula petitum*, ut etiam
in antiquis decretorum notamentis observavimus, &
superius quoque diximus; sin autem denegetur, dici-
tur : *non esse locum petito beneficio*.

VINCENTII ALOI

IN CAP. VI.

DISTINCTIONEM III.

ANIMADVERSIO

SUMMARIA.

I. *Beneficium ad pinguius probandum, quid?*
II. *Unum tantum hodie conceditur ex Pragmatica* 18. *de or-
dine, & forma judiciorum.*
III. *Quibus personis concedatur.*
IV. *Opinio Auctoris num.* 17. *quoad bona hospitalium re-
fellitur.*
V. *A qua die currat terminus dierum triginta ad petendum
beneficium.*
VI. *An duplex concedatur beneficium, si utraque pars sit
privilegiata.*
VII. *Terminus primi beneficii rigorose servatur, & quare.*
VIII. *In quibus causis denegatur primum beneficium.*
IX. *An privilegiatus possit renunciare in præjudicium ad-
versarii beneficio absente.*
X. *Primum beneficium conceditur etiam litiganti per pro-
curatorem.*
XI. *Procurator potest petere primum beneficium absque spe-
ciali mandato.*
XII. *Terminus primi beneficii est medietas primi termini.*
XIII. *Qua pœna plectantur abutentes termino primi bene-
ficii.*

I. OBiter tantum innuit Author noster *num.* 3. quod terminus ad impinguandum dicitur terminus beneficii, quia proficuus est, & ex jure civili & canonico promanat. At non omne quod est proficuum appelletur in jure beneficium, in legibus ipsis ignota sunt nomina beneficii, & termini ad pinguius impugnandum, nec ex his verbis cognosci potest, quid sit ipsum beneficium. Igitur ab ipso jure arcessenda est cognitio hujus beneficii. Minoribus in judicio læsis ob probationes non factas in termino, restitutio concedebatur adversus termini lapsum, & ex æquitate admittebantur ad probationes faciendas *l. & si ff. de minor.* Hæc restitutio non semel sed sæpius concedebatur novis supervenientibus probationibus *l.* 2. *& fin. Cod. sæpius in integr. restit.* Ab interpretibus tamen restricte fuit, ut bis postulari poterat *arg. l. volu-ti ff. de edend.* Et quia ex rigore juris post didicita testificata, & publicationem factam non poterant amplius recipi testium dicta, ex æquitate tantum & indulgentia scripta hæ duæ restitutiones concedebantur. Ex tali æquitate & indulgentia ab interpretibus appellatæ etiam fuerunt primum & secundum beneficium, *Isern. in Const. beneficium*. Hinc etiam in nostris patriis legibus nomina primi & secundi beneficii adoptata fuerunt, ut videre est in *Const. Beneficium restitutionis, Poteranorum, in Pragm. unic. de insi. caus. non rest., &* 52., 56., *&* 62. *de offic. S. R. C.* Et ex his patet quod beneficium ad pinguius probandum idem est ac restitutio concessa personis privilegiatis, ut adversus lapsum termini ex æquitate admittantur ad probationes faciendas, quæ rigore juris fieri non possunt.

II. Ex omnibus Pragmaticis emanatis sub titulo *de ord. judic.* scopus colligitur resecandi dilationes, ut judicia celerem cursum haberent. Quantum vero judicia in longum protrahebantur ob hæc duo beneficia Personis privilegiatis concessa adparet ex termino impartito ad illa petenda, & ex tot dilationibus quæ denuo concedebantur. Hinc *Pragm.* 18. *de ord. judic.* pro celeri causarum expeditione secundum beneficium sustulit, & primum tantum beneficium Personis privilegiatis reliquit, ut in illo restituerentur elapso termino ad probationes faciendas.

III. Quæ autem sunt Personæ privilegiatæ? *Pragm. cursu dilationum* numerat pupillos, minores, Ecclesias, Viduas, & postea generalibus verbis subdit *& alias personas miserabiles*. Quasi exprimere voluisset, quod regulariter Personis nominatis absque causæ cognitione concedendum sit beneficium ad pinguius probandum, quia ex verbis & mente legum ex ipso cursu termini elapsi censetur probata læsio; sed personis generaliter designatis utpote *miserabilibus* non indistinctè conceditur beneficium, sed arbitrio Judicis ex causa cognita. Et revera Pupilli & minores uti beneficiati nominantur in *Const. minorum jura*, mulieres in *Const. mulieribus*, Fiscus & Universitates in *Const. privilegium restitutionis*, Ecclesiæ in *Pragm. cursu dilationum*; ideoque etiam Afflictus in *dec.* 230. has tantummodo personas privilegiatas recenset. Sed de aliis personis non habetur textus expressus in patriis legibus. Hinc Forenses super Personis miserabilibus, quibus beneficium ad pinguius probandum porrigi debeat, in varias opiniones abierunt. Cevensis ex verbis *d. Pragm.* inter Personas miserabiles privilegiatas recenset Mercatores in itinere, Rumipetas, libertos Ecclesiæ, leprosos, captivos, aliosque quos recenset Innocentius in *c.* 1. *de postuland.* Author noster ultra Personas in *d. Pragm.* nominatas, uti privilegiatos habet Prodigos ex decreto Judicis declaratos, mulieres quascumque etiam meretrices, senes imbecilles ex defectu mentis, cujus opinioni adhæremus ob rationes adductas ex usu Fori, & decisionibus S. C., quas repetere in animo non est, ne de charta ad papyrum, uti est in adagio, describere videamur. Tantum his addimus hereditatem jacentem ex *dec.* 45. apud *Rovit.*, & filiosfamilias minores sub patria potestate existentes pro eorum bonis adventitiis, ut probavit *de Marinis resolut.* 200. *c.* 14., quia loco

gino-

minorum considerari etiam debent.

IV. Assentire tamen non possumus Authori nostro ajenti *n.* 15. quod hospitalia etiam hoc beneficio gaudeant, quia in iis etiam piæ functiones exercentur, & eorum bona alienari nequeant sine assensu apostolico. Abreptus fuit Author a comuni Forensium opinione, quod hospitalia tunc gauderent beneficio Ecclesiarum, cum Ordinarii authoritate erecta fuissent, & tunc etiam illorum bona alienari non poterant. Sed in *Pragm.* 2. *cursu dilationum* Ecclesiis tantum, & non omnibus aliis locis piis beneficium conceditur: & omnes Forenses affirmare coacti fuerunt per similitudinem & æquipollentiam extensionem fieri ab Ecclesiis ad Hospitalia, *Merlin.contr.forens.c.61. centur.1.*, *Marin.lib.1. resolut.resol.339.* Hæc tamen similitudo & æquipollentia pro Ecclesiis tantum valet, quia ipsæ Minoribus æquiparantur, & non ulterius extendenda est. Igitur extensio de loco ad locum & de Persona ad Personam fieri non debet contra expressam juris determinationem, cum beneficia sint semper stricte interpretanda. Imo Ecclesiæ ipsæ non semper æquiparantur pupillis & minoribus, quia non ut hi semper læduntur. Quidquid autem sit de læsione, hodie constat quod Ecclesiæ non omnibus privilegiis minoribus concessis gaudent. Postquam enim Diplomate *diei* 27. *Februarii* 1747. sancitum fuit, quod electio Fori non concedatur nisi illis Personis limitative, in *l. unic. quand. Imper.* comprehensis, aliis diplomatibus *diei* 8. *Aprilis* 1747. & *diei* 9. *Aprilis* 1773. etiam Ecclesiæ hoc privilegio privatæ fuerunt. Cum igitur Ecclesiis tantum beneficium ad pinguius probandum concessum fuisset, & beneficia Ecclesiis concessa sint strictissime interpretanda, sequitur quod ad bona Hospitalium beneficium ad pinguius impugnandum non sit extendendum. Cave porro ab Auctoris doctrina, bona Hospitalium vendi non posse, nisi servatis requisitis ab *Extrav. Ambitiosæ* propositis. Numquam in Regno nostro Lex ista Pontificia fuit recepta; nec nunc servatur: quo circa in venditione bonorum Hospitalium, aliorumque Piorum Locorum non *Extravaganti*, sed Regiis Rescriptis sunt accommodandæ juridicæ formalitates, scilicet, Decretum *quod Expedit* a Laico Magistratu interposito, prævio apprezzo, & probatione necessitatis ac utilitatis venditionis, omnino sublata subhasta, quæ hodie Piis Locis non conceditur.

V. Beneficia ex usu Fori petebantur usque ad sententiam definitivam etiam post causam productam, sed hic usus correctus fuit a *Pragm.* 16. *de ord. judic.* quæ statuit terminum triginta dierum primi beneficii currere a die sequenti intimatæ publicationis, & elapso termino prædicto præcludi viam tam Actori quam Reo amplius beneficium petendi.

VI. In uno eodemque judicio olim personæ privilegiatæ duo beneficia concedebantur, & post sublatum secundum beneficium, unum tantum conceditur; ita ut si concessum fuerit in prima instantia, non potest iterum concedi in secunda instantia. At si in eodem judicio tam actor quam Reus sint privilegiati, & unus illorum in prima instantia habuerit beneficium, debet aliud privilegium concedi alteri petenti. Imo si plures sint privilegiati, cuicumque illorum petenti concedi debet, quia quilibet privilegiatus venit ex sua propria persona, *Capyc. Latr. dec.* 79.

VII. Tam rigorose servatur terminus dierum triginta statutus a *Pragm.* 16. *de ord. judic.* ad petendum beneficium a die intimatæ publicationis, ut si privilegiatus de decreto publicationis reclamaverit, & succubuerit, & interim elapsus sit terminus prædictus, non potest amplius beneficium petere. Ratio est quia firmo remanente decreto publicationis succubuisse censetur etiam in cursu termini, qui computatur a die intimatæ publicationis, & non a die intimatæ confirmationis, & decretum publicationis statim produxit effectum ex juris dispositione. Et ita decisum refert *Rovit. in dec.* 18., *de Marin. ad Revert.*, *dec.* 578. *n.* 3., *Gizz. ad Latr. dec.* 91.

VIII. Non conceditur beneficium ad pinguius probandum in causis criminalibus, *Isern. in Const. obscuritatem*, nec in causa liquidationis Instrumenti, quæ sapit criminalitatem, *de Franch. dec.* 421., *Rovit. ad Pragm. II. de ord. Judic. n.* 33. Non conceditur similiter in causa remediorum Capitulorum Regni, in quibus proceditur per extraordinariam cognitionem, cum expresse fuerit determinatum in *cap. ad regale fastigium: Non exigent in his cognitionalia*, *Anna allegat.* 84. Nec in judiciis summariis in quibus non agitur de damno irreparabili, *Capyc. dec.* 13., *de Marin. resol.* 328. *lib.* 1. Plures quæstiones theorico-practicas fecit hic *Imbrianus tract. de prim. & sec. benef.* quæ omnes reduci possunt ad illud, quod in causis, in quibus non datur appellatio ad effectum nec suspensivum, nec devolutivum, non datur beneficium ad pinguius probandum.

IX. Obtento beneficio non potest beneficiatus illi renunciare in præjudicium adversarii, quia terminus est comunis, & quæsitum est jus adversario suos producendi testes, *de Franch. dec.* 269. Quod secus est si privilegiatus tantum beneficium petierit, *Ursill. ad Afflict. in dec.* 89., quia tunc cum res sit integra, potest beneficio petito renunciare, & nullum jus quæsitum fuit Adversario, *Altimar. ad Rovit. cons.* 32. *n.* 29. *lib.* 2.

X. Ea doctrina Bartol. in *l. minor ff. de minor.*, quod minor non litiget cum Procuratore quia perderet beneficium restitutionis, & non posset restitui in exceptionibus, Maranta *p.* 6. *in tit. & quandoque appellatum num.* 104. tenuit absolute quod non conceduntur beneficia minori litiganti per Procuratorem, sed dubitavit in muliere *n.* 106. Hæc doctrina in Foro rejecta fuit, quia *Pragm.* 2. *de ord. judic.* indistincte omnibus beneficiatis sive per se litigent, sive per Procuratorem, concedit beneficium, & ita constanter decisum in S.C. testantur *Ursill. ad Afflict. dec.* 114., *Franch. dec.* 446.

XI. An autem Procurator petens beneficia debeat habere mandatum speciale, vel sufficiat generale, etiam fuit controversum. Caravita in *Rit.* 70. tenuit, quod Procurator debet habere speciale mandatum etiam ex sensu juris comunis in *l. illud §. si tales ff. de minor.* Sed ex usu Fori absque tali speciali mandato petitur beneficium, *Moill. in grad. publicat. n.* 60.

XII. Terminus primi beneficii est medietas primi termini principalis, ut statuitur in *Ritu M.C.* 71., in quo termino possunt fieri nominationes, & alia quæ in termino principali fiunt. Et licet *Afflict. dec.* 124. dicat Ritum istum fuisse correctum, tamen explosa opinione Afflicti contrarium probavit *Rovit. in Pragm.* 53. *de offic. S. R. C.*, quia hæc dilatio non est arbitraria Judicis, postquam tempus præfixum fuit a lege determinatum.

XIII. Abutentes terminis beneficii, ut judicium dilatarent, multabantur pœna ducatorum duodecim per *Pragm.* 29. §. 2. *de offic. Mag. justit.* Sed a *Pragm.* 7. *de dilat. num.* 9. pœna aucta fuit in duplum, scilicet ad ducatos vigintiquatuor.

DISTINCTIO QUARTA.

SUMMARIUM.

1 *Praxis decreti conclusionis in beneficiis.*
2 *Conclusio quæ sit, & unde appelletur.*
3 *Conclusio in causa fit prævia partium citatione.*
4 *Conclusione omissa an processus vitietur.*
5 *Conclusio fit cum reservatione præsentandi scripturas, & unde Praxis ista dimanet.*
6 *Quando scripturæ præsentari possint, etiam facta monitione ad dicendum, imò vel introducta causa.*
7 *Producenti scripturas terminus competit ad concomitandum, seu comprobandum cum decreti formula.*
8 *Praxis decreti ad concomitandum unde oriatur.*
9 *Subornationis timor abest in Tabellione, ac testibus ad corroborationem suæ scripturæ testantibus.*
10 *In termino ad concomitandum testium nominationes fieri possunt, & utrique parti terminus hic est communis.*
11 *Terminus ad concomitandum scripturas privatas non datur, sed Principales easdem recognoscere coguntur, & quare.*
12 *Scripturarum recognitio omni tempore permittitur; & S. C. decisio refertur.*
13 *Terminus ad concomitandum scripturas privatas aliquam fidem facientes, vel aliunde adminiculatas conceditur.*
14 *Terminus ad concomitandum authenticam scripturam,*

vel apocham trino teste notatam impartitur.
15 *Terminus ad concomitandum concessus comprehendit scripturas privatas cum publicis præsentatas.*
16 *Ad veritatem eruendam via probationibus non obstruitur.*
17 *Terminus ad concomitandum an concedatur quoad scripturas in libello contentas, vel ad comprobandum contenta in scripturis, & n. 18.*
19 *Probationes aliæ non admittuntur, facta publicatione examinis in termino ad concomitandum, ac limitationes afferuntur, ut n. seqq.*
20 *Exceptio falsi procuratoris potest semper opponi, & Judicis pariter incompetentia ex defectu jurisdictionis.*
21 *Electio, & variatio fori fieri potest etiam post introductam causam, & Principalis depositio super novis post conclusionem emergentibus.*
22 *Probatio per ocularem Judicis inspectionem, quæ est omnium maxima, fieri potest etiam post causam introductam, sed infra unum mensem.*
23 *Juramentum suppletorium etiam post introductam causam defertur, quave ad illud obtinendum requirantur, & quando denegetur, cum num. 25. & 26.*
24 *Parva quantitas Judicis arbitrio remittitur.*
27 *Auctores materiam juramenti suppletorii tractantes referuntur.*
28 *Citatio ad dicendum in facto, & in jure, facta conclusione, hodie in S. C. fit loco citationis ad sententiam, ejusque effectus memorantur, ut n. seqq.*
29 *Citatio ad dicendum perpetuam reddit instantiam.*
30 *Instantia causæ in civilibus non facta hujusmodi citatione per triennium expirat, in criminalibus per biennium.*
31 *Instantia perempta per insufflationem vitæ spiritus a D. Præside S.C. imploratam restituitur, refectis expensis reo convento.*
32 *Auctores de peremptione instantiæ, ac spiritus vitæ insufflatione differentes recensentur.*
33 *Omnia sub Sole pessum abeunt, & nil certius morte, sed nihil die mortis incertius.*

DIe &c. In causa N. N. per D. Militem U. J. D. Regium Consiliarium N. N. & causæ Commissarium fuit facta conclusio in forma.

Die &c. Fuit provisum, & decretum, quod N. N. concedatur terminus dierum . . . ad concomitandum scripturas præsentatas, & parti ad impugnandum.

TRanseundo nunc ad decretum illud, quo dicitur:
Die &c. in causa N. N. per D. Militem U. J. D.
1 *Regium Consiliarium N. N. & causæ Commissarium*
fuit facta conclusio in forma, sciendum est, quod facta
publicatione in beneficiis, fit in causa conclusio, quæ
2 est præclusio facultatis ulterius testes producendi, &
est alter lapis angularis, quo processus clauditur, ut
eruitur ex *cap. dilectus de fide instrum.* ubi glos. ex *cap.*
auditis de procurat. ex *cap. pastoralis de causa possess.*
& propriet. & ex *Prag.* quæ incip. *Post conclusionem de*
3 *ordin. judic.* Capyc. *decis.* 35. *in fin.* ideoque ad illam
non devenitur, nisi prævia partium citatione, ut comparеant coram Commissario ad concludendum, sive ad
conclusionem processuro, sed hæc citatio non servatur
in M. V. C. ut in publicatione supra firmavimus: hæc
4 autem omissa processum vitiat; quia non solum de stylo est, sed vigore *Prag.* 12. & 13. *de ordine judiciorum,*
& Rit. 75. videtur esse de substantia: utcumque tamen
discrepent inter se DD. certe in Regno, in omnibus
Regiis Tribunalibus conclusiones fiunt, ut monet Borrell. in *sum. dec. tit.* 26. *n.* 18. *tom.* 2. dicitur *in forma;*
nam licet sit præclusio facultatis producendi testes, ta-
5 men fit cum reservatione, scilicet præsentandi scripturas: de qua praxi testantur Afflict. in *dec.* 272. idem
Borrell. *ibidem num.* 82. Verum scripturæ præsentari
6 possunt etiam post monitionem ad dicendum, imo vel
introducta causa, ut ex *Prag.* 52. incip. *Per S. R. C.*
de officio S. R. C. & ita in praxi servatum vidi, quum
litigatores malitiose non procedunt; sed opus est, ut
prædictæ scripturæ sint publicæ, aut aliquam probationem faciant, cujusmodi sunt eæ, quæ conficiuntur ab
Officialibus in rebus ad eorum officia pertinentibus,
testibus Gizzarello *decis.* 41. de Marin. ad Revert. *dec.*
20. Cavalcan. *dec.* 370. Rota penes Rubeum *decis. recentior.* 153. *num.* 6. *par.* 12. Seraph. *decis.* 1245. Rovit.
cons. 4. *tom.* 3. ubi D. Altim. alinquin probatio tota
consideret in probatione testium, ut notat D. Præses
de Franch. *decis.* 631.

Scripturas producenti competit terminus ad concomitandum, sive comprobandum per testes, qui conceditur
7 Judicis decreto, hac videlicet formula: *Die &c. visis*
comparitione fol. . . . scripturis, fol. . . . ac partibus auditis per D. &c. fuit provisum, & decretum, quod N. N.
concedatur terminus dierum . . . ad concomitandum scripturas præsentatas, & parti ad impugnandum. Quæ
8 praxis descendit ex *cap. fraternitatis de testib.*, & ex doctrina Baldi in *l. ampliorem cum* 5. *C. de appell.* ubi docuit,
quod subornationis timor non consideratur in Notario,
9 & testibus ad comprobationem suæ scripturæ testantibus; innititur quoque *Prag. Cursus dilationum de ordine judic.* atque *decis.* S. C. penes Afflictum 115. 172.
& 272. In hoc insuper termino partes facere possunt
10 testium nominationes, cum terminus iste concedatur
etiam ad defensionem, & est partibus communis, Muscatell. in *praxi S. C. lib.* 1. *glos. præsentatas num.* 23.
per text. in *l. Judices C. de fid. instrum.* nisi testium
nominatio calumniose petatur, Thor. in *comp. decis.*
par. 3. *sect.* 2. *v. nominatio testium.* Verum quando dictæ
11 scripturæ privatæ, quæ nullam faciunt fidem, præsentantur, licet non impartiatur terminus ad concomitandum, nihilominus easdem Principales recognoscere tenentur, cum diversum sit, quod eæ recognoscantur,
& quod testibus coadjuventur; recognitio enim est
probatio ex confessione, & interrogatione, quæ omni
12 tempore permissa est, & ita pluries reperitur decisum
per S. C. teste Gizzarello *dec.* 41. & D. Præs. *dec.* 263.
Quinimo scriptura privata aliquam fidem faciens, vel
13 quæ adminiculo quodam, vel nuda comparatione literarum adjuvari potest, ad illam testibus concomitandum, terminum quoque poscit, D. Regens Sanfelicius
decis. 146. quemadmodum scriptura a Notario authen-
14 ticata, aut apocha trino teste notata, ut notat idem
D. Regens Sanfelicius, & Ursillus ad *Afflictum decis.*
272. confutata contraria opinione D. Præsid. *dec.* 631.
n. 2. idque comprobatur alia decisione S. C. relata per
Joannem Baptistam Mucci in *observat. ad dict. dec. Sanfelic.* prout in casu, quo scriptura privata præsentatur
15 cum alia publica; nam terminus ad concomitandum
impartitus comprehendit etiam ejusmodi scripturam privatam, quod jam patet non dilatari judicium; non
enim præcludenda est via probationibus ad veritatem
16 eruendam, testibus D. Præs. *decis.* 361. *num.* 2. & eodem Joanne Baptista Mucci in *dict. observ. sive dilucidat. num.* 4. qui *n.* 6. satis ingeniose distinctionem adstruit, quod si scripturæ post conclusionem præsentatæ
17 fuerint, etiam in libello enunciatæ; tunc non conceditur terminus ad concomitandum; secus si in libello
contenta in scripturis fuerint enarrata, & scripturæ
nullatenus memoratæ; nam si post conclusionem scripturæ præsententur ad eas concomitandum, sive comprobandum, terminus profecto est concedendus; quinimo non solum ad scripturas, sed etiam ad contenta
18 in eis comprobandum impartiendus est, ut magis, ac
magis veritas elucescat, D. Præses de Franch. *dec.* 631.
vers. sæpe sæpius, & ita determinatum junctis Aulis
tradit idem D. Sanfel. relata *decis. n.* 11. facta publi-
19 catione in hoc examine, præcluditur deinde via ad
producendum alias probationes; quod tamen haud habet locum in exceptione falsi procuratoris, *l. licet C.*
20 *de procuratorib.* quæ potest, quoties libuerit, opponi.
Rursum si agatur de incompetentia Judicis, ex defectu
jurisdictionis, cum sit radicitus incompetens, Gramm.
dec. 61. *num.* 19. quæ incompetentia potest etiam post
sententiam opponi, Glos. in *Clem. unica v. non obstante de sequestratione possession. & fructuum.* Item in electione, & variatione fori privilegiatis personis, nempe
viduis, pupillis, aliisque miserabilibus competente,
21 quæ fieri potest etiam post causam introductam, Carav. *Rit.* 231. de Franch. *dec.* 100. atque etiam in depositione principalis tanquam legalioris, scilicet super
novis post conclusionem emergentibus, ut ex *Prag.* 4.
de dilation. vulgo dicta *delli 28. capi cap.* 7.
Insuper in accessu faciendo per causæ Commissarium su-
22 per faciem loci, cum quis inspectione oculari intendit fundare suam intentionem, Carav. in *Rit.* 239. *n.*
7. Borrell. in *sum. dec. tit.* 26. *n.* 81. *tom.* 2. quæ probatio dicitur evidens, & omnem aliam probationem
superat, Afflict. *dec.* 107. *n.* 6. late Bocer. *class.* 6. *disp.*
26. *de ocul. inspect.* Itaque post causam introductam visura loci peti potest, infra tamen unum mensem, ex
dict. pragm. 4. *cap.* 15. rursus juramentum suppletorium,
23 quod in defectum plenæ probationis defertur a Cara-
vit.

vit. *super Rita* 239. *num.* 5. usque locum habeat, in-
frascripta sunt apprime servanda, nimirum ut in cau-
sa sit semiplena probatum, aut per unum testem de
visu omni exceptione majorem, juxta Hippolytum in
sing. 197. aut per aliud genus probationis quod semi-
plenam constituat, innumeri DD. apud Borrell. in
summa decis. tit. 54. *de juram. suppletor.* ut causa, in
qua juramentum est deferendum, sit modica, & parvi
momenti Afflict. *decis.* 373. *num.* 10. vide Borrell. *d.*
loc. num. 38. *& seqq.* parva autem quantitas Judicis ar-
24 bitrio remittitur, Caravita super *Rit.* 115. quinimo
etiam si causa non sit modici præjudicii, dummodo
plusquam semiplena probatione fulciatur. Præterea ut
persona, cui juramentum erit deferendum, non sit usu-
25 raria, nec perjora. Denique ut altera pars ad viden-
dum hoc juramentum moneatur, ad tradita per Ca-
pyc. *dec.* 35. *num.* 3. in causa vero criminali, matri-
moniali, vel in quavis alia, ubi numerus testium est
de substantia, juramentum istud non defertur, atque
26 in aliis casibus, quos congerunt Additionat. Afflict.
in *decis.* 36., & Berlich. *conclus.* 54. *par.* 1. quod si
materiam hanc juramenti suppletorii uberius degustare
27 quis velit, consulat Vincent. Bonden. in *collectat.* 49.
tom. 2. Camill. Borrell. *in summ. decis. tit.* 54. *tom.* 2.
Prosper. Farinac. *in repert. judicial. qu.* 71. Sigismund.
Scacc. *de judic. lib.* 2. *cap.* 12. Arismin. Tepat. *var. jur.*
sentent. tit. 235. Quirin. Schacher. Balthasar Tomasium
in eorum special. *tract. de juram. supplet.*
Conclusione facta ante sententiam expeditur citatio ad
28 dicendum in facto, & in jure, quæ hodie in S. C.
fit loco citationis ad audiendam sententiam, D. de
Franch. *decis.* 261. *num.* 11. & est omnino necessaria,
alioquin induceretur nullitas, ad tradita per Afflict.
in *dec.* 283. effectus autem prædictæ citationis magnus
29 est; nam per eum causæ instantiæ perpetuatur, ut ea
Capyc. *decis.* 109. *num.* 4. Franch. *decis.* 643. *n.* 5. quod
tunc causæ expeditio facto Judicis dilatetur; idcirco
non perit instantia, ut ex *Pragm.* incip. *Instantia causæ*
sub *tit. de instantia causa non restituenda*, Carav. super *Rit.*
248. *n.* 4. Cæterum non facta hujusmodi citationa in
30 civilibus, instantia causæ triennio post litis contesta-
tionem expirat, *l. properandum C. de judic.* Ræward. *var.*
lib. 4. *cap.* 14. in criminalibus vero per biennium *d. l.*
properandum, & ex *Rit.* 248. nisi per insufflationem
vitæ spiritu restauretur: quæ quidem insufflatio a D.
Præside S. C. imploratur, prævia supplicatione; quan-
31 doquidem ad ipsum spectat, qui Regis personam re-
præsentat, *Rit.* 248.: *Domina Regina prorogaret instan-
tiam*. Adde, quod instantia restituitur, refectis expen-
sis reo convento, vide Rovit. in *Prag.* 1. *de instantia
causæ non restit. in fin. &* Caravit. *super d. Rit.* 248. *n.* 6. de
32 hujusmodi instantia, ejusque peremptione, & vitæ spi-
ritus insufflatione extant decisiones penes Capyc. 11.
165. & 206. penes Gram. 69. & 91. Præs. de Franch.
250. 593. 643. 653. & 654. & late disserunt Camill.
Borrell. in *summa dec. lib.* 1. *tit.* 64. Jo. Antonius ab Ec-
clesia *par.* 2. *observ.* 22. Cardinal. Tusch. *pract. Conclus.*
jur. lit. I. *conclus.* 202. *& seq.* Arismin. Tepat. *var. jur.*
sent. tit. 121. Bartol. in peculiari *tract. de perempt. in-
stantiæ*. Hic autem contemplare Lector, nihil esse sub
sole perpetuum, & quemadmodum omnis homo mo-
ritur, ita & cursus cujuslibet causæ finitur: omnia
33 plane pessum eunt, id autem est semper cogitandum,
nihil esse certius morte, & nihil incertius hora ipsius
l. 1. *D. de condit. & demonst.* ibi: *Pomponius heres meus
cum morietur, decem dato; nam diem incertum habet
mors ejus &c.* sane hanc vitæ deficientiam quotidie
experimur, & nihilominus non proficimus; at cur
morte conturbamur, si certe resurrecturi sumus? sed
ideo timore afficimur, quia commissa pavescimus, ne
propter ea descendamus in lacum: scelerum igitur poe-
nitere nos oportet, & cito, nam qua hora non puta-
mus, filius hominis veniet, ut secum in Coelo fruamur.

VINCENTII ALOI

IN CAP. VI.

DISTINCTIONEM IV.

ANIMADVERSIO

SUMMARIA.

I. *Actus Conclusionis in Causa hodie deletur, illiusque loco stat publicatio.*
II. *Omissa publicatione committitur nullitas; & quando.*
III. *Post publicationem non admittuntur testium depositiones.*
IV. *Admittuntur tamen probationes per scripturas.*
V. *Scriptura post publicationem exhibitæ non possunt extrinsecis probationibus convalidari.*
VI. *Quid de scripturis exhibitis ad probandam satisfactionem debiti.*
VII. *De juramento suppletorio Arnoldi Vinnii theoria.*
VIII. *Post publicationem fit monitio ad sententiam, quæ est necessaria, & de substantia judicii.*
IX. *Quid si emittantur in compromisso voluntario.*
X. *An valeat notificata Principali, qui habet procuratorem?*
XI. *Mortuo, vel mutato Commissario debet renovari.*
XII. *Post monitionem ad sententiam instantia non perimitur.*
XIII. *Mortuo litigante non proceditur ad sententiam, nisi præcedat decretum, quod judicium transferatur in heredes.*

I. SUmmis digitis disertissimus Author noster attingit praxim conclusionis, & decreti quod *fiet conclusio in forma*, & ejus effectus, utpote suo ævo ositatam, imo necessariam. Tyronibus autem Forensium scripta volventibus ne dubium aliquod remaneret, & ut plene illius cognitionem haberent, paucis originem praxis conclusionis, & ejus effectus exponemus.

Post scholam Bononiæ erectam ex jure canonico mixto interpretationi juris civilis ortum habuit conclusio, quæ erat actus judiciarius adimens facultatem ulterius probationes producendi, *cap. pastoralis de caus. possess.* Hinc apud DD. idem erat esse conclusum in causa ac esse sententiatum, *Barth. & Bald. in l. si mulier §. eadem ff. de re judic.* Aliter tamen fiebat conclusio ex jure Constitutionum & Ritus M. C., aliter ex stylo S. C. & ideo diversi erant illius effectus. Ex *Constit. universis* nequidem Scripturæ recipiebantur post conclusionem, sed ponebantur extra processum; & Advocati disputare debebant de jure ante Conclusionem, quia post illam aliud non erat agendum, nisi ad decisionem causæ pervenire. Quæ praxis confirmata fuit a *Ritu* 238., 239., & 240., ut nequidem publica Instrumenta post conclusionem reciperentur. Hinc intelliguntur antiqui Forenses ajentes post conclusionem factam claudi os partibus, *Capyc. dec.* 35., & *Caravit. in Rit.* 75. & illud adagium, ut post conclusionem nemo loquatur *Alex. cons.* 182. *lib.* 6. Ex stylo postea S. C. fieri cœpit conclusio cum clausula in forma, quæ forma denotabat reservationem Scripturarum, quæ post conclusionem produci poterant. Si fides præstari debet, *Giznarella in dec.* 41. hæc nova praxis post Constitutionem, & ritus relatos incœpit a *Pragm.* Reginæ Isabellæ, per quam forma libellorum & subtilitates sublatæ fuerunt. Quidquid sit de opinione Giznarelli certum est quod cum *Pragm. cursa dilectionum* statuisset post publicationem termini repulsæ partes debere producere omnia instrumenta, cautelas sive scripturas intra quatuor dies utiles, contra quos si aliquid probandum contingerit, illud fieri deberet infra terminum ordine Judicis statuendum, frequentissima fuit hæc nova praxis conclusionis in forma, per quam etiam post conclusionem Scripturæ produci poterant, confirmata a *Pragm.* 53. *de eff. S. R. C.* Hodie ex novissima Praxi hic actus conclusionis in forma etiam fuit sublatus a *Pragm.* 18. *de ord. judic.*, cujus verba supra retulimus, & illius loco stat publicatio.

II. Vidimus quod publicatio non est de substantia judicii, & ejus omissio non vitiat processum; sed quia jus litigatoris respicit, potest pars de illius omissione

gravamen producere. Si tamen procedatur in contumaciam, omissio publicationis est manifesta nullitas, & similiter est nullitas in omnibus casibus, in quibus per omissionem publicationis non datur aditus percontandi, repulsandi, & defensiones producendi, quia cum per publicationis omissionem tollerentur defensiones, quæ in quolibet judicio quamvis summarissimo, & privilegiato tolli non possunt, committeretur notoria injustitia condemnando indefensum, *Afflict. in Const. jurisperitorum*, *Muscatell. lib. 2. Glass. instantia par. 3. n. 9.*

III. Non admittuntur post publicationem testium depositiones, quia post scita timor est subornationis, *Pragm. 14. de ord. judic.* Ex opinionibus tamen DD. admittebantur ante sublatam conclusionem, quando testes erant legalissimi, & nobilissimi, *Carrab. sing. 233.* quando ex officio recipiebantur, *Ursill. ad dec. 272. Afflict.*, quando utraque Pars probavit directe contrarium, & aliis similibus casibus. Hodie tamen post *Pragm. 18. de ord. judic.* non amplius admittuntur post Publicationem testium depositiones, cum sit sublatus ipse terminus ad impugnandum & concomitandum scripturas. Quod non extendendum est ad causas criminales, quæ has non excepit *d. Pragm.*, & ideo salva remanent pristina legum statuta, & DD. sententiæ. Pro majori Lectorum comodo verba *Pragm. n. 27.* transcribuntur: *Considerandosi per inutili tanto il termine* ad concomitandum, *che* ad impugnandum, *ordiniamo che così l'uno, come l'altro si debbano togliere; con che però il Giudice debba aver ragione delle Scritture, che dal e Patti si presenteranno*, prout de jure.

IV. Scripturæ igitur post publicationem præsentari possunt, quia in Regno sola facti veritas est attendenda, dummodo non præsententur per calomniam, *Rovit. Pragm. 6. de ord. judic.*, *de Marin. ad Revert. dec. 210.*; & hæc constans Praxis Fori corroborata fuit a *d. Pragm. 18. de ord. judic.*

V. Scripturæ tamen debent esse publicæ, vel quæ publicam merentur fidem. Nam etiam ante sublatum terminum ad concomitandum & impugnandum, scripturæ privatæ, & nullo modo recognitæ, non validabantur in termino prædicto, quia nullam probationem faciebant, & cum illarum vis ad depositiones testium tantum redigebatur, depositiones illorum non recipiebantur, *Afflict. dec. 272.*, *de Luc. ad Franch. dec. 531.* Hodie igitur post sublatum terminum ad concomitandum & impugnandum Scripturas constans est regula, quod Scripturæ post publicationem exhibitæ nullo modo possunt convalidari per probationes extrinsecas.

VI. In Scripturis tantum quæ exhibentur ad probandum satisfactionem debiti, sive sint apochæ sine testibus, sive literæ missivæ creditoris, potest cogi adversarius ad recognoscendam subscriptionem suam *de Luc. ad Franch. dec. 32. n. 6.* Quod extenditur etiam, ut heres tenetur recognoscere Scripturam defuncti, filius Scripturam Patris, Baro scripturam Ærarii, & dominus scripturam institutorie, *de Marin. ad Revert. dec. 210. e. 5.*, *Paris. dec. 53.* Et hæc praxis etiam hodie servatur, quia *Pragm. 28. de ord. judic.* dum sustulit terminum ad concomitandum & impugnandum, recognitiones harum Scripturarum minime exclusit.

VII. In supplementum probationum, scilicet quando erat semiplene probatum, deferi poterat a Judice juramentum suppletorium. Usus hujus juramenti frequentissimus fuit in Foro, quamquam Donellus *Comm. lib. 24. cap. 19.*, *Heinec. diss. de Lubric. jurem. supplet.*, aliique humaniores Jurisconsulti acerrime pugnassent neque volam neque vestigium inveniri in jure. Et quia Arnoldus Vinnius Advocatus fuit ejusdem juramenti, illius theoriam in *cap. 44. quæst. lib. 1.* breviter exponemus. Postquam substinuit esse medium quidquam, quando nec plene probatur, nec nihil, dixit illud esse probationem semiplenam; & postquam probare conatus est non esse novum in jure, ut plura per se infirma & inefficacia, juncta simul & coacervata, vires, & efficaciam consequantur, opinatur tribus intervenientibus conditionibus esse in potestate Judicis, ut juramentum suppletorium deferat. 1. Ut deferat in probationum inopia. Nam supervacuum est plenis probationibus si deferat Actori, & iniquum si deferat Reo, quippe convictum condemnari oportet juxta formam juris *l. 9. Cod. de obligat.* 2. Ut non in quavis probationum inopia deferat, sed tantum in caussis dubiis. Explicat deinde caussas dubias non illas, in quibus pares sunt utrinque probationes, sed quando dubius est Judex ob minus plenas probationes allatas. 3. Ut deferat causa cognita cui æquius videbitur inspiciendo personas, & causæ circumstantias. Denique animadvertit quasdam causas locum juramento suppletorio non dare, ut criminales, arduas, & magnas. Et ut os clauderet Donello ajenti, quod ea potestate juramentum hoc deferendi *magna fenestra aperta est malis ac imperitis judicibus pro libitu pro hoc aut pro illo pronunciandi d. lib. 24. cap. 19.*, inculcat, quod perniciose errant Judices, qui sine delectu passim deferunt. Ceterum sicuti usu fori inductum fuit juramentum suppletorium, ita hodie ex usu fori obsoletum fuit, & non amplius defertur.

VIII. Post factam publicationem devenitur ad monitionem ad sententiam, ut Partes possint Judices informare de juris & facti veritate. Et est actus tam essentialis, ut si omittatur, sententia erit nulla, quia est de substantia Judicii, *Capyc. dec. 1. n. 35.*, *Afflict. dec. 346.* Unde late fundat *Afflict. dec. 283.* quod sententia absque monitione non meret executionem, quem sequitur *de Marin. lib. 1. resol. 45.*

IX. Et si in compromisso monitio ad audiendum fuerit omissa, laudum est nullum, dummodo compromissum sit necessarium vigore *Pragmaticæ Odie lisium*. Quia laudum promulgatum est ad instar sententiæ a judice latæ *l. ie diem proferre ff. de arbitr.* Secus est in compromisso voluntario, quia coram Arbitratoribus judiciarius ordo non servatur, nec illi a lege sed a Partibus potestatem habent, *de Marin. lib. 1. Resol. 45. e. 5. & 6.*

X. Monitio ad sententiam notificata Principali habenti Procuratorem ex opinione Bartoli in *l. furiose ff. de re judic.* non sufficit; quia Procurator est effectus dominus litis *l. nulla Cod. de procur.*, & dum quis misit Procuratorem, elegit per se non litigare *l. 1. ff. de Proc.* Quam opinionem *Muscatell. gloss. sententiam n. 2.* extendit etiamsi dominus non citatus comparuerit in judicio in actu promulgationis; ideoque ex his rationibus concludit, quod monitio ad sententiam notificata Principali habenti Procuratorem in actis, facit sententiam nullam. Sed contraria sententia verior est, quia ille qui ad litem suscipiendam Procuratorem dedit, causæ suæ non prohibetur adesse *l. 69. ff. de Proc.*, & monitionis finis est ut Adversarius notitiam proferendæ sententiæ habeat. Dum igitur intimatur Principali, creditur ut a Principali certioretur Procurator; & dum intimationi eidem factæ non replicat, quod intimetur suo Procuratori alias de nullitate, creditur etiam intimationi consensisse.

XI. Iterum monitio ad sententiam mortuo vel mutato Commissario fieri debet a Commissario successore, aliter sententia non valebit. Ratio est quia Adversarius notitiam habere debet Commissarii successoris unde apud illum & alios judices jura & defensiones adducere possit, ne Causa indefensa decideretur, *Motill. in grad. Monitionis ad sent.*, *de Franch. dec. 453.*

XII. Monitio ad sententiam perpetuat instantiam, quia illa expedita semper dicetur stare per judicem, ut causa decidatur *Capyc. dec. 109.* In *Pragm. instantia* enim statuitur, quod si ante lapsum instantiæ per duos menses processus fuerit conclusus, & Judici præsentatus cum petitione & protestatione, ut ad expeditionem causæ procedat, tunc culpa judicis videtur differri expeditio causæ, & instantia numquam perit. Male igitur Caravita *ad Rit. 248. e. 4.* dixit, quod per monitionem prorogatur instantia per aliud triennium; nam effectus monitionis non est ut instantiam peremtam per lapsum triennii proroget, sed ut instantiam ipsam perpetuet, ita ut numquam dicatur peremta. Donec enim steterit per judicem, quominus causa expediatur, numquam instantia perit, nec opus est beneficio restitutionis, & prorogationis a jure, vel ab homine. Ideo per monitionem ad sententiam non dicitur instantia quocumque lapsu temporis prorogari, sed perpetuari *Motil. in grad. monitionis ad sent. num. 7.* *Muscatell. gloss. sententiam e. 56.*

XIII. Mortuo litigante non potest procedi ad sententiam, nisi prius præcedat decretum, quod judicium cum defuncto cœptum transferatur in heredes, & ipsi postea heredes moneri debent ad sententiam audiendam. Ratio est, quia judicium fieri debet cum legitimis personis, & si judicium mortuo litigante prosequeretur, illius heredes non vocati, nec auditi remanerent indefensi, *de Franch. decis. 245.*; *Caravit. Rit. 234. n. 6.*

CA-

C A P U T VII.

De Decretis causarum diffinitivis.

S U M M A R I U M.

1 *Diffinitivi decreti formula multiplex ab actione in libello proposita dirigitur.*
2 *Diffinitivum decretum, quo condemnatur aliquis ad solvendum &c. exponitur.*
3 *Decretum, quo condemnatur aliquis alieno nomine, explicatur.*
4 *Decretum, quo condemnatur aliquis ad quidpiam dandum, vel praestandum quid sibi velit.*
5 *Praxis liquidationis remissivè, & Auctores de interusurii liquidatione tractantes recensentur.*
6 *Decretum, quo dicitur :* S. C. declarat *&c. ut in rubrica, quando proferatur.*
7 *Quando quis per decretum ab impetitis absolvatur.*
8 *Quando decernatur absolvi quempiam ab observatione judicii.*
9 *Instantia perempta actio nihilominus reviviscit.*
10 *Decretum illud :* Melius instructo processu providebitur, *quando locum obtineat.*
11 *Decretum* ex causis &c. *enucleatur, & quando, usuveniat, ut num. seqq.*
12 *Judex an teneatur causam in sententiis exprimere, aut ex causis bene sibi visis judicare.*
13 *Ex decreto ejusmodi,* Ex causis &c. *reclamatio non admittitur, sed tantum nullitatis remedium, aut in integrum restitutio, & quare.*
14 *Quoties decretum* ex causis *pronunciatur, id ad aliarum causarum exemplum induci non debet.*
15 *Quinam ordo servandus a Judice in causarum expeditione.*

DIe &c. Visa comparitione fol. ... & omnibus actis, *vel dicitur*, supplicatione fol. .. (in S. C.) provisum, & decretum est, quod N. A. condemnetur ad solvendum summam ducatorum .... in beneficium N. B. una cum interesse a die contractus, *vel dicitur*, a die litis contestationis pro quantitate liquidanda, *vel* pro quantitate, & tempore liquidando; pro qua liquidatione in biduo audiantur partes, *vel dicitur*, condemnetur conventus nomine, ut in actis.

Die &c. visa supplicatione fol. ... N. A. condemnetur in beneficium N. B. ad solvendum quantitatem liquidandam, *vel dicitur* ad dandum, *seu* praestandum *e. g.* modia centum frumenti, *sive* pretium liquidandum, pro qua liquidatione in biduo audientur partes.

Die &c. visa supplicatione fol. ... S. C. declarat, N. A. esse comprehensum *e. g.* in monte instituto ab N. B. & proinde Curator, *sive* Gubernatores montis praedicti condemnentur ad solvendum in beneficium N. A. ducatus .. *vel dicitur* deberi &c. in beneficium N. A. & proinde &c.

Die &c. visa supplicatione fol. ... absolvetur N. B. ab impetitis pro parte N. A. *vel dicitur*, conventus nomine, ut in actis &c. *vel dicitur*.

Die &c. N. N. absolvetur ab observatione judicii, *vel dicitur*.

Die &c. visis comparitione, ac omnibus actis, melius instructo processu, providebitur.

Die &c. visa supplicatione fol. .. ex causis in S. C. discussis, decreto ejusdem S. C. provisum est, quod N. A. condemnetur ad solvendum in beneficium N. B. summam ducatorum ... *vel dicitur* N. N. absolvatur ab impetis &c.

LEgitime compilato judicio, ac praecedente necessaria monitione, ut dictum est, diffinitivum decretum
interponitur conventum condemnando, vel absolven-
1 do: cujus formula multiplex est, & ab actione in li-
bello proposita dirigitur, prout alibi innuimus, igitur
eadem repetere hic loci supervacaneum est. Ut pluri-
mum autem interponitur decretum, quo condemnatur
aliquis ad solvendum, quando petitur certa quantitas
2 in contractu promissa, atque interesse ibi conventum:
vel dicitur, *ad interesse pro quantitate, & tempore liquidandum*, quando interesse non est conventum, vel
a die litis contestationis, & pro quantitate liquidanda;
vel dicitur, *conventus nomine, ut in actis*, ut puta
quando quis condemnatur haud quidem nomine pro-
3 prio, sed alieno, nempe ut tutor, curator, aut legi-
timus administrator: vel dicitur *ad quantitatem liqui-
dandam*, quando certum est aliquid deberi, sed certa
4 quantitas non est liquida: vel dicitur, *ad dandum*,
sive *praestandum*, quando e. g. pecuniae quantitas non
petitur; sed rei species, ut puta tritici, olei, aut
similis, cujus quantitas dependet a liquidatione rei,
& temporis; de cujus liquidationis praxi disseruimus
in *cap. 12. a num. 127.* Quod si cuiquam libeat mate-
5 riam hanc interusurii, ejusque liquidationis judicium
penitius indagare, consulat Antonium Bertramum Sellen, Gasparem Caballinum, Gabrielem Catianum, Christophorum Vonhagen, Jo: Oestenium, Henricum Schilchkrullium, Henricum Rudolphium Redecker, Henricum Rosbecker, Ugonem de Roy in eorum *tract. de interesse*, Henricum Petrum Haberkornium *de liquidatione debiti, & crediti*, Georgium Guntherum, Henricum Andream Cranium, Joannem Mejerum in cor. *tractat. de constitutione debiti liquidi*, Philibertum Bonettum, Jo: Kleinschmidium, Berengarium Paulachum, Petrum Rebuffum, Camillum Plautium in *comment. ad l. unic. C. de sentent. quae pro eo, quod interest &c.* Gaito *de credito cap. 3. a n. 943.* Cardinalem Tuschum *lit. L. conclus. 359.* Cardinale de Luca *de judic. disc. 33.* Nigrum *de except. cap. 13. §. 1. nu. 64. & seqq.* Jo: Antonium ab Ecclesie *p. 1. observ. 167.* Carleval. *de judiciis lib. 1. tit. 3. disp. 8.*

Aliud vero decretum, quo dicitur: *S. C. declarat, N. B.*
6 *esse comprehensum* e. g. *in monte &c.* vel *deberi &c.*
ut in rubrica, pro exemplo affertur, & interponitur,
quando in dubium revocatur, an aliquis vere descendat ea familia illius, qui Montem e. g. instituit; sunt enim producenda valida, ac legitima documenta, quibus uti talis a Judice declaretur: vel ambigitur, an maritagium e. g. debeatur necne; id namque in dubio causa cognita declaratur, ideoque dicitur, *S. C. declarat*: quod quidem fit impartito termino, aut articulo, si juris est, examinato.

Explicaturus aliud decretum, quo dicitur: *absolvatur*
7 *conventus ab impetitis*, noto, quod hoc generaliter
interponitur, quando actor suam intentionem, seu
actionem propositam non probavit, vel quando juris
assistentiam non habet, ac docuit Duran. *dec. 280. n.
2. & dec. 381. num. 1.* relatus a Pellegr. in sua *praxi*
8 *p. 2. sect. 3. subs. 3. interf. 2. num. 2.* ubi alios adducit:
aliud vero decretum: *absolvatur ab observatione judicii*,
tunc locum habet, quando illud fuit compilatum, perempta instantia, Farinac. in *repert. judic. qu. 74. num.
6.* vel non legitimata persona, vel cum procuratore
non legitimo, vel si reus conventus fuerit ab herede
ab intestato, & postea alius reperitur heres ex testa-
mento, cui competit actio; licet enim judicium pe-
9 reat, perempta instantia, & ordine deficiente, nulla-
tenus tamen perit actio, qua iterum convenire quis
potest. De hac absolutoria ab observatione judicii extant non paucae conclusiones apud Emin. Tusch. *lit. S. concl. 168. & seqq.* ac tractant Jo: Anton. ab Ecclesia *par. 1. observ. 44.* Adrianus NeguSant. *respons. qu. 403. num. 21.* & ex recentioribus Sabell. in *summa §. 5. n. 39.*

Porro decretum illud, quod dicitur: *melius instructo pro-*
10 *cessu, providebitur*, huic simile quidem est, sed pro-
prie interponitur, quum ordo judicii a principio usque
ad ultimum non fuit servatus, ut quia exceptiones
adimplendae non fuerint adimplendae; reservandae minime ad merita causae reservatae, aut Principalis petita depositio non facta, testium nominatio cum circumstantiis a Regia Pragmatice requisitis non absoluta,
repulsa denegata, petitum beneficium minime conces-
11 sum, ubi erat concedendum, sive quivis alius actus
in processu deficiat, de quo reus fuerit protestatus.

Decretum, vero quo dicitur; *ex causis &c.* ut melius percipiatur, scitu dignissimum puto, Judicem non teneri

neri causam in sententia exprimere, præsertim si supremus sit magistratus; imo Parlamentum Tholosanum cuidam petenti causam sententiæ, & arresti prolati declarari, multam gravem indixit cum severa inhibitione, ne in posterum a quovis hujusmodi declaratio peteretur, teste Maynardo in *decis. Tholos. lib. 3. decis.*
12 85. *seu num. 2.* bene tamen posse ex caulis sibi visis judicare, quemadmodum fieri solet aliquando a nostro S.C. cum Præfecti Prætorio auctoritate fungatur, hac nimirum formula, *ex causis in S. C. discussis* &c. ratione quadam naturali cogente, vel quando res in judicium deducta non inspicitur in actis concludenter probata, sed ipsi Senatui extrajudicialiter inotescit, per text. in *cap. cum ad sedem in fin. de restit. spoliat.* ibi: *quod præsumendum est pro sententia Judicis, qui motem animi sui potuit ex causis aliis informare*, *cap. cunsam 14. de sent. & re judic.* ibi: *qui tamen Judicio animos non semper ad unam probationis speciem inclicuntur*, *& l. cunctos popelos C. de sum. Triuit. & fide Cathol.* ibi: *motue animi nostri*: ex quo decreto effectus ille resultat, ut reclamatio non admittatur, sed
13 nullitatis remedium, aut in integrum restitutio conceditur, ut animadvertit quoque D. Petra super *Rit.* 288. *num.* 86., quem Lectores adire possunt; etenim si ejusdem remediis quicquam de novo reproducatur, quod Judicantium animos moveat ad talem sententiam retractandam, procul dubio eadem revocatur, ne justitiæ præjudicium emergat; sin autem secus, in suo
14 robore quidem remanet: id tamen ad exemplum aliarum causarum induci non debet, ut notat quoque D. Altimare *de nullit. sent. rubr.* 10. *qu.* 17. *e.* 44.

Porro Judex in expeditione causarum ordinem Regiæ *Pragm.* 10. *de officio S. R. C.* servare tenentur, ut causas primo loco conclusas expediat, & præ omnibus causas fiscales, Carceratorum, Ecclesiarum, Viduarum, Pupillorum, Orphanorum, aliarumque miserabilium personarum, prout etiam jubet *Regia Constitutio* incip. *Justi cultoris*.

VINCENTII ALOI

IN CAP. VII.

ANIMADVERSIO

SUMMARIA.

I. *Sententia quid, & quotuplex.*
II. *Definitiva, quomodo differat ab interlocutoria.*
III. *Sententia S. C. non notificatur, & quare.*
IV. *Quinam sint effectus sententiæ.*
V. *Sententiæ requisita pro ejus validitate.*
VI. *Ex novo jure sententia continere non debet causam decisionis.*
VII. *De clausula* ex causis *ejusque importantia, & effectibus.*
VIII. *Quot modis sententia dicatur nulla.*
IX. *Sententia an debeat esse conformis libello.*
X. *Quando ferri potest juxta articulos, & non juxta libellum.*
XI. *Sententia quibus careat.*
XII. *Sententia debet continere condemnationem, vel absolutionem claram non obscuram.*
XIII. *An possit revocari ob Instrumenta noviter reperta.*

I. POst conflictus judiciales in actionibus, in exceptionibus, & in textura telæ judiciariæ per actus ex quibus judicium instruitur, solent litigantes expetere & efflagitare sententiam, quasi quod expleta navigatione ad optatum portum se conferant. Admodum scite igitur Author noster in postremo capite primæ partis suæ Praxis judiciariæ de sententia agit, varias decretorum formulas producendo pro varia causarum generibus, illasque ex intimi juris principiis explicando. Et nos juxta consuetum morem pleraque alia subnectere elaborabimus, quæ ad majorem illorum dilucidationem, & ad hodiernam praxim explanandam conferre solent eo vel magis quia multa hic fuerunt ab *Auctore* prætermissa, quæ scire tyronem oportet, ut suas ultra materialem formularum praxim extendere possit notiones.

Sententia appellata fuit a Baldo finis litis, & illam definivit, quod sit finis, & effectus judicii in *l. cum ff. de re jud.* Communiter talis definitio amplexa fuit a Forensibus, qui addiderunt ejus etymologiam venire a verbo *sentio*, quasi judex proferat illam sicut sentit, *Felyn. in rubr. de sent. & re judic.*, *Gallup. part. 3. prælud.* Multis hæc definitio non placuit, quia sententia non est finis controversiæ, sed res judicata, quæ est effectus sententiæ, & potius illam definire voluerunt quod sit declaratio controversiæ, facta per Judicem absolvendo, vel condemnando *Muscatell. gloss. condemnando num.* 31. Alii denique dixerunt, quod sit Judicis deliberata provisio condemnationem continens, *Ricc. tom. 3. cap. 28. n. 23.* At quia hæ definitiones neque naturam, neque essentiam sententiæ exponunt, nos libenter amplectimur definitionem ab Heineccio traditam *part. 6. in Pandect. tit. de re judic.* quod sit *solemnis causæ controversa per Judicem secundum leges & acta facta decisio*. Ex qua definitione ejus requisita, & effectus facillime explicantur.

Ex principiis Juris Romani interloqnutio, quæ nec absolvit, nec condemnat, non est sententia, sed decretum, *Vissembach. ad D. tit. de re judic. th.* 1. Sed postquam DD. in *rubr. de sent. & re judic.* dixerunt quod sententia sit genus sub cujus nomine venit decretum, receptum in Foro fuit, quod dividatur in definitivam, & interlocutoriam.

II. Sententia definitiva differt ab interlocutoria, quia definitiva absolvit, aut condemnat Reum conventum, sed interlocutoria neutrum facit. Sive enim est simplex interlocutoria, & ex ea terminatur tantum aliquod incidens, sive dependens quæstio, & nullum præjudicium facit causæ principali *l. 21. ff. de jurejur. l. 18. ff. de dol. mal.* Sive est interlocutoria habens vim definitivi & non definit litem per directum, sed per obliquum absque contestatione ante tempus sententiæ, & semper remanet agendum, ut Reus absolvatur, vel condemnetur in ipsa sententia, *Maraut. de sentent.*, *Galup. par. 3. c. 1. n. 5.* Sed ut tyrones facilius differentiam pernoscant ex stilo Forensium quoad substantiam, effectum, & ordinem, breviter hæc notabimus. 1. Differt sententia definitiva ab interlocutoria, quia ab illa appellatur absque causæ cognitione, sed ab hac cum expressione gravaminis, *Bald. cons.* 431. 2. Definitiva sententia imponit finem liti, interlocutoria definit incidens vel emergens, non vero negotium principale. 3. Judex proferendo sententiam definitivam functus est officio suo, sed interlocutoriam potest revocare, & corrigere. 4. In definitiva sententia enunciantur omnia acta, ex quibus deducuntur litigantium jura, quod non fit in interlocutoria. 5. Lata sententia definitiva judex nil agere potest pendente tempore ad appellandum, & agens, dicitur attentare *l. judex ff. de re judic.*; sed potest sententiam interlocutoriam revocare pendente tempore decem dierum ad appellandum, & ad ulteriora procedere, quousque inhibeatur a judice appellationis. 6. Sententia definitiva requirit litis contestationem, & non interlocutoria. 7. Sententia definitiva potest in gradu appellationis justificari ex noviter deductis; secus vero interlocutoria, *Maraut. in specul. qu. 6. art.* 20.

III. Sententia M. C. V. & aliorum Tribunalium notificatur Parti, sed sententia S. C. non notificatur, & expectantur decem dies post *lectam latam*, quibus elapsis notificatur mandatum *de parendo*, tam Principali ut pareat, quam Procuratori ut possit opponere, quæ in jure & in facto opponenda existimat. Hisque peractis in calce *mandati de parendo* incusantur contumaciæ, ut in rem judicatam transeat. Hæc praxis originem habuit ex antiquo stylo S. C., ut notat *Rovit. in Pragm. 5. c. 3. de off. S. R. C.*, & nos addimus, quod uniformis est etiam juri Romano. Sententia enim proferebatur in loco publico, & solito majorum præsentibus judicibus *l. cum sententiam Cod. de sentent. & interlocut.*, & ex die qua proferebatur, fatalia currebant decem dierum *Nov. 23. cap.* 1., quibus elapsis rescindi non poterat *l. 35. ff. de re judic.* Et illa clausula *lecta lata* denotat promulgatam esse sententiam præsentibus Partibus, ideoque habetur pro notificatione. Quod si omittatur dicta clausula, utpote de substantia, vitiatur processus & sententia, quia idem est dicere *lecta lata*, ac sententialiter promulgata, *Bursat. in l. fin. Cod. de sentent. ex brev. recitand.*, *Isernia, & Afflict. in Const. ab omnibus*.

IV. Tres sunt effectus sententiæ. Primus est illius executio.

eutio. Quando enim juxta leges & acta est prolata, & intra legitima tempora gravamen non fuit productum, jus facit inter litigantes. Frustra enim ferretur sententia, nisi debitæ executioni manderetur. 2. Effectus est, quod parit interesse summæ debitæ a die latæ sententiæ pro tempore, quo reus est in mora *toto tit. ff. de usur. rei judic.*; quomodo autem usuræ liquidantur, videndus est *de Franch. dec.* 21. *n.* 3. 3. Effectus est, quod non rescinditur sub prætextu erroris *l.* 2. *C. de re judic.*

V. Ex ipsa definitione promanant requisita sententiæ. Cum enim sit solemnis decisio controversiæ per judicem facta secundum leges, & acta, sequitur. 1. Quod continere debeat nomen & cognomen Judicis, *ejusque* qualitates si sit ordinarius, vel delegatus. 2. Ut debeat exprimere nomina actoris, & rei. 3. Substantiam petitionis, super qua fundatum est judicium, continere debet. 4. Substantialia causæ, & hinc praxis inolevit formularum: *visa libello, termino impartita, testium de positionibus, visisque videndis &c.* 5. Condemnationem vel absolutionem rei in certa quantitate, & non sub conditione *l. un. Cod. de sentent. quæ sine cert. quant.* 6. Ut feratur una ex Partibus instante, *de Franch. dec.* 245. 7. Ut usitata lingua proferatur *l.* 12. *Cod. de re jud.* 8., ut exprimi debeat an Partes fuerint præsentes, vel per contumaciam absentes, undenam praxis inolevit, ut in illa apponatur, clausula *visa citatione vel monitione ad sententiam*. 9. Ut juxta leges, acta, & probata feratur *l.* 6. §. 1. *ff. de off. Præsid.*

VI. Prætor ex edicto jus dabat, & ad album litigantes remittebat. Extincto Romano imperio in Foro nostro quamquam ex legibus Romanis & patriis causæ decidebantur, in sententia tamen causa, sive ratio decisionis non apponebatur. In aliis Europæ Foris diversimode agebatur. *Mynard. decis. Tholosan. lib.* 3. *dec.* 83. testatur, quod Parlamentum Tholosanum petenti causam prolatæ sententiæ declarari, pœnam indixit, veluti atque, ne deinceps cuipiam petere fas esset. Sed in aliis Foris in quacumque sententia ratio decisionis explicabatur. Ad horum exemplum placuit sapientissimo Ferdinando IV. *die* 23. *Septembris anni* 1774. diplomate ad modum Legis emanato jubere, quod suprema Tribunalia Regni in Sententiis apponerent causam decisionis in facto & in jure, nec in rem judicatam transira, antequam typis in Regia Typographia ederetur. Experientia tamen docuit quod illa lege judiciorum cursus nimis retardabatur. Judices enim tempus terebant in Sententiarum ratiocinatione juxta leges comunes, & patrias; nec finis legis adimplebatur in tollendo judicum arbitrio sub æquitatis prætextu, hinc Rescripto diei 26. Novembris 1791. cautum, licere Judicibus sententiam ferre caussa ita judicandi non reddita.

VII. Clausula in sententia *ex causis &c.*, quæ ut plurimum a S. C. apponi solet, idem denotat ac ex *causis in S. C. non solum deductis sed discussis*. Interponitur quando res in judicio deducta non est concludenter probata, & in formula tantum sententiæ absolutoriæ *ab impetitis* ob deficientiam probationum, & numquam in sententia condemnatoria, & declaratoria. Importantia hujus clausulæ est, ut si aliæ causæ de novo producantur, quæ probationem plenam efficiant, sententia retractatur ut recte notat Author noster *n.* 12. Effectus hujus clausulæ est ut adversus sententiam ita prolatam reclamatio non admittitur, sed tantum nullitatum, aut in integrum restitutionis remedium *Altimar. de nullit. sent. rubr.* 1. *qu.* 17. *num.* 44.

VIII. Ex recensitis requisitis sententiæ pro ejus validitate cognoscitur quando debeat dici nulla. Sed in gratiam tyronum diffusiori calamo exemplificare juvat. Et dicitur sententia nulla 1. ratione jurisdictionis, quando judex, qui illam profert nullam habet jurisdictionem *l. factum ff. de regul. jur.* 2. Ratione litigantium si proferatur contra illos, qui in judicio legitime adesse non possunt. Hinc dicitur nulla lata contra pupillum minorem, & filiumfamilias absque tutoris Curatoris, vel Patris auctoritate *l. si curatorem Cod. de in integr. restit.*, *l. generaliter ff. de in jus voc.* Contra Fiscum absente ejus advocato *l. un. Cod. de advoc. Fisci*: contra mortuum, *l. in summa* §. *fin. ff. de in jus vocandi.* 3. Rationn loci, si judex pronunciet in alio loco, non suæ jurisdictionis *l. fin. ff. de jurisdict. omn. judic.*, vel extra locum, in quo jus reddi solet *l. fin. ff. de justit., & jur.* 4. Ratione temporis si feratur die nefasto, vel pendente dilatione, vel ante terminum citationis, vel quando instantia causæ amplius non durat, *l. sive pars Cod. de dilat.*, *l. cum non Cod. quando provocare non est necess.*, *l. properandum Cod. de judic.* 5. Ratione causæ, si feratur absque causæ cognitione *l.* 6. *ff. de offic. Præsid.* 6. Ratione quantitatis, si certam quantitatem non exprimat *l. un. Cod. de sentent., quæ sin. cert. quantit.*; vel si delata sit potestas Judici ad cognoscendum de præfixa quantitate, & illam excesserit *l. diligenter ff. mandat.* 7. Ratione modi si feratur a Judice non sedente pro Tribunali in causis ordinariis *l.* 25. *dies ff. quis ordo in bon. poss. serv.* vel si sine scriptis *l.* 1. *Cod. de sentent. ex brev. recitand.* 8. Ratione processus, si omittantur illa, quæ sunt de substantia judicii *l. prolatam Cod. de sentent. & interloc.* 9. Ratione manifestæ iniquitatis, si feratur contra jus scriptum *l.* 19. *ff. de appellat.*, vel si contineat manifestum errorem in ipsa sententia *l.* 1. *ff. quæ sent. sin. appellat. rescind.*

IX. Sententia debet conformis esse libello, ita ut fatuus appellatur Judex, qui in alio condemnat quam petitum est *l. fin. Cod. de fideicom. libert.* Quod non intelligi debet quoad conclusionem libelli, aliter omnis sententia esset condemnatoria, sed ut secundum ea quæ petuntur vel condemnatoria, vel absolutoria sententia proferatur. Hinc Baldus recte dixit in *l.* 1. *Cod. si plures una* quod sententia in tribus debet esse conformis libello. 1. Quoad rem petitam, ut judex in alio non condemnet. 2. Quoad causam ex qua re est petita, ut si actor petat centum ex causa depositi, judex non condamnet ex causa mutui. 3. Quoad actionem, ut judex non mutet actionem, quam actor instituit. Sed in Regno ubi proceditur sola facti veritate inspecta *per c. detestantes* insertum in *Rit.* 288. Forenses fuerunt discordes. *Caravita in d. Rit.* 288., *& Caveas. in Pragm. dispendia litium* tenuerunt indistincte quod judex possit ferre sententiam non conformem libello, & partes condemnare etiam ad ea quæ non sunt petita, & deducta, quia per *Ritum & Pragm. prædictam* fuit correcta dispositio juris civilis. Aliis displicuit hæc opinio eo magis quia in *Ritu* 288. non dicitur absolute tolli omnes apices juris, sed debito modo dummodo in negotio liqueat de substantia. Ideo Maranta in *tit. quandoque appell. n.* 62. voluit, quod sententia possit ferri etiam non conformis libello, & etiam super non petitis, quando unum fuit petitum in libello, & incipit constare de alio. Judex enim qui debet sequi veritatem poterit condemnare ad aliud in casibus specialibus, ex quo sibi liquet ex eodem processu, vel ex natura actionis intentatæ, ut veritas sortiatur effectum omissis scrupulositatibus juris civilis, quod jubet, ut non feratur sententia, nisi super eo super quo lis est contestata. At quando unum est petitum, & nil constet ex processu de alio, tunc non valet sententia non conformis libello. In hoc opinionum conflictu dicendum est quod quæstio pendet ab explicatione verbi *conformis libello*. Nam sicuti certum est quod sententia ubi non profertur conformis libello nulla est *l. ut fundus ff. com. divid.*, ita certum est etiam quod in Regno subtilitates juris sunt sublatæ. Igitur si sententia non sit conformis verbis libelli, sed in substantia sit conformis, valet. Et dicitur conformis substantiæ libelli, quando quod non est petitum venit vel ex natura actionis intentatæ, vel ex consequentia, ex eo quia tacite petitioni insunt. Ideoque *Afflict. dec.* 32. decisum testatur posse judicem super non petitis pronunciare, quando sunt consequutiva eorum, de quibus agitur. Et *de Marin. Resol. lib.* 1. *resol.* 316. respondit posse Reum condemnari ad solvendum centum ex causa depositi, licet Actor petiit condemnari ex causa mutui, quando certe constat de debito. Sed quando sententia non est conformis nequidem petitioni substantiæ, non valet.

X. Et ex his resolvitur alia quæstio, quod sententia potest proferri juxta probata in articulis, licet non deducta, in libello. Veritas enim semper attenditur & non error libelli, *Surd. dec.* 32. Et ubicumque proceditur summarie, non attenditur quod petierit Actor, sed quid appareat illi deberi, *Gramm. dec.* 19. *num.* 5., *Surd. dec.* 289. *num.* 14.

XI. Sententia nocet non solum Reo existenti in judicio, sed etiam aliis non citatis quorum interest, per consequentiam. Hinc sententia lata contra heredes nocet fideicommissariis, *Thesaur. quæst.* 23. *lib.* 4. Lata contra legitimum possessorem, ceteris substitutis in fundo, vel

vel majoratu, nocet *l. ex contractu ff. de re judic.* Late contra debitorem, nocet eliis dabitoribus ex eadem ceufa *l. de unoquoque ff. de re jud.* Lata contre usumfructuarium nocet proprietario in multis casibus, quos refert, *Castill. de usufr. cap. 34. n. 6.* Lata contra principalem debitorem, oocet fidejussori in solidum obligeto, *de Marin. resol. lib. 1. resol. 334.* Et quia non oocet tertio non eodito in judicio, ideo lata contra virum non nocet ejus oxori, *Capyc. Latr. decis. 17. n. 10.*, *Anna cons. 89.*

XII. Cum sententie tota lis finiri debeat, & illius substantia sit condemnare, vel ebsolvere, sequitur quod debeat continere condemnetionem vel absolutionem certam, & non obscuram *l. cum judex ff. de sentent., & interloc. om. judic.* Noo dicitor sententia obscura lata per verba æqoipollentia, utpote si judex dicet credo Titium debere Mævio, *Gloss. reputat in l. diem §. si plures ff. de arbitr.* vel si dicet, non video cur Titio non condamnem, vel videtur mihi Titium debere *l. si quis ff. de verbor. obligat.*, *l. quod tamen ff. de arbitr.* Nec dicitur sententie obscura ille quæ neque ex se, neque ex actis potest declerari, & certificari, tunc enim sententie erit ipso jure nulla *l. 3. & 4. Cod. de sent. quæ sine certa &c.* Sed dicitur obscure, quando ex se non est clara, sed potest ax actis declarari, *Bartol. in l. ait Prætor §. 1. ff. de re judic.* An autem judex potast suam sententiam obscuram declarare instente Parte? Videtur obstare *l. judex ff. de re judic.* quie postquam tulit sententiem, desinit esse judes, & tententiem mutere non potest. Sed quia qui declarat nihil de novo dat, vel facit, sed detum vel factum dilucidat *l. heredes ff. de testam.*, potest judex sententiem obscurum declarare, quæ tamen declaratio non suspendit effectum sententiæ, ne in rem judicatam transeat, *Nov. 18. de trient. & semiss.*

XIII. Quod sententie in rem judicatam transacta revocari poteit a Judice ob iostrumenta de oovo reperta, quando litigens justem ignorantiæ ceusam hebuit, scripserunt *Mastr. ad Capyc. dec. 52. n. 4.*, *Carab. sing. 41.*, aliique Forenses. Sed indubitati juris est, quod sub prætexo instrumentorum de novo repertorum nullatenus revideri poteit, quie clara sunt jura in *l. Imperatores ff. de re judic.*, *in l. sub prætextu Cod. de transact.*, *in l. sub specie Cod. de re judic.* Limitationem tamen recepit hæc regula in Fisco *l. 1. Cod. de sent. adv. fisc.*, in Universitate, in minoribus, prodigis, furiosis, *Glossa in d. l. imperatores*, ot habeant spatium quatuor annorum a die latæ sententiæ ad reperiendas & producendas novas Scripturas, quo elapso præcluditur aditus revocandi sententiam etsi nova instrumeota producant, *de Pont. de pot. Pror. tit. 4. cap. e.* Et hoc privilegium restitutionis in integrum petendæ sub prætextu instrumentorum noviter repertorum conceditur etiam limitative, dummodo dicti privilegieti sint rei conventi, non vero si sint Actores. Ratio discriminis est, quie in actoris arbitrio est si vel ne litem movere valit, & si litem aligit, ad judicium venire debet paratus, & sibi imputetur quare litem movit priusquam instrumente reperiret *l. qui accusare Cod. de edend.* Quæ ratio cessat in reo, qui cum iovitus trahitur in judicium, non potest sibi consulere, ac proinde est omni escusatione, ec beneficio dignus, *Paul. de Castr. cons. 257.*, *de Marin. Resol. lib. 2. resol. 202.*

Finis Partis Primæ in primam Instantiam de Ordine Judiciorum,
in qua Riccius nihil addidit, sed remittit Lectorem
in tertio Tomo suæ Praxis.

PARS

DE DECRETIS

Quæ in secunda instantia interponi solent.

PARS SECUNDA.

CAPUT I.

De Decretis appellationem, revisionem sententiæ, & reclamationem respicientibus.

DISTINCTIO PRIMA.

SUMMARIUM.

1 *Perfectio, qua in Deo est, ab humanis actibus ut plurimum abest.*
2 *In gradu appellationis persæpè deterior sententia pronunciatur.*
3 *Appellationis diffinitio affertur, & enucleatur.*
4 *Appellatio infra quod tempus interponenda, & quando antiquitus interponebatur.*
5 *Tempus decem dierum ad Appellationem interponendam de momento ad momentum currit, eoque transacto, in judicatum transit sententia, & exequutioni parte petente demandatur, & quare, ut num. seq.*
6 *Quæ ipso jure exequutionem habent, declaratoriam Judicis poscunt.*
7 *Quando sententiam transiisse in rem judicatam decernatur, & an partis citatione in hujusmodi decreto proferenda sit opus.*
8 *Exequutio sententiæ per interpositam appellationem suspenditur, & judicatum pro tali non habetur.*
9 *Terminus introducendæ appellationis tum jure communi, tum Regni quisnam sit.*
10 *Infra tempus appellationis introducendæ quid agere debeat appellator.*
11 *Spatium 50. dierum restringi potest, quibusdam decretorum formulis, quæ per Auctorem afferuntur, & unde Praxis isthæc descendat, num. 12.*
13 *Interposita appellatione, & intra spatium 50. dierum non introducta, eadem deserta declaratur, instante parte, & appellatore citato, ac decreti formula recensetur.*
14 *Appellationis causa in S. C. de stylo, & æquitate, etiam post lapsum temporis ex iisdem actis revidetur, & quomodo; licet Adversarius petierit appellationem declarari desertam, & num. 16.*
15 *Stylus revidendi appellationis causam ex iisdem actis inolevit etiam in M. C., relata Mucci opinione.*
17 *Tempus prosequendæ, ac terminandæ appellationis quodnam sit, & num. 18. & 19.*
20 *Appellationum tempora Fatalia nuncupantur.*
21 *Tempus labitur, & omnia consumit.*
22 *Fatalia etiam in S. C. currunt.*
23 *Fatalibus transactis, quando decretum fiat, ad ulteriora procedi, non obstante ipsorum lapsus exceptione.*
24 *Judicis impedimentum appellatorem excusat in S. C. & ratio adducitur.*

Die &c. visa comparitione fol. . . provisum, & decretum est sententiam sub die &c. prolatam fecisse transitum in rem judicatam, ac proinde exequendam, & expediantur literæ executoriales.

Die &c. visa comparitione &c. provisum est, quod pars *scilicet appellator*, infra decem dies procuret transmissionem actorum, alias providebitur super appellationis desertione.

Die &c. visa comparitione fol. . . . N. N. (*scilicet appellator*) infra tot dies præcisè, & peremptoriè procuret actorum transmissionem, alias termino elapso appellatio deserta declaretur.

Ros. Prax. Civ. T.II.

Die &c. visa comparitione &c. S. C. declarat, appellationem esse desertam ob non præsentationem actorum infra legitima tempora, ac proinde M. C. suum exequatur decretum juxta sui seriem, continentiam, & tenorem, appellatione prædicta non obstante; *vel dicitur*: ac proinde rescribatur Curiæ N. N., quod suum exequatur decretum.

Die &c. præsens causa revideatur in S. C. ex eisdem actis; *vel dicitur*: revideatur &c. exceptione lapsus fatalium non obstante.

Die &c. S. C. declarat, exceptionem lapsus fatalium non obstare, *vel dicitur*.

Die &c. procedatur ad ulteriora ad ea, quæ incumbunt, exceptione lapsus fatalium non obstante.

Die &c. visa comparitione fol. . . ., S. C. declarat, appellationem interpositam esse desertam ob lapsum fatalium.

1 UT humani actus, a quibus ut plurimum perfectio abest, quæ in Deo est, quoad fieri poterit, veritate nitantur, leges justitiæ cultrices disposuere, quod a sententia per unum Judicem prolata, ad alium superiorem appellari possit: tametsi ex eadem ratione fit, ut sæpe sæpius deterior sententia pronuncietur; hinc bene Ulpian. in *l. 1. D. de appellat. & rela-*
2 *tion.* inquit: *Appellandi usus quam sit frequens, quamque necessarius, nemo est qui nesciat; quippe cum iniquitatem judicantium, vel imperitiam corrigat: licet nonnunquam bene latas sententias in pejus reformet;* cui quidem *legi* consonat text. in *can. liceat 2. 2. qu. 3.*

Pro enucleatione vero decretorum, quæ in hac primi capitis distinctione continentur, operæ pretium duximus investigare quid sit appellatio, infra quod tempus sit interponenda, introducenda, prosequenda, sive terminanda.

Appellatio igitur est prætensæ iniquæ sententiæ a Judice
3 inferiori prolatæ ad superiorem Judicem legitima provocatio, quasi querelam continens: dicitur *iniquæ*, ex text. in *d. l. 1. D. de appellat., & relat.* & in *l. 2. D. quis, & a quo appellatur*, ibi: *potest de iniquitate ejus Proconsul cognoscere*: dicitur *prætensæ*, tum propter malitiam, seu Judicis imperitiam, tum quia neutrum subesse potest, ex cit. *l. 1. de appell.* dicitur, *ad Judicem superiorem*, juxta text. in *cap. dilecti 66.* ubi Cujac. *ext. de appell.* & *l. 1. §. penult. D. eod. tit.* & *l. 1. in princ. D. quis, & a quo appell.* dicitur, *legitima*; nam appellatio solemniter interponitur, *l. ex illo 13. & l. quoniam 18. C. de appell. l. qui suspectum 20. in fin. D. d. tit.* de qua solemnitate post dicemus: dicitur, *provocatio*, ex text. in *l. 1. in princ. D. de appell. l. 2. in fin. tit. a quib. appell. non lic.* & *l. 1. §. ult. in fin. D. ad S. C. Turpil.* dicitur, *quasi querelam*, ex text. in *l. 3. C. quan. & quando Jud. l. Prætecti 18. D. de minor.* explicat Cujac. in *Paratit. ad tit. C. & D. de appell.* Alii aliter appellationem definiunt, ut videre est apud Marant. *de ord. judic. par. 6. rubr. de appell.* Cujac. in *D. & C. de appell.* Wesembec. *in parat. dd. tit. n. 3.* Cornelium Bredorodium in *tract. de appell. p. 1. tit. 7.*

Appellatio itaque infra decem dies a die promulgatæ,

sci-

4 scilicet intimatæ sententiæ interponenda est, Nov. 23.
c. 1. auth. hodie C. de appell. cum, quoad §. taliter extra de
sentent. & re judic. c. cum dilectus 32. in fin. extra de elect.
cap. significaverunt 36. §. mandamus extra de testib. & atte-
stat., antiquitus vero tempus appellationis interponen-
dæ erat biduum in causa propria, in aliena triduum,
l. 1. §. biduum §. quod in sententiæ, & §. in propria; l. 2. §.
1. & §. ult. D. quan. appell. sit, l. eos 6. §. pen. C. de ap-
pell. l. qui suspectum 20. §. 1. juncta l. 5. §. ult. D. d. tit.
5 hoc autem tempus decem dierum scienti currit a mo-
mento ad momentum, d. Nov. 23. c. 1. can. anteriorum
§. & sancimus 2. q. 6. quo tempore transacto, eaque
non interposita, in rem judicatam transit sententia, d.
cap. quoad consultationem de sentent. & re judic., &
executioni demandatur: ratio est, quia per dictum la-
psum decem dierum videtur pars sententiæ acquievisse,
l. ult. C. de sentent. quæ sine certa quantitate, l. ult. D.
quomodo, & quando, cap. biduum in fine 2. qu. 6. d.
cap. quoad consultationem, ibi: cum per hoc videatur
per interpretationem juris lata sententia paruisse: execu-
6 tioni tamen demandatur, parte petente; nam quæ ipso
jure executionem habent, Judicis declaratione indi-
gent, juxta communem DD. sententiam, & supradi-
ctum decretum interponitur, quo dicitur: sententiam
7 sub die &c. fecisse transitum in rem judicatam, & pro-
inde esse exequendam &c. quæ formula etiam elicitur
ex text. in cap. dilectus de elect. in fin. ibi: cujus sen-
tentia in rem transiit judicatam, cum intra decennium
non fuerit legitima provocatione suspensa: neque opus
est præcedente partis citatione, quia jam sententia par-
ti notificata fuit, eique, ut modo diximus, acquievit:
id tamen procedit contra condemnatum viventem, se-
cus contra mortuum; tunc enim oportet, ut contra
ipsius heredem præcedat citatio a Judice, a quo fuit
promulgata, per text. in l. 2. C. de execut. rei judic. ap-
8 pellatione vero interposita executio sententiæ suspen-
ditur, atque judicatum pro judicato minime habetur,
ut in l. 1. §. ult. D. ad S. C. Turpil. ibi: quia provoca-
tionis remedio condemnationis extinguitur pronunciatio,
cum concord. adductis a glo. in d. l. in extinguitur,
ibi: & hic expone, extinguitur, idest suspenditur.
Ad introducendam postea interpositam appellationem de
jure communi triginta dierum spatium fuit præfinitum,
ut in l. Judicibus C. de appellation. cap. ab eo de appell. in
9 6. c. ei qui §. judicibus 2. qu. 6. de jure vero Regni spa-
tium quinquaginta dierum constitutum est, intra quod
appellans acta præsentare debet coram Judice ad quem
10 clausa, & sigillata, cum literis dimissoriis, seu di-
missoriis libellis, quos vocant Apostolos, l. un. D. de
libell. dimissor. Clem. 2. in princ. tit. de appell. & c. ab eo 6.
tit. de appell. in 6. quos petere tenetur a Judice, a quo
appellavit: usu tamen observatur in Regno, apostolos
hodie non peti, sed ipsa tantum acta superiori Judici
præsentanda appellantibus exhiberi, Borrell. in summa
dec. tit. 33. de appell. num. 943. & 989. Infra idem tem-
pus actorum apertura fieri debet, juxta Constit. Regni,
quæ incipit, Appellationum tempora: an autem pars
adversa citari debeat ad videndum aperturam, consule
Petram super Rit. 260. num. 24. Hic vero prætermit-
11 tendum non est Judicem a quo spatium illud quinqua-
ginta dierum a jure præfinitum ad recipiendum apo-
stolos, & acta, pro illis præsentandis Judici provo-
cato, producere neutiquam posse, sed justis ex causis
restringere; nam licet appellatione pendente ipsius ma-
nus censeantur ligatæ, tamen, quoad ea, quæ cele-
riorem appellationis expeditionem respiciunt, jurisdi-
ctionem retinere, docet Gonzalez in lib. 2. Decretal.
tit. 28. de appell. cap. cum sit romana n. 8. adde Andream
de Isernia in d. Constit. Appellationum tempora lit. D. Ma-
rantam in speculo p. 6. versic. & quandoque appellatur n.
205. Berlich. concl. pract. concl. 50. de appell. n. 131. &
138. Gaill. pract. observ. lib. 1. concl. 140. n. 2. Bocer. clas.
6. disp. 34. de appell. th. 83. non autem diffitebor, etiam
a Judice provocato, idest ad quem, si de majoribus
sit, hoc tempus arctari, & breviari posse, juxta tra-
dita per Caravitam super Ric. M. C. 251. Capyc. La-
tro consult. 159. num. 33. in fin. tom. 2. Petra super eod.
Rit. 251. n. 17. ut in pluribus processibus servatum vi-
di, & ego quoque parte appellata petente idem in
praxi servavi, hæc ferme decreta interponendo: pri-
mum, quod N. N. Appellator infra decem dies procu-
ret transmissionem actorum, alias providebitur super de-
sertione appellationis; quo intimato, post elapsum tem-
pus, aliud cum clausula præcise, & peremptorie infra
dies... pro lucat copiam processus, sive procuret actorum
transmissionem, alias termino elapso appellatio deserta de-
12 claretur: quæ quidem praxis restringendi hoc tempus
descendit ex dicta Constit. Appellationum tempora §. cæ-
terum, ibi: cæterum si ad alios majores Judices a mi-
norum sententia fuerit appellatio interjecta, qui nobiscum
in Curia commorantur, tunc pro locorum distantiis, &
causarum qualitatibus, nec non & personarum pronun-
ciationibus, Judicibus præsentandum appellationum tem-
pora præstitui volumus appellanti, dummodo prædictorum
quinquaginta dierum spatium non excedat indulta dilatio.
Interposita igitur appellatione, nec introducta infra spa-
13 tium quinquaginta dierum, qui etiam currunt de mo-
mento ad momentum a die appellationis interpositæ,
juxta Constit. Regni Appellationum tempora, prout
etiam de jure communi tradiderunt Gonzalez in d.
cap. cum sit romana num. 7. vers. hoc autem tempus de
appell. Paz. in Praxi par. 6. cap. 1. num. 5. Gaill. pract.
obs. lib. 1. cap. 140. num. 1. Bocer. cl. 6. disp. 34. de ap-
pell. th. 80. vers. verius autem, atque alii, idest actis co-
ram Judice ad quem non præsentatis, ut dictum est,
vel in S. C. tempore præfinito, parte appellata pe-
tente, & appellatore citato, appellatio deserta decla-
ratur, ut a Judice a quo executioni demandetur, ac
decretum erit: die &c. visa comparatione fol... citatio-
ne fol... per S. C. provisum, & decretum est, appella-
tionem sub die &c. interpositam pro parte N. N. fuisse,
& esse desertam ob non præsentationem processus infra le-
gitima tempora, ac proinde M. C. suum exequatur de-
cretum juxta sui seriem, continentiam, & tenorem, ap-
pellatione prædicta non obstante; quod si agatur de ap-
pellatione interposita a Curiis inferioribus Regni ad
M. C. dicitur, proinde rescribatur Curiæ Civitatis &c.
quod suum exequatur decretum &c. dicitur citatione, quæ
omnino requiritur in declaratoria desertionis ad nota-
ta per Borrell. in summa decis. tit. 33. de appellat.
num. 1104. præcipue cum appellator citatus justum
non introducendæ appellationis impedimentum allegare
possit, postquam sententiæ non acquievit.
Verum enim vero in S. C. ex æquitate, ejusque stylo
14 etiam post lapsum tempus prædictum, si processus re-
periatur præsentatus, appellationis causa revidetur ex
eisdem actis, idest novo termino non impartito, ne-
que novis probationibus receptis; de quo stylo testa-
tur Consiliarius Matthæus de Afflicto decis. S. C. 78.
decis. 79. & dec. 243. n. 5. Caravita super Ritu 260. Be-
rardinus Muscatell. in Glossa prosequendum par. 1. a num.
95. in Glossa substantia num. 63. & in Glossa procedatur
par. 3. num. 26. Petra in Ritu 260. num. 25. aliique ab
eo cumulati: idque locum obtinet, non obstante quod
pars appellata institisset, declarari appellationem esse
desertam, rejecta opinione eorum, qui contrarium te-
nent, prout affirmat Afflict. in d. decis. 243. D. Reg.
de Marinis ad Revertertum decis. 535. in fin. idem Pe-
tra loc. cit. & ita servatum vidi: qui stylus inolevit
15 quoque in M. C. ut videre est penes D. Reg. Sao-
lenc. decis. 91. quanquam ingeniosus Mucci ibidem as-
severet, in S. C. indistincte interponi hujusmodi de-
cretum, quod causa revideatur ex eisdem actis, in M. C.
vero prævia quadam cognitione, ac partibus prius
auditis.
Amplius hac in re non prætermitto juxta dictum Mu-
16 scatell. in d. Glos. prosequendum decretum prædictum
interponi, si post modicum tempus dierum quinqua-
ginta processus fuerit præsentatus, & juxta sensum
D. Petra loc. cit. num. 25. & seqq. quandocunque, an-
tequam sit appellatio declarata deserta; & in mea
Aula in facti contingentia, cum non quidem post mo-
dicum tempus, sed longo sane intervallo processus fue-
rit præsentatus, supradictum decretum fuit interposi-
tum, prius tamen partibus in Aula auditis, ac justi-
tia causæ non obiter degustata.
Insuper revisio ex iisdem actis etiam locum habet in re-
17 clamatione; nam lapsu fatalium non obstante, de sty-
lo ejusdem S. C. causæ ex justa aliqua ratione revi-
dentur, ut notant Afflict. in d. decis. 78. in fin. Gramm.
decis. 13. num. 5. Reverter. decis. 178. num. 2. circa med.
Rovit. decis. 21. num. 15. circa fin. quod autem dicitur
ex eisdem actis, novis probationibus non receptis, in-
tellige de testibus, & scripturis extrinseca probatione
indigentibus. Hanc autem revisionem ex eisdem actis
non indiligenter enuclearunt Jo: Ludovic. Bender. in
in suis concl. decisivis pract. Jo: Melch. Clezelius ab
Altenach. in tract. de appell. Georgius Heublinus in
tract.

tract. de re judic. noviter tractanda, Matthias Berlich. *par.*
1. *conclus.* 60. Camill. Borrel. in *sum. decis. tit.* 34. *lib.* 2.
Jo: Antonius ab Ecclesia *part.* 2. *observat.* 27. Arismin.
Tepat. *var. jur. sent. tit.* 357. D. Cardinal. Tusch. *pract.*
concl. jur. lit. R. concl. 313. & *seqq.* Paul. Christin. in
decis. 111. *per tot.* Marius Giurba in *decis.* 30. 35. 38. 66.
81. & 90. Jo: Bapt. Larrea in suis *decis. Granaten. par.*
2. *dispat.* 39. Cæsar Manente *decis.* 28. Marott. in *di-*
scept. cap. 13.

Hactenus de tempore introducendæ appellationis, nunc
18 de tempore, quo ea sit prosequenda, seu terminanda
inquiramus: ut autem complectar de jure civili ap-
pellatori unus conceditur annus, qui a die præsenta-
tionis, seu aperturæ processus currere incipit, juxta
Rit. 6. ubi statuitur, appellationis causam per proces-
sus aperturam inchoari, Muscatell. in *Praxi part.* 2.
gl. finiendum num. 3. & 4. circumscriptis temporibus,
quæ olim statuta erant ad inchoandam, & finiendam
appellationem, de quibus disserunt Bocer. *clas.* 6. *disp.*
34. *de appellat. th.* 90. & *seqq.* Gonzalez in *cap. cum sit*
Romana num. 9. *de appell.* Quod si ob justum aliquod
impedimentum causa determinata non fuerit, alios in-
dulgetur annus, juxta text. in *l. fin.* §. *illud*, & *auth.*
ei qui C. de temporibus, & *reparationibus appellatio-*
num, in hæc verba: *ei, qui appellat, impertitur annus,*
intra quem secundum se, communiterve cum adversaria
litem exequatur, aut si justa causa intercesserit, alius
annus indulgetur: quo transacto, lite non completa,
rata manet sententia: de justo autem impedimento,
atque appellationis diligentia liquere debet, ut ex *cit.*
§. *illud*, ibi: *nisi ipse appellator evidentissimis proba-*
tionibus possit ostendere se quidem summa ope nisum vo-
luisse litem exercere, per judicem autem stetisse, vel
aliam inexorabilem causam subsecutam, propter quam
hoc facere minime valuit; tunc etenim aliud ei annale
tempus indulgemus: at vero de jure canonico, impe-
19 dimento intercedente, & appellatoria desidia non con-
currente, tertius impertitur annus, ut *ex cap. ex ra-*
tione 8. *de appellationibus*, ibi: *ex ratione*, & *infra*:
Verum si appellationem biennio elapso interpositam a sen-
tentia contra vos prolata, prosequuti non estis: damna-
do prosecutionem ipsius per impotentiam vos constiteris
omisisse, volumus, quod justitiæ vestræ debeat præjudi-
cium generare. An autem tertius hic annus ope resti-
tutionis, seu similis beneficii concedatur, non con-
venit inter DD.: Gonzalez tamen in *d. cap. cum sit*
Romana de appell. sub n. 12. soleriter admonet, ali-
quando ipso jure, interdum restitutionis beneficio ap-
pellantem impeditum tertio hoc anno juvari pro na-
tura impedimenti: quæ temporum spatia fatalia nun-
20 cupantur, & primus annus primum fatale dicitur, ex
text. in *l. fin.* §. *illud*, & *in* §. *fin.* atque ex glos. in *l.*
2. *C. eod. tit. de tempor.* & *repar. appellat.* in §. *illud*, ibi:
fatali die, & in §. *fin. ibid. ultimo fatale* &c. & clare in
glo. in *d. l.* 2. Andr. Gaill. *lib.* 2. *obser.* 139. & 140. &
seqq. Mynsing. *cent.* 6. *observat.* 12. & communiter DD.
a fato, scilicet morte, quæ sicut est vitæ hominis fi-
nis, ita causæ appellationis fatalium decursus dicitur
finis, & appellationem perimit. Hic siste mecum Le-
21 ctor aliquantulum, considerando, quam cito volitet
tempus juxta illud Poetæ.

Io vidi 'l giaccio, e lì presso la rosa
Quasi in un punto 'l gran caldo, 'l gran freddo.
Che pur udendo par mirabil cosa.

Et Ovid. 15. *Metamorph.*

Tempus edax rerum, tuque invidiosa vetustas
Omnia destruitis, vitiataque dentibus ævi
Paulatim lenta consumitis omnia tabo.

transit quippe hominis juventus, senectus advenit, &
vita tandem extinguitur, quasi flos, qui egreditur, &
conteritur,

. . . *festinat enim decurrere velox*
Flosculus angustæ, miseræque brevissima vitæ
Portio, ait Juven. *Saty.* 9. & quod unice tremendum
est, senex moritur, & juvenis, pubes, atque impu-
bes; pariterque moritur infans, & nihilominus cor
humanum in terrenis mirum quantum volutatur.

Hæc autem fatalia in nostro S. C. uti Præfecto Præto-
22 rio quoque currunt; ut in annunciato §. *illud* prout
modo declaratum est, & habetur in *Pragm.* 1. *de ap-*
pellation.

Transacto anno, vel biennio, causaque non diffinita, si
23 pars appellata sententiæ exequutionem petat, adeoque
appellationem declarari desertam propter lapsum fata-
lium, & è contrario appellator judicium prosequi con-
tendat, commonstrando, se non fuisse negligentem, sed
impeditum, aut ex incidentibus juris in causa exortis,
aut partis appellatæ oppositionibus, vel in S. C. for-
tasse Judicis impedimento, aut quovis alio eventu,
non quidem sui culpa, tunc decretum interponitur,
quod *procedatur ad ulteriora ad ea, quæ incumbunt,*
apposita lapsus fatalium exceptione non obstante, vel di-
citur, *S. C. declarat, exceptionem lapsus fatalium ap-*
positam pro parte N. N. non obstare, quam formulam
comperies penes D. Rovit. *decis.* 21. & Sanfelic. *de-*
24 *cis.* 6. & in capitulo quoque sequenti attingemus. Por-
ro hic animadverte, quod in S. C. Judicis impedimen-
tum appellatorem excusat; iniquum namque foret, *pro-*
pter occupationes florentissimi ordinis, quas circa nostra
pietatis ministeria habere noscitur, causas hominum de-
perire, ut inquit Justin. in *l. ult.* §. *si tamen C. de temp.*
& *rep. appell.* concordant *Novell.* 23. §. *ad hæc*, *auth. sed*
licet C. d. tit. cap. ex insinuatione 50. *de appell.* cæterum si
negligentia appellatoris in judicii compilatione despi-
ciatur, appellatio deserta declaranda est; dedecet enim,
observantiam introductam occupatissimi Senatus gratia
ad appellatoris culpam extendi in tertii præjudicium.

LEONARDI RICCII

AD PARTEM II.

IN SECUNDA INSTANTIA

OBSERVATIO

CAPUT I.

DISTINCTIO I.

De Decretis Appellationem, Revisionem, & Reclamationem respicientibus.

SUMMARIUM.

1 *Appellationis definitio.*
2 *Appellationis Etymologia.*
3 *Appellatio, Revisio, & Reclamatio quid differunt.*
4 *Appellandi actus non est actio, neque exceptio, sed quædam defensio.*
5 *Appellationis Judicium regulatur secundum deducta in prima instantia, & declaratur, & assignatur ratio.*
6 *Appellatio ab interlocutoria justificari debet ex primis actis.*

1 APpellatio est prætensæ iniquæ sententiæ a Judice
inferiori prolatæ ad Superiorem Judicem legiti-
ma provocatio, quasi querelam continens: Auctor hic,
qui rationem reddit dictæ definitionis, licet *Maranta*,
& alii aliter definiunt.

2 Etymologia appellationis late declaratur per *Scac.*
lit. B. cap. 2. *qu.* 2. *art.* 1. & summatim per *Pacem*
Jordan. vol. 3. *lib.* 14. *tit.* 26. *num.* 3. *fol.* 537. *Tusc.*
lit. A. conclus. 347.

Sed quod appellatio dicitur ab expello idest aa Ju-
dice inferiore pello ad Judicem superiorem.

3 Et quid differunt inter se appellatio, revisio, &
reclamatio dicemus in quarta distinctione, ubi Auctor
noster tractat de reclamatione.

4 Appellandi actus non est actio, neque exceptio,
sed quædam defensio *Bart. in L.* 1. *ff. de appellat. Mo-*
till. de appell. nu. 4. *fol.* 91.

5 Appellationis judicium regulatur secundum deducta
in prima instantia; adeout si in prima instantia, ali-
quid fuerit petitum vigore unius statuti, non licebit
in judicio appellationis vigore alterius statuti reforma-
tionem decreti petere.

Novus enim libellus, ex nova causa deduci debet
coram eodem Judice a quo *Pratus ad Muscat. glos.*
probandum par. 3. *vers. insuper*, & *glos. instanti par.* 3.
num. 46. quam sequitur *Motill. de appell. fol.* 93. *n.* 29.

Et ratio est, quia appellationis Judex non potest
cognoscere, nisi de eo, quod cognovit Judex a quo
Afflict. dec. 53. *num.* 2. ex *Bart.* ibi cit.

Et in dicta *decis. Afflict.* 53. in tantum fuit pro-

nunciatam super diversa actione non pet ita, in quantum fuit mutatus modus agendi, & quia conventi nil opposuerunt ante conclusionem, nam si ante conclusionem prætextum opposuissent, decisio non fuisset facta, ut idem *Afft.*

6 Et appellatio ab interlocutoria justificari debet ex primis actis *Cappe. dec. 5. in fine*, & sic servari in Regno nostro testatur *Hodierna ad Surdum decis. 36. num. 6.*

VINCENTII ALOI

IN CAP. VII.

DISTINCTIONEM I.

ANIMADVERSIO

SUMMARIA.

I. *Appellationis definitio ab auctore tradita expenditur, & declaratur.*
II. *Appellatio quotuplex.*
III. *Cur inventa.*
IV. *Quot sint appellationum tempora.*
V. *A quibus Curiis, ad quas appellari potest.*
VI. *An possit a Judice admitti, si fuerit sine justa causa proposita.*
VII. *Quinam possint appellare.*
VIII. *Appellatio unius an prosit aliis.*
IX. *An liceat appellare omisso medio.*
X. *Coram quo Judice interponenda.*
XI. *In quibus Causis appellari non potest.*
XII. *Quot modis appellationi possit renunciari.*
XIII. *Qui sint effectus appellationis.*
XIV. *Tempus ad appellandum quale sit.*
XV. *Appellatio proposita, & non introducta declaretur deserta.*
XVI. *A quonam Judice debeat fieri iste declaratio.*
XVII. *Explanatur Clausula acta, & per dies apponi solita in decreto appellationis ab interlocutorio.*

I. REbus judicatis standum est sub hac conditione dummodo non sit appellatum *l. enim prolatis ff. de re judic.* Et hoc remedio efficitur, ut suspendatur, & quodammodo extinguatur judicium *l. & in majoribus ff. de appellat.* Recte Author noster ex Ulpiano inquit usum appellationis esse necessarium, & frequentem. Fiebat etenim non solum in scriptis, sed etiam per verbum *appello l. 2. ff. eod.* Recte etiam appellationis materiam tractaturus incipit ab ejus definitione, & explosis aliorum DD. definitionibus illam definit, quod sit *a pretensa iniqua sententia a Judice inferiore prolata ad superiorem Judicem legitima provocatio, quasi querelam continens n. 3.* Et nos illam adoptando dicimus quod continuioribus verbis sit: *legitima provocatio illati gravaminis causa justa tempore facta a Judice inferiore ad superiorem l. 30. & 32. Cod. de appellat.* Fundamentum enim appellationis est gravamen illatum a Judice, quod potest continere iniquitatem, in *l. 2. ff. quis & a quo appellatur*, vel imperitiam, vel nec iniquitatem, nec imperitiam ut in *l. 1. ff. de appellat.* Dicitur legitima; nam hodie non sufficit quod interponatur simpliciter per verbum *appello*, sed debet fieri in scriptis, & solemniter *l. 13. & 18. Cod. de appellat.* Imo in praxi cautus Procurator quando sententia continet plura capita diversa, & non connexa, non sic simpliciter appellat, sed cum illa clausula videlicet: *Acceptat quatenus pro suo principali faciunt, quatenus contra reclamat, & appellat.* Et talis appellatio suspendit judicatum in illis, quæ sunt contra appellantem, & in reliquis potest executionem sententiæ petere, ut examinat *Bov. dec. 73.*, *Gallup. part. 3. cap. 4. n. 3.* Dicitur ad *judicem superiorem*, quia auxilio superioris invocato transferuntur causæ ab inferioribus ad superiores, cum æqualis in æqualem non habeat jurisdictionem *l. 2. ff. a quib. app. non licet.* Dicitur denique *provocatio juxta l. 1. ff. de appell.*, *& l. 1. ff. ad S. C. Tertul.* Quamquam enim *provocare* sit verbum generale, quod latius patet, & omnem invocationem auxilii superioris, ac etiam supplicationes contineat; tamen in sensu appellationis ratione materiæ subjectæ accipitur, & restringitur. Quod idem est in ipso verbo *appellare*. Appellari enim etiam in jure dicitur debitor *l. 16. §. ult. ff. de fideicomm. appellari* puella, cujus pudicitia attentatur, *l. 15. §. 17. ff. de injur.* *Appellare* etiam accipitur pro denunciare in *l. 15. §. 33. ff. de injur.* Et Martialis cecinit: *Appellat rigide tristis me voce secundus.* Sed in subjecta materia restringitur quando appellatur Judex superior, ut cognoscendo sententiam ab inferiore Judice latam, illam corrigat, & in melius reformet; & hoc idem provocare dicitur in *l. Præses ff. de re judic.* Unde illa indistincta adagia in jure: *auxilium appellationis, & auxilium, sive remedium provocationis* pro eadem appellatione *l. Servi ff. de appellat. l. hi qui*, *l. Actor Cod. de appellat.* Estque etiam in jure comunis usus loquendi, ut quemadmodum dicitur appellari Judex, non appellari ad Judicem, ita dicitur judex provocari, non provocari ad Judicem. Et raro, ut in *l. si qui ff. de appell.*, *& in l. 5. Cod. eodem* dicitur provocari ad Principem, vel ad Præsidem.

II. Quia fundamentum appellationis est gravamen illatum, & hoc inferri potest vel in judicio, vel extra, ideo appellatio in jure dividitur in judicialem, & extrajudicialem *l. a sententia §. idem ff. de appellat.* De extrajudiciali in corpore juris pauca habentur, quæ ad mores, & praxim parum conferunt. Sed postquam in *cap. cum Romana de appellat.* dictum fuit: *non solent hujusmodi dici appellationes, sed provocationes ad causam*: Canonistæ distinxerunt, 1. quod judicialis requirit causam veram, & specialem a gravamine præsenti: Extrajudicialis autem requirit causam verisimilem, generalem, & admittitur etiam a futuro gravamine. 2. Judicialis in totum suspendit jurisdictionem Judicis in causa de qua agitur: extrajudicialis vero non suspendit actum præteritum, nec eum qui est consequutivus ad actum de præterito, *Sanchez dub. 32. n. 14.*, *Gonzalez ad reg. 8. Cancell.*, *& Abbas in d. cap.* tresdecim differentias posuit inter utramque appellationem. 3. Quod appellatio extrajudicialis dicitur provocatio ad causam, Panorm. in *cap. Romana de appellat.* Hæ opiniones a Forensibus nostris amplexæ induxerunt multas quæstiones inanes: An, quomodo, & quando possit appellatio produci futuri gravaminis; & quod appellatio extrajudicialis dici debeat provocatio. Inter Forenses Maranta in *tit. & quandoque appell. num. 279.* posuit etiam multa non pertinentia ad Forum nostrum. Alii restrinxerunt appellationem extrajudicialem ad decreta, deliberationes, conclusiones quæ fiunt in Sedilibus Civitatis Neapolis, de quibus late loquitur *de Franch. dec. 2.* Alii denique ampliarunt ad ea quæ fiunt in omni societate collegiali ex sensu *l. 2. Cod. de Decur.*, *Muscatell. gloss. sententia part. 2. num. 63.*

Jure civili non appellabatur ab interlocutoria, ne lites in infinitum protraherentur *l. 32. ff. de appellat.* Sed de jure canonico ab omni gravamine appellare licet quandocumque *cap. super eo de appellat.* Contra Canonistas invexit Cynus, sed Baldus in *l. 2. Cod. de ep. aud.* respondit motus canonistarum fuisse valde justos, & equos, & ejus opinio in Foro sequuta fuit, quod liceret ab interlocutorio decreto appellare. Igitur surrexit alia distinctio, quod alia est appellatio a sententia definitiva, & alia a decreto interlocutorio. Illa non requirit expressionem gravaminis, sed sufficit ut appellans dicat fuisse gravatum a tali definitiva *l. 3. ff. de appellat.*, *Specul. in tit. de appellat. in §. qualiter.* Hæc requirit expressam & specificam justam causam gravaminis *capit. dilectus de appellat.*, & hæc expressio specifica gravaminis est de substantia hujus judicii, *Muscatell. gloss. Sententia n. 51.* At quia non defuerunt Forenses, qui dixerunt, quod cum omnes causæ in Regno sint summariæ, ideo necessaria non est expressio causæ gravaminis, *Caravit. in Rit. 288. n. 11.*, diremit hanc quæstionem *Pragm. 18. de ord. judic.* jubendo: *Inoltre ordiniamo, che dette Regie Udienze nel caso del gravame de' decreti interlocutorj, o che han forza di deffinitivo interposto dalle Corti inferiori, non possano ricevere le medesime* pro recognitione gravaminum, *senzachè si spieghino distintamente quali siano i gravami.*

Ex dispositione *Pragm. 7. de off. S. R. C.* quando causa est infra summam ducatorum centum quinquaginta, admittitur appellatio a sententia M. C. ad S. C. quoad actum devolutivum tantum, non suspensivum. Hinc invaluit distinctio, quod alia appellatio est devolu-

letiva tantum, quæ devolvit caufam ad Judicem ad quem, & non fufpendit executionem; alia eft appellatio quæ devolvit, & fufpendit fententiam.

Triplex igitur eft appellatio. 1. Alia eft judicialis, alia extrajudicialis. 2. Alia eft a fententia deffinitiva, alia a decreto interlocutorio. 3. Alia eft devolutiva, alia fufpenfiva.

III. Appellatio fecundum Canoniftas inventa fuit ut afylum haberet innocentia, & eft thariaca contra venenum Judicis *cap. cum fubjecti, & cap. cum fpecialis extr. de appellat.* Magis proprie DD. *ad tit. D. de appel.* dixerunt, quod inventa fuit, ut non auferrentur defenfiones, quæ funt de jure naturæ: quod etiam notavit *Afflict. in rubr. Conflit. Appellationum tempora*. Et hæc revera fuit origo appellationis.

IV. Plura funt tempora appellationis. 1. Eft tempus appellationis interponendæ, quod jure civili erat breviffimum, nam in caufa propria dabatur biduum, in aliena triduum *l. 1. §. biduum ff. quando appell. fit &c.*, & jure noviffimo, & Regni eft decem dierum tam a deffinitiva, quam ab interlocutoria a die intimationis fententiæ decurrendum, Afflict. in *Conft. Appellationum tempora*. 2. Eft tempus poft appellationem interpofitam ea pendente, & eft dierum quinquaginta qui currunt de momento ad momentum ab interpofita appellatione ad præfentandum proceffum coram Judice ad quem, *d. conflit. appellat. tempora*, & dicitur tempus ad profequendam appellationem: 3. Eft tempus poft appellationem interpofitam decurrendum a die aperturæ Proceffus, & de jure comuni erat annus *Auth. ei qui Cod. de appellat.*, & ex jure Regni nihil eft immutatum, *Afflict. in Conft. appellationem tempora*. Ideoque tempora horum fataliem locum habent coram quibufcumque judicibes etiam in S.C. ut dicit *Pragm. 1. in antiquis de appellat.* Vocatur hoc tempus exercendæ, feu finiendæ appellationis, quia comuniter aperto proceffu tractantur merita caufæ, & exercentur jura partium per dationem termini ad non pofita ponendum, & articulos, & probationes, uti in prima inftantia; & eft primum fatale. 4. Jufto exiftente impedimento ad exercendam & finiendam appellationem conceditur alius annus, qui dicitur fecundum fatale *Auth. ei qui Cod. de appellat.* Et ita fecundum *Bald. in l. fin. Cod. de temp. appellat.* appellatio habet pluras partes, ficut via longa, quæ habet principium, medium, & finem.

V. Appellatio fieri debet ad proximum & immediatum Judicem fuperiorem, & juxta *l. Imperatores ff. de appellat.* In Regno a Curiis Baronalibus appellatur ad Curias caufarum fecundarum, & ab his ad Curias tertiarum caufarum, & fervato ordine ad Regias Audientias, & ad M.C. De fententiis Delegatorum S. C., & M.C. appellatur ad eamdem S. C., & M. C. A fententiis M.C. appellatur ad S. C., & caufa committitur a Præfide uni ex Regiis Confiliariis quatuor Aularum, *de Franch. dec. 528.* dummodo caufa excedat fummam duc. quincentum; nam fi fit infra dictam fummam, admittitur tantum quoad actum devolutivum, non fufpenfivum ex *Pragm. 74. de offic. S. R. C.* confirmata *Diplomate diei 5. Februarii* 1755. A fententiis latis in S.C. ex ejufdem præeminentiæ appellatur, vel potius axacuta fententia reclamatur ad eumdem, verum caufa committitur alteri Confiliario, fed ejufdem Aulæ, *de Franch. d. dec. 528. in fin., Gallap. part. 3. cap. 4. n. 24.*

VI. Appellatio quamquam fit grande, generale & neceffarium remedium, tamen litigantes multoties illa abutuntur ad dilatandum judicium, effugiendamque fententiam. Hinc D. Bernardus contra inique appellantes invexit in *libr. de confiderat. ad Eugen.*, & ex ajus mente & verbis multi intulerunt quod Judices ficuti admittere debent appellationem juftam fubvenientes in neceffitatibus, ita admittere non debent injuftam opitulantes iniquitati. At in Regno, ne judiorum arbitrium nimis extenderetur, examen juftæ vel injuftæ appellationis ad merita caufæ refervatur, & ex ftylo S. C. confirmato per *Pragm. 29. de off. S. R. C.* temere appellanti imponebatur pœna arbitrio S.C. quod arbitrium fuit declaratum per decretum ejufdem S. C. in *Pragm. 30. fub ead. tit.*, ut fcilicet temere appellans a gravaminibus M.C., & aliarum Curiarum mulctetur pro qualibet vice in carolenis quindecim. Hæc pœna in defuetudinem abiit, & hodie condemnatur in expenfis litis.

VII. Libera eft appellandi facultas *l. 25. ff. de appellat.* Limitatur tamen, ut appellare non poffint Servi, contumaces, *l. ult. ff. de appellat. l. 14. Cod. quor. appellat.*, item homicidæ, venefici, malefici, adulteri, Officiales qui in officio delinquunt *l. 2. & 3. Cod. eod.*, & denique omnes illi, quibus negata eft audientia in agendo, & defendendo. Sed appellare poffunt etiam Perfonæ non directe in judicio vocatæ, dummodo notorium intereffe in caufa haberent. Hinc fidejuffor legitime appellat condemnato fuo principali *l. a fententia ff. de appellat.*, mater, pater pro filio, & filius pro patre, & matre *l. confenfu ff. eod.*, creditor a fententia lata contra fuum debitorem in re fibi hypothecata, mulier a fententia contra fuum virum ob intereffe dotis, tertius intereffe habens, adhærens appellationi Partis poftea renunciantis, vel concordantis in fui præjudicium *l. ampliorem Cod. de appellat.*, legatarius a fententia inofficiofi teftamenti *l. 5. ff. de appellat.*, Tutor, Curator, Coheres, aliique appellationi ab alio factæ inhærentes *l. ampliorem Cod. de appellat.*

VIII. Si plures ex una eademque caufa feparatim condemnati funt, ut plures tutores aut curatores, pluribus appellationibus opus eft, ita at qui ex illis non appellavit, intelligitur fententiæ acquieviffe *l. fi qui ff. de appellat.* Si tamen plures in comuni caufa non feparatim fed conjunctim condemnati funt, appellatio unius prodeft alteri *l. fi in una Cod. fi unus ex plurib. appell.* Quod fi finguli appellaverint, tunc unus non juvatur appellatione alterius, quia provifio hominis facit ceffare provifionem legis volentis appellationem comunem *l. 37. Cod. de appell.* Quid autem fi duæ fententiæ latæ fuerint ex eadem caufa, una fortis, altera intereffe? Duplex requiritur appellatio *l. cum in una ff. de appell.* Et eadem regula obfervatur.

IX. Jure civili gradatim ad Judices fuperiores appellabatur, ita ut fi omiffo medio appellatum fuiffet ad Principem, caufa ad omiffum Judicem remittebatur *l. 21. ff. de appellat.* qui de caufa cognofcebat, ac fi ad illum appellatum effet *l. 1. §. pen. ff. eod.* Jure autem canonico etiam omiffis mediis a quibufcumque appellabatur ad Pontificem, quia fi comunicat, non abdicat *cap. 7. x. de appellat.* Hinc non eft mirum quod *Afflict. in Conftit. cum nova num. 6., & in Conftit. Officiorum n. 3.* dixit, quod ficut de jure canonico omiffo medio poteft appellari ad Papam, ita de jure Conftitutionum Regni appellari poteft ad Regem, vel ad M.C. Et quod *Caravit. ad Rit. 52., & 62.* collexit feptimam præeminentiam M. C., ut fcilicet appellationes inferiorum Judicum ad ipfam M.C., devolvantur immediate, omiffis mediis. In *Pragm. 4. de off. S. R. C.* ftatutum fuit, quod ad electionem fuam poterit omiffo medio appellans ad M.C. appellare, nifi effet fententia infra fummam unciarum vigintinque; nam hoc cafu fervata forma *Pragm. querula, ubi quis ex delict. conven. deb.* gradatim appellandum erit. Hæ tamen leges, nequidem obfervatæ fuerunt in Fam, quia ex fententiis infra fummam unciarum vigintiquinque etiam appellabatur ad arbitrium appellantis vel ad fecundas caufas, vel ad Regias Audientias, vel ad M.C., ut teftatur *Mafcatell. gloff. tenebitur num. 22.* Unde *Pragm. 7. de offic. S. R. C.* juffit, quod a fententiis latis per Regias Audientias Calabriæ, Hydrunti, Bari, & Aprutii, & Bafilicatæ continentibus fummam ducatorum centum infra, & per alias Regias Audientias ducatorum quinquaginta infra, non poffit appellari nifi ad Regios Gubernatores earumdem Audientiarum, qui cum confilio Doctoris Partibus non fufpecti, in ipfis caufis appellatis juftitiam faciant. Quam difpofitionem Pragmaticæ nequidem fuo tempore fuifte in ufu teftatur idem *Mafcatell. in d. gloff. tenebitur n. 23.* Ex dictis per *Praf. de Franch. dec. 100. n. 20.*, quod non eft admittenda paffim avocatio a Tribunali M.C. ad alia Tribunalia inferiora in perfonis privilegiatis, cum in M.C. miniftratur juftitia multo magis quam per Curias Baronales, & cum S. C. fingulis diebus Jovis audiat relationes gravaminum ipfius M.C., invaluit praxis, quod etiam pro qualibet levi gravamine procederet M. C. omiffo medio. Tandem *Pragm. 18. de ord. judic. §. 1.* ftatuit: „ Da oggi avan-
„ ti non fi poffa produrre appellazione nei Tribunali
„ di Napoli delle Provincie di ambedue le Calabrie,
„ di Terra di Otranto, Bari, d' ambedue gli Apruz-
„ zi, e Bafilicata nelle caufe, che non eccedano la
„ fomma di docati 200., e dalle altre Provincie più
„ vi-

„ vicine in somma di doc. 100. , o sia in danaro , o „ in valore di robba che si è dedotta in giudizio, re„ golandosi le somme non più dal solo capitale , o „ sorte, ma dal capitale sorte , e dalle terre. E che „ solamente possa portarsi l' appellazione dalle Corti „ inferiori nelle Regie Udienze . . . ; Ma per quel„ le cause poi che non ammettono appellazione , re„ stino in piedi le disposizioni delle leggi così co„ muni , che municipali .

X. In *l. 1. §. dies , ff. de appellat.* dictum fuit , quod terminus ad appellandum currit tam respectu Judicis a quo , quam respectu Judicis ad quem . Unde interpretes *ad h. l.* intulerunt quod appellatio apud utrumque produci possit . At ex *cap. 1. de appell. in Sent., & gloss. in Clement. 1. eod.* Forenses induxerunt , quod appellatio interponi debeat coram eo a quo quis gravatur, & appellat. . Et tantum exceperunt duos casus, scilicet quando præsentia Judicis a quo propter ejus absentiam , aliudve justum impedimentum haberi non possit, & quando ex justa causa gravatus timeret appellare a Judice a quo ; in quibus omisso Judice a quo, liceret appellare coram Judice ad quem, vel coram probis & honestis viris. *Socin. in cons. 45., Marant. tit. & quandoque n. 133.* Hodie regulariter appellatio est interponenda coram Judice a quo , & si ejus copia haberi non potest, coram Judice ad quem, verum non operatur effectum suspensivum jurisdictionis Judicis a quo , nisi a die quo literæ inhibitoriales cum inserta appellatione fuerint illi intimatæ. Et etiam moribus nostris inanis est appellatio coram honestis viris , & deridenda opinio aliquorum , quod fas erit fieri appellatio coram uno viro honesto ex male applicata *l. ubi numerus , ff. de test.* Nam si copia Judicis ad quem haberi non potest , aut producitur appellatio ad Regios Judices supremos juxta dispositionem *l. Imperatores Cod. de appellat.* , aut producitur in illorum Curiis per Regios Notarios , qui actum præsentationis appellationis confirmant , & subscribunt, quando nequidem Scribæ , & Actuarii causæ haberi possunt, Afflict. in *Const. appellationum tempora n. 4.*

XI. In multis causis aut appellare non licet , aut licet quoad actum devolutivum tantum . Non licet appellare adversus sententiam a Principe latam *l. 1. ff. a quib. appell. non lic.* ; adversus duas sententias S.C. uniformes *Pragm. 5. de off. S. R. C.* Non licet similiter appellare a sententia lata super re, quæ dilationem non admittit *l. fin. ff. de appell.* , aut super momentanea possessione *l. fin. Cod. de temp. appellat.* , & super causa finita per juramentum delatum , vel relatum *l. generaliter Cod. de reb. credit.* Denique in aliis causis in *d. tit.* relatis .

Causæ in quibus appellationes admittuntur quoad actum devolutivum & non suspensivum aliæ numerantur ultra superius relatas. 1. In appellatione judicii assistentiæ , sententia lata non suspenditur, sed mandatur executioni præstita cautione in casu revocationis *Pragm. M. C. Visum de Assisten.* 2. In sententia lata per Rationales electos ad videndum computa administrationis Officialium Universitatis appellatio admittitur quoad actum devolutivum ; nam significatoriæ expeditæ executioni mandantur præstita cautione in casu retractationis *Pragm. 2. de Adm. Univ., de Franch. dec. 247.* 3. Devolutive dumtaxat appellatur in causis funeralium , expentarum ultimæ infirmitatis , alimentorum , salarii, suspicionis Officialium , liquidationis Instrumenti , vel alterius Scripturæ liquidæ *Afflict. dec. 154.* 4. A decreto executoris sententiæ , quoad excessum executionis , non appellatur nisi devolutive *Capyc. dec. 1. n. 17.* 5. In causis servitutis aspectus , projectus, stillicidii, actus, itineris, & viæ appellatio datur ad actum devolutivum ; & in causis aliarum servitutum quoad actum devolutivum , & suspensivum *Pragm. 18. de ord. judic. §. 1. n. 3.*

XII. Re integra multa fieri permittuntur, quæ alias non permitterentur *l. mandatum ff. mandat.* ; ideoque re non integra appellationi altera parte invita renunciari non potest, cum appellatio appellanti & appellato communis fit *l. ampliorem Cod. de appellat.* Re integra igitur potest appellationi renunciari expresse , & tacite. Expresse, cum quis declarat nolle uti appellatione *l. si quis Cod. de appell.* , & pacto , quando utraque pars consentit ut causa compromittatur , appellatione remota *l. ex consensu ff. eod.* Tacite , si appellans appellationem non prosequatur vel ad actus ulteriores coram Judice a quo procedat , qui sint incompatibiles cum ipsa appellatione interposita , *l. ad solutionem Cod. de re judic.*

XIII. Plures sunt effectus appellationis . 1. Suspenditur jurisdictio Judicis a quo ; & devolvitur ad Judicem ad quem *l. a sententia Cod. de appellat.* 2. Causa reducitur ad terminos litis contestatæ *l. ita demum Cod. de probat.* 3. Executio sententiæ statim suspenditur , ita ut nil potest innovari non solum in acto contentioso, verum etiam voluntario *l. sciendum ff. de appell. recip. vel non* . Et in hoc differt ab appellatione decreti interlocutorii , ubi non suspenditur executio antequam inhibitio producatur Judicis ad quem ex *Pragm. 18. de ord. judic. §. 1.* „ ed all' incontro le Corti inferio„ ri , non ostante che siasi interposta l' appellazione „ da' decreti interlocutorj , o che han forza di diffi„ nitivo, possano continuare a procedere fino a tan„ to che non sarà loro notificata l' inibitoria dalle „ Regie Udienze . Eccettuandosi però in detti casi „ quelle cause nelle quali vi sia interesse di persone „ privilegiate , i di cui privilegj s'intendano rimaner „ fermi , intatti , ed illesi .

XIV. Tempus ad appellandum tam a sententia , quam a decreto interlocutorio , & actibus extrajudicialibus est decem dierum decurrendum a die intimationis . Et hoc tempus est continuum , nam currit de momento ad momentum , *Marant. tit. & quandoque n. 1. 3.* Quid si fuerit appellatum ultimo die feriato decem dierum , valet ne appellatio , an fieri debeat die sequenti non feriato? Caravita ad *Rit. 80.* in quo disponitur, quod si unus actus debet fieri die qui est festivus, transferri debeat ad diem sequentem juridicum, respondit quod talis appellatio non valet , & debet renovari die sequenti juridico . Sed in hac quæstione tenendum est contrarium , quod fieri possit appellatio die ultimo festivo per *text. in l. 1. §. dies ff. de appell. Moscatell. gloss. poterit n. 41.*

XV. Si appellatio proposita non fuerit intra 50. dies prosecuta, declarabitur deserta . Semper enim requiritur præambula citatio partis appellantis ad *dicendum causam quare &c.* ratione dubietatis ob impedimentum quod appellans allegare posset ex justis causis *Afflict. in Const. appellationum tempora* , quia in casu impedimenti probati , vel dubii judex judicare debet appellationem non esse desertam *l. 1. ff. si quis caution. Caravit. ad rit. 264. n. 10.* Quod secus est si fuisset simpliciter appellatum *Prag. 1. de appellat.*

XVI. Quando appellans adivit judicem ad quem , obtinuit , & præsentavit literas inhibitoriales judici a quo , sed copia processus exhibita non fuit intra quinquaginta dies , judex ad quem declarabit appellationem esse desertam . Sin autem non sit aditus judex ad quem sed tantum interposita fuit appellatio intra decem dies , & deinde decursi sunt dies 50. , tunc ipse judex a quo declarabit appellationem desertam per *text. in l. si contra & in l. præcipimus Cod. de appellat.* ratio differentiæ est , quia non exhibitis literis inhibitorialibus , manus judicis a quo non sunt ligatæ , nec ejus jurisdictio impedita , sicuti per contrarium præsentatis inhibitorialibus , manus judicis a quo sunt ligatæ , & non potest amplius procedere *Marant. ad tit. & quandoque n. 102.* , *Caravit. rit. 264. n. 3.*

XVII. In appellatione ab interlocutorio , quia considerantur duæ inhibitiones factæ Judici a quo , una scilicet temporalis , ut videre possit judex ad quem an adsit gravamen deductum , alia perpetua , quando aperto processo reperitur gravamen , ideo in literis inhibitorialibus apponitur clausula , *quod pro recognitione gravaminum in libello expositorum transmittat acta per dies* : & hæc est inhibitio temporalis . Transmissis actis , illisque per solemnem aperturam consideratis , si cognoscitur appellanti gravamen esse illatum , interponitur aliud decretum , quod *stantibus gravaminibus causa remaneat &c.* & hæc est inhibitio perpetua . Si vero nullum gravamen appellanti illatum esse cognoscitur , rescribitur judici a quo , quod suum exequatur decretum .

DI-

DISTINCTIO SECUNDA.

SUMMARIUM.

1 *Appellatio quotuplex sit, & num. seqq.*
2 *Sententia diffinitiva totam diffinit controversiam.*
3 *Effectus appellationis a sententia diffinitiva.*
4 *Attentata quæ sint.*
5 *Appellatione interposita, quæ decreta proferuntur.*
6 *Literæ, seu provisiones inhibitoriales quid requirant.*
7 *Actuarius differens acta tradere appellatoribus, an eis noceat.*
8 *Interlocutoria vim habens diffinitivæ quæ sit,*
9 *Appellatio ab interlocutoria an jure civili admittatur, & quando, de jure canonico semper admittitur, & in Regno usu recipitur, & hujusmodi appellator quid agere debeat.*
10 *Lites cum justitia, & sine gravamine dirimendæ, ac terminandæ, & appellatio sine justa causa non permittenda.*
11 *Appellatio ab interlocutoria Judicis exercitium non impedit, donec ei fuerit inhibitum a Judice provocato, & attentata post hanc appellationem quando revocentur.*
12 *Inhibitio est temporanea primum, deinde perpetua, & num. 15.*
13 *Inhibitio temporanea, qua decreti formula perficiatur, quave sint provisiones* acta, & per dies.
14 *Gravamen ex eisdem actis cognoscitur, quidve contineri debeat, ac decreti formulæ proferuntur, & n. 16.*
17 *A futuro gravamine num liceat appellare.*
18 *Appellatio ab interlocutoria sub conditione interponitur, & ad conditionis diem trahitur, fitque inhibitio Judici a quo, ac Praxis adducitur alterum inhibitionum respectu futuri gravaminis.*
19 *Praxis affertur supplicationum, quæ Spectabili D. Præsidi porriguntur ad finem confirmandi, vel revocandi decreti.*
20 *Decretorum formulæ recensentur, quibus per S. C. interlocutoriæ M. C. confirmantur vel reformantur.*
21 *Debitor veniens contra instrumentum, ad illud rescindendum termino indiget, & sententia.*
22 *In liquidatione instrumentorum plura requiruntur.*
23 *Decretum illud*, Remissa est eidem M. C. quæ provideat juxta ordinem sibi datum, *vel in S. C.* juxta formam in S. C. conclusam, *quando profertur, & num. 38. & 40.*
24 *Par in parem non habet imperium.*
25 *Formulæ decretorum, quæ per S. C. interponi solent in decretis interlocutoriis M. C. in criminalibus adducuntur, & enucleantur, cum num. seqq.*
26 *Tortura de jure communi in capitalibus criminibus adhibetur, de jure Regni in delictis pœnam ultra relegationem merentibus.*
27 *Ad inferendam torturam requiritur semiplena probatio, displosa P. Lessii opinione, & an semiplena hæc probatio in jure subsistat, affertur luculenta Cujacii auctoritas.*
28 *In criminibus difficillimæ probationis, vel atrocioribus, ad torturam inferendam, minora quam in aliis delictis indicia sufficiunt, quave illa sint remissivè.*
29 *Confessio in tormentis extorta interdum est erronea, & innocens condemnatur, ac Divi Augustini verba hac de re transcribuntur.*
30 *Torturæ inventum licet ab humana pietate sit alienum, est nihilominus necessarium.*
31 *Decretum, quo dicitur :* remissa est eidem M. C. quæ provideat, quod N. N. habilitetur, *vel* consignetur, *exponitur, & n. 35.*
32 *Supervenientia indicia quando primis conjungantur.*
33 *Decretum*, liberetur in forma, *quando proferatur.*
34 *Reus semel liberatus nequit amplius molestari, nisi novis, & urgentioribus indiciis supervenientibus.*
36 *Decretum, quod* dentur defensiones intus, *vel* extra carceres, *quando interponatur.*
37 *Reus in delictis infrà relegationem fidejussores offerens, sub ipsis relaxandus.*
39 *Exemplum servi fugitivi ob domini sævitiem affertur.*
41 *Mulier ob turpis causæ suspicionem in Monasterium detensa, viro petenti an restituenda sit.*
42 *Sententiæ peritorum si a Judice confirmentur, & ab eis non fuerit infrà legitimum tempus appellatio interposita, in rem judicatam transeunt, & quando eadem revocentur.*
43 *A decretis Decurionum, vel Syndicorum admittitur appellatio, & attentata ad pristinum revocantur.*
44 *Appellatio ab Arbitrorum laudo conceditur.*

Die &c. stante appellatione interposita in M.C. *vel dicitur* in S.C. Curia N. N. non procedat, acta transmittat, & omnia innovata ad pristinum reducat, *vel dicitur.*

Die &c. stante appellatione interposita, expediantur literæ inhibitoriales in forma.

Die &c. visa comparitione fol. . . Curie N. N. pro recognitione gravaminum in dicta comparitione expositorum transmittat acta, & per dies, *veluti* 20. *vel* 30. *e. g.* non procedat.

Die &c. stantibus gravaminibus causa remaneat, & expediantur provisiones.

Die &c. visis actis, ac partibus auditis fuit provisum, quod Curia N. N. suum exequatur decretum, in causa procedat, & justitiam faciat, literis inhibitorialibus expeditis non obstantibus.

Die &c. visa comparitione &c. fuit provisum, quod Curia, vel Regia Audientia &c. si fuerit in voto, vel decreverit Cajum e. g. esse torquendum, vel propositas nullitates non obstare, *vel aliud ordinare contra partium narrata*, acta transmittat ad M. C. *sive* ad S.C. *vel* dicta causa remaneat in M. C. *sive* in S.C.

Die &c. in Aula Domini, &c. referente D. Judice N.N. visa supplicatione fol. . . . remissa est eidem M. C.; *vel dicitur.*

Die &c. remissa est eidem M. C., quæ suspenso decreto provideat, quod infra quatuor dies e. g. audiantur partes non impedita interim solutione tertiarum, *vel dicitur*, quod respectu prætensorum infra quatuor dies audiantur partes.

Die &c. remissa est eidem M. C. quæ provideat, quod suum decretum exequatur ad faciendum depositum, *vel dicitur.*

Remissa est eidem M. C. quæ provideat, quod rectius citetur, *vel* quod ordinariè agatur, *vel* quod super scripturis noviter productis, *vel* in Aula præsentatis provideat, qua provisione facta, iterum referat.

Die &c. in Aula Domini N. A. referente D. Judice N. N. visa supplicatione fol. . . . remissa est eidem M. C. quæ provideat, quod causa expediatur citra torturam, *vel* provideat, quod habilitetur in forma, *aut dicitur*, quod consignetur tutæ personæ, *vel decernitur.*

Die &c. remissa est eidem M. C. quæ provideat quod dentur defensiones extra, *vel* intus carceres, *vel dicitur.*

Die &c. remissa est eidem M. C. quæ provideat juxta ordinem sibi datum, *vel* quod remota criminalitate agatur civiliter.

1 Quanquam tractatum sit in præcedenti distinctione de appellationum temporibus; hic tamen pro majori terminorum enucleatione operæ pretium duximus adnotare varias esse appellationum species, quæ deprehenduntur apud Bredero. *de appellat. par. 1, tit.* 8. potissimum interponitur appellatio a sententia diffinitiva, ab interlocutoria, & a sententia per eos promulgata, qui verè Judices non sunt; nimirum ab arbitris, a peritis, ac decurionibus. A sententia diffinitiva, nempe ab ea, quæ totam diffinit controver-
2 siam, appellatione interposita non solum ligantur manus Judicis a quo absque inhibitione Judicis ad quem appellatur, scilicet superioris, sed nihil valet, & irri-
3 tum redditur omne, quod actum fuerit, *cap. 1. cap. cum teneamur 17. & cap. significavit de appell.* cum nihil appellatione jam interposita innovari debeat vel a Judice, vel a parte appellata, *l. unic. D. nihil novari appellatione interposita*, toto *tit. Decr. ne lite pen-*
4 *dente nihil innov.* quicquid autem innovatur, attentatum dicitur, quod statim revocatur per Judicem appellationis, etiam si ante appellationem innovatum fuerit, *cap. non solum de appell. in 6.* appellatio enim causam ad terminos litis contestationis reducit, D. Præses

ſes de Franch. *deciſ.* 370. *num.* 17. & 19. & commu-
5 niter DD. idcirco ea interpoſita, a Judice ad quem
decreto mediante mandatur Judici a quo, quod *ſtante
appellatione interpoſita, in cauſa prædicta non procedat,
acta tranſmittat, atque omnia innovata ad priſtinum
reducat*, videlicet omnia infra decem dies geſta, at-
que poſt appellationem interpoſita; cujus decreti vi-
gore proviſiones expediuntur, vel dicitur: *ſtante ap-
pellatione interpoſita expediantur literæ inhibitoriales in
forma*, ideſt in forma ſupra enunciata, quæ oritur
ex *cap. cum ſit Romana §. ſi vero*, ex *d. cap. non ſo-
lum de appell. in* 6. & ex *l. unica D. nihil novari ap-
pellatione interpoſita*: quæ literæ, ſive proviſiones in-
6 hibitoriales de ſtylo expediuntur cum citatione parti
faciendâ, & tria continet, nempè primo præfatam ci-
tationem; ſecundo mandatum Judici a quo ne proce-
dat; tertio, ut acta tranſmittat, pro qua tranſmiſſione
d. Judex a quo mandare debet Actuario, ut illa exem-
plet, & appellanti conſignet: quod ſi talis Actuarius
7 appellanti verba dederit, & interim quinquaginta dies
effluxerint, benè poteſt appellator reſtitui, cum per
Judicem ſtetiſſe cenſeatur, quominus acta, & apoſtoli
traderentur, notat magnus ille Comes Bartolomæus
de Capua in *ſing.* 96. & 97. & conſentiunt jura in *l.
eos, qui* 6. *§. fin.* & *l. judicibus C. de appellat.* cum
igitur appellans infra quinquaginta dies per *Conſtit.
Regni Appellationum tempora* Actorum copiam præſen-
tare cogatur coram Judice ad quem, & partem citare
ad videndam illorum aperturam, ne tempus iſtud in
ſui præjudicium labatur, promptus eſſe debet ad ſol-
vendos dirictus Actuario pro tali actorum exempla-
tione ſpectantes, ac de omni alio impedimento pro-
teſtari. Nec omitto, id quoque procedere in ſenten-
tia interlocutoria, quæ vim habet diffinitivæ: dicitur
autem ſententia interlocutoria vim habens diffinitivæ,
8 quando negotium non alia ſententia determinatur, ut
in judicio reſciſſionis contractus decretum interponi
ſolitum, nempe *N. N. ſolvat tertias, alias providebi-
tur ſuper reſciſſione contractus*, quod Titium, vel Ca-
jum debitorem in ſolvendo conſtituat, & ſententia,
quæ inde naſcitur eſt in executionem prædicti decreti,
atque adeo declaratoria: quæ autem ſit interloquuto-
ria ſententia, & interloquutoria vim habens diffiniti-
væ, conſule Tuſchum *pract. concl. jur. lit. S. concl.* 111.
Gaill. *pract. obſerv. lib.* 1. *cap.* 129. *num.* 2. & 130. *n.* 6.

Appellatio ab interlocutoria jure civili non permittitur,
9 niſi tale contineat gravamen, quod per appellationem
a diffinitiva tolli, & reparari non poteſt, *l. arbitro* 9.
D. qui ſatiſd. cog. l. 2. *D. de appell. recip.* Bocer. *claſ.* 6.
diſput. 34. *th.* 19. & *ſeq.* vel vim habeat diffinitivæ,
l. intra 39. *in princ.* & *leg. ait Prætor* 7. *§.* 2. *verſ. per-
mittitur D. de minor. l. ab executione C. quorum appel.
non recip. l.* 2. *C. ut lite pend.* jure autem canonico ge-
neraliter, & indiſtinctè a quavis interlocutoria, & ab
omni gravamine, *rep. ſuper* 10. *de Appell. cap.* 1. &
cap. 3. *§. ſi verò eod. tit in* 6. *cap.* 2. *de dolo, & cont.
in* 6. Berlich. *concl. pract. concluſ.* 50. *in appel. num.* 45.
quæ diſpoſitio in Regno recepta eſt, eaque attenta,
pars appellans cauſam gravaminis in libello exprime-
re debet, ut altera pars relevetur ab onere probandi,
ſcilicet ut certior facta de prætenſo gravamine ſe de-
fendat, ut in *d. cap.* 1. *de appell. in* 6. & *clem. appel-
lanti de appellat.* & in praxi ſufficit unum gravamen
10 allegare: quæ praxis fundatur etiam in ratione; ſi-
quidem par eſt, lites cum juſtitia, & ſine gravamine,
pertranſire, nec appellatio permittenda ſine juſta cau-
11 ſa, ut defenſionem, non dilationem reſpiciat: appel-
latio tamen hæc Judicis exercitium neutiquam impe-
dit, donec inhibitum non fuerit a Judice ad quem,
per text. in *cap. audita de reſtit. ſpoliator.* unde atten-
tata ante inhibitionem non revocantur, antequam Ju-
dex appellationis cognoſcat de meritis cauſæ appella-
tionis, *cap. non ſolum*, & ibi gloſ. *de appellation. in* 6.

Hæc autem inhibitio primum eſt temporanea, deinde
12 perpetua; temporanea decreto perficitur, quod *pro re-
cognitione gravaminum in libello expoſitorum Judex a
13 quo tranſmittat acta, & per dies* e.g. 20. vel 30. *non
procedat*, vigore cujus expediuntur proviſiones, quæ
acta, & per dies nuncupantur; in qua dilatione de
14 gravamine cognoſcitur ſolum ex eiſdem actis, non
quidem ex alia probatione extrinſeca, ut in *d. clem.
appellanti de appell. c. cordi* 1. *eod. tit. in* 6. Berlich.
præcit. *concluſ.* 50. *num.* 104. ne ultra negotium produ-
catur, cum aliæ interlocutiones ante ſententiam diffi-
nitivam contingere poſſent.

Gravamen vero continere debet cauſam, quæ juſta ſit,
& quod revera præjudicium ſit illatum, per text. in
d. c. cum ſit Romana §. ſi vero, & *cap. ut debitus de
appellat.* quod ſi ſubſit, aliud interponitur decretum,
quo dicitur: *ſtantibus gravaminibus cauſa remaneat,
& expediantur proviſiones N. N.* ideſt Judici a quo,
quod in cauſa prædicta amplius non procedat, ut *in d.
c. ut debitus de appell.* ac proinde in perpetuum eva-
15 dit; hinc benè Practici dicunt, in appellatione ab
interlocutoria duas conſiderari inhibitiones, tempora-
neam unam, quæ ante gravaminis cognitionem exple-
tur, perpetuam alteram, gravamine jam perſpecto.

Sin autem gravamen non adſit, tunc interponitur decre-
16 tum, nempe, quod *reſcribatur Judici a quo, quod
exequatur decretum, in cauſa procedat, & juſtitiam fa-
ciat literis inhibitorialibus expeditis non obſtantibus*, ut
ex *d. cap. ut debitus*, quoties agitur de Curiarum Re-
gni decretis, prout alibi diximus.

A futuro vero gravamine appellare non licet (niſi tan-
17 tum de jure canonico *c.* 2. *extr. de conjug. ſervor. c.
cum dilecti extr. de dolo, & contum.*) ſed Judicis ver-
bum eſt expectandum, alias ordo perverteretur, &
cauſatum cauſam præcederet, ut in *c. debitus*, & *c.
rum ceſſante de appell. l. ante ſententiam C. quorum ap-
pellat. non recip.* & *l.* 2. *C. de Epiſcopali audientia*.
Item quoties fuerit appellatio ab interlocutoria, ſub
18 conditione interpoſita, ſi futurum gravamen ſit veri-
ſimile, admittitur, & ad conditionis diem trahitur,
ſecundum Decium in *c. dilecta n.* 7. *de appellat.* alioſ-
que DD. hinc praxis inolevit, proviſionem expediri
Judici a quo quod ſi *fuerit in voto, vel decreverit, Ca-
jum e.g. eſſe torquendum, vel nullitates propoſitas non
obſtare*, ſive aliud præcipere contra partium narrata,
acta traſmittat.

Quæ praxis procedit in decretis, quorum juſtitia revi-
detur a Regiis Audientiis reſpectu Judicum inferio-
rum, vel a M. C. tum in civilibus, tum in crimi-
nalibus reſpectu quarumvis Curiarum Regni. Eædem
inhibitiones fieri quoque ſolent a Regio Collaterali
Conſilio in cauſis, in quibus Regiæ Audientiæ, &
M. C. procedunt uti Principis delegatæ; atque etiam
a Spectabili D. Præſide fiunt M. C. Criminali in cau-
ſis, in quibus ipſa non procedit uti delegata: quoad
vero interlocutiones ejuſdem M. C. praxis ſervat, ut
19 Pars, quæ ſenſerit ſe gravatam, ſupplicationem por-
rigat Spectabili D. Præſidi facti ſeriem enarrando,
cum explicatione decreti, & gravaminis, ut obtineat
Regiam decretationem, quod *M. C. verbum faciat in
S. C.* pro revocatione decreti, prout ita a D. Præſi-
de decernitur: imo ut plurimum etiam a parte victri-
ce hæc porrigitur ſupplicatio ad finem confirmandi de-
creti, cauſa evitandi dilationem partis adverſæ, facta-
que relatione a Judice Commiſſario, ſi per S. C. ſim-
20 pliciter decretum confirmetur, decernitur: *Die &c. in
Aula Domini &c.* ſcilicet ejus, qui eſt Aulæ Præ-
fectus, *referente D. Judice N. N. viſa ſupplicatione
fol.... remiſſa eſt eidem M. C.* vel dicitur, *remiſſa eſt
eidem M. C., quæ provideat, quod infra quatuor dies
audiantur partes, non impedita interim ſolutione tertia-
rum*, ut quando debitor veniret contra inſtrumentum;
21 ad illud enim reſcidendum termino indiget, & ſen-
tentia, & creditor in poſſeſſione exigendi perdurat,
ſi fortaſſis M. C. decreverit, quod ſolvat, termino
non impartito, dicitur, *quæ provideat, ut reſpectu præ-
tenſorum infra quatuor dies audiantur partes*, vel quan-
do terminum ſummarium dedit, & ordinarium impar-
tiendum erat, eadem formula adhibetur, vel dicitur:
*remiſſa eſt eidem M. C. quæ provideat, quod ſuum exe-
quatur decretum ad faciendum depoſitum*, ut quia decre-
vit, quod quis ſolvat creditum, viam non habens exe-
cutivam; de ipſo tamen conſtat quaſi per indubitabi-
lem probationem, nempe per partitam Banci, maxime
ſi creditor, & debitor ſint mercatores, vel dicitur:
*remiſſa eſt eidem M. C. quæ provideat, quod rens re-
22 ctius citetur, vel quod ordinarie agatur*, quæ decreta
in liquidationibus inſtrumentorum interponi ſolent;
primum ſi debitor citatus fuerit pro ſumma non vere
debita, vel quia non fuerint obſervata ea, quæ in
citatione requiruntur; ſecundum, quando inſtrumentum
non eſt vere liquidum, ſed pactionatum pacto, & con-
ditione, quæ alia indiget probatione, ut late diximus
in decretis liquidationis inſtrumentorum *t.* 14.

Vel dicitur: *remiſſa eſt eidem M. C. quæ ſuper ſcripturis
noviter*

novites productis, vel *in Aula præsentatis provideat*,
qua provisione facta, *iterum referri*, & hoc decretum
est de stylo, ut partibus per idem S. C. consulatur
absque alia supplicatione.
Vel dicitur: *remissa est eidem M. C. quæ provideat juxta*
23 *ordinem sibi datum*, quod interponi solet in re du-
bia, quæ ex aliquo facto per Dominum Commissarium
investigare, ac perquiri potest, puta in accessu ordi-
nato, vel alia quadam conditione, & eventu, idque
prudentiæ D. Commissarii committitur, & in S. C. di-
cimus in re hujusmodi: *juxta formam in S. C. conclusam*,
non vero, *juxta ordinem sibi datum*, quia par in pa-
24 rem non habet imperium, *l. 3. in fin. & l. ma-
gistratus D. de recept. &c.* complura tradere possem
exempla, sed hæc satis pro regula; formula igitur sæ-
pe memorata, scilicet *remissa est*, exinde usurpatur,
quod M. C. per illam Regiam decretationem *de v. s.*
suam jurisdictionem non amittit, nec eadem privatur
in posterum procedendi, facto jam verbo in S. C:
In re autem criminali si decretum M. C. revocari opor-
25 teat, moderari, aut reformari, aut aliter fieri, sequen-
tia decreta locum habent, quæ interponi solent juxta
casuum circumstantias, interdum una, interdum altera
formula adhibita, nimirum dicitur: *die &c. in Aula
D. Consiliarii N. N. qui est Præfectus*, *referente D.
Judice N. N. visa supplicatione fol.* ... in qua adest
regia decretatio, quod verbum faciat de gravamine il-
lato, vel fortassis inferendo, *remissa est eidem M. C.
quæ provideat &c. e. g. quod remota criminalitate aga-
tur civiliter*: nempe Cajus de stellionatus crimine,
vulgo *truffa* querelatus, & citatus comparet, ostendit-
que agi de interesse tantum civili, vel *remissa est eidem
M. C. quæ provideat, quod non procedatur, & quod
tollatur mandatum*, scilicet quia factum dubium Cajus
aperit, ut ita ejus innocentia appareat, ad quam osten-
dendam scripturas præsentavit.
Vel dicitur: *remissa est eidem M. C. quæ provideat, quod
causa expediatur citra torturam*, aut quia crimen capi-
26 tale non est, in quo tantum tortura adhibetur, ut
in *l. edictum de quæst.* & post antiquiores notant R.
P. Less. *de just. & jure lib. 2. tit. de Judice dub. 17.
v. notandum*, D. Cardinalem de Lugo *de justit. & ju-
re disp. 37. de oblig. justit. spectant. &c. sect. 13. num.*
157. R. Giballin. *de universa rerum human. negotiat.
tom. 2. lib. 6. art. 6. de officio, & unctione Judicis n.*
10. & in Regno cum agitur de criminibus pœnam ul-
tra relegationem merentibus, *cap. Regni* incip. *Si ju-
ste, cap. tormenta*, & in *cap. ne delator*, testanturque
DD. Regentes Tapia in *dictis capit* Reverter. *dec.*
400. Prat. *respons. 1. num. 36.* ac ceteri regnicolæ;
alioquin reo non convicto pœna gravior imponeretur,
27 quam si convictus esset; aut quia probatio deest, nem-
pe semiplena, quam constituunt vel testis de visu,
dummodo exceptionem non patiatur, vel urgentia in-
dicia: & quod semiplena probatio sit necessaria, tenet
P. Sanchez *lib. 6. Consil. cap. 3. dub. 25.* Fagundez
in 8. præcepta decalogi cap. 25. n. 11, 12. & 13., D.
Cardinal. de Lugo *d. sect. 13. n. 154.* rejecto P. Les-
sio *de justit. & jure lib. 2. cap. 29. dub. 17. n. 156.*
affirmante, minora sufficere indicia, quam semiplenam
probationem, cum exempla per eum producta semi-
plenam certe conficiant probationem: quamquam Cu-
jacio semiplena hæc probatio non arrideat; quinimo
arbitratur mirifice falli auctores illos, qui putant, te-
stem unum, per se solum sufficere ad torquendum
reum, ac testem unum semiplenam esse probatio-
nem, ut belle ratiocinatur in *comment. ad tit. 8. 9. li-
bri Cod. ad l. Jul. Majest.* Adde Antonium Matthæum
de criminibus tit. de probat. 1. 1. num. 5.
Porro in criminibus difficillimæ probationis, vel atro-
28 cioribus minora sufficere indicia non negaverim, dum-
modo urgentia sint, quorum plurima enumerat idem
D. Cardinalis de Lugo *loco cit.* ac nonnulla notavi in
praxi criminali cap. 8.
Quæ autem in hac materia torturæ bene consideravit D.
Augustinus *de civitate Dei lib. 19. cap. 6. de errore
humanorum judiciorum, cum veritas latet*, hic adnotare
non piguit: quandoquidem de rei confessione in tor-
29 mento extorta, quæ aliquando non vera, sed erro-
nea reperitur, & innocens condemnatur errore huma-
norum judiciorum, hæc inquit: *cum quæritur utrum
sit nocens, cruciatur, & innocens luit pro incerto scelere
certissimas pœnas: non quia illud commisisse detegitur,
sed quia non commisisse nescitur, ac per hoc ignorantia
Judicis est sæpe calamitas innocentis, & quod est into-
lerabilius, magisque plangendum, rigandumque, si fieri
posset fontibus lacrymarum, cum propterea Judex torqueat
accusatum, ne occidat, nesciens innocentem, fit per
ignorantiæ miseriam, ut tortum, & innocentem occidat,
quem, ne occideret, torserat: quo damnato, & occiso,
utrum nocentem, an innocentem Judex occiderit, adhuc
nescit, quem ne innocentem nesciens occideret, torsit:
ac per hoc innocentem, & ut sciret, torsit, & dum ne-
sciret, occidit*: hinc etiam Ludovicus Vives *num. 13.*
30 in hunc Divi Augustini locum subdit, torturæ inven-
tum a pietate humana esse alienum, at nihilominus
esse necessarium, & idem Augustinus affirmavit, ibi:
*in his tenebris vitæ socialis sedebit ille Judex sapiens,
an non sedebit? sedebit plane; constringit enim eum,
& ad hoc officium protrahit humana societas; non enim
hoc facit sapiens Judex nocendi voluntate, sed necessitate
sciendi, & quia cogit humana societas necessitate etiam
judicandi*: necessarium quippe fuit; alioquin improbi
impune peccarent magno Reip. damno.
Vel dicitur: *remissa est eidem M. C. quæ provideat, quod*
31 *N. N. habilitetur in forma*, aut dicitur, *quod consigne-
tur tuta persona*, ut quia appellatur a futuro torturæ
gravamine, & obtinetur a D. Præs. regia decretatio,
quod *M. C. verbum faciat in S. C.* dicitur, *habilitetur*,
idest excarceretur, præstitis fidejussoribus de ipso præ-
sentando, si nova supervenerint indicia, & interpo-
nitur decretum, quoties indicia ad torturam non sunt
sufficientia, & defensionibus non impartitis, ut præ-
dicta indicia non elidantur per defensiones: neque fi-
sco præjudicium infertur, cum supervenientia alia in-
32 dicia primis conjungantur. Interponitur itaque decre-
tum reo interrogato, absque tamen monitu; post ve-
33 ro defensiones dicitur, *liberetur in forma*, idest ut ne-
queat semel liberatus amplius molestari, nisi novis
supervenientibus indiciis, quæ primis non junguntur,
quod amplius in suo robore non manent; ideoque
34 vehementiora primis esse debent, ut latius videre est
in *cap. 7. meæ praxeos criminalis*.
Decretum vero: *consignetur tuta persona*, interponitur,
35 quando levia existunt indicia, tamen facile alia ven-
tura est probatio, & hoc casu persona, cui consigna-
tur inquisitus, eundem requirente fisco, exhibere te-
netur; & proprie si de aliquo crimine plures inqui-
rantur, cum facile ob eorum carcerationem possint
alia supervenire indicia.
Vel dicitur: *Remissa est eidem M. C. quæ provideat, quod*
36 *dentur defensiones extra carceres*, si reus in carcerem
reperiatur detrusus, vel *intus carceres*, si forsan repe-
riatur cum mandato, vel fidejussoribus relaxatus; quæ
decretorum formulæ regulantur a criminis pœna; ete-
nim si crimen mereatur pœnam ultra relegationem,
quatenus probaretur, reo defensiones intus impartiun-
tur, quod si reus ipse fortassis cum mandato, aut cau-
tione detineatur, & criminis pœna relegationem ex-
cedat, defensiones intus pariter impartiuntur: si vero
intra relegationem inclusive, defensiones extra cum
cautione, aut mandato; quia reus in delictis infra re-
legationem fidejussores offerens sub ipsis relaxandus est:
37 quæ praxis descendit ex *Regni cap.* incip. *ab illo la-
tronantium*, ex *Rit. M. C.* 414 *Pragm. 6. §. 5. & §.
6. de officio Magistri Justitiarii*, & *Pragm. 7. de Me-
retricibus*, approbata a nostris Regnicolis, uti fatentur
Bartolomæus de Capua in *dicto c. in versic. fuit in-
quisitus*, ubi inquit: *nota quod constito de crimine, ex
quo imponitur postea pœna relegationis, & infra, accu-
satus non potest incarcerari*, Lucas de Penna in *eod.
cap.* Consiliar. Petra *Rit.* 40. & confert text. in *c.
si clericos*, & ibi *glo. de sententia excommunic. in 6.*
Vel dicitur: *remissa est eidem M. C. quæ suspenso decreto*
38 *provideat, quod N. N. servus consignetur juxta ordinem
sibi datum*; detinebatur enim servus in carcere M. C.
pro fuga a domo domini, de qua interrogatus fuit
39 cum monitu, & è contrario constabat de ipsius heri
sævitie, quod eum immoderate castigaret, etiam ignes
adhibendo, videlicet laridi stillas: audita relatione
M. C. fuit dictum, quod *consignetur juxta ordinem sibi
datum*, idest non domino, sed alicui personæ, cui
pro alimentis Dominus solveret quotidie carolenum
unum, & amplius fuit vetita illius venditio regiis tri-
remibus, ne immanitate domini servus perpetuo affli-
geretur, qua de re vide text. in *l. 1. C. de emendat.
servor. §. sed & major Instit. de his, qui sui, vel
alieni jur. sunt*,

Vel dicitur: *remissa est eidem M. C. qua provideat juxta*
40 *ordinem sibi datum*, puta si quædam diligentia sit explenda, quam partibus manifestari non debeat, nimirum captura; vel ut carceratus sub fidejussoribus relaxetur, quemadmodum accidit in causa nuper in S. C. relata, videlicet. Quidam juvenis de Civitate Cameriní volebat cum sua uxore sese in patriam recipere; siquidem, ut ajebat in supplicatione, ibi Patrem tenem, & nonnulla stabilia habebat, & quod a Socero contendebatur discessus, & retinebatur filia in propria domo; fuit interlocutum, quod M. C. primo exploraret puellæ voluntatem, & a concivibus præfati juvenis in hac Civitate commorantibus se informaret de expositis in supplicatione, atque investigaret, ad evitandum omnem scrupulum, de honestate puellæ, & qualitate viri, & super asportatione provideret, & ita fuit ordinatum sub enunciata forma: hinc adverte, quod si ex aliqua turpi causa, aut turpis causæ suspicione
41 mulier in Monasterium detrudatur, volente deinde viro, ut ea domum repeteret, non facile id permittendum; sed plane viri conditio, & animus inspiciendus, ac mulierem in Monasterio temporis intervallo evasisse morigeratam investigetur, oportet, unde fidejussionem tutam esse non hesitemus.

Quoad vero sententias, quæ a Peritis proferuntur, nulli
42 dubium est ab eis appellationem interponi, Afflict. *dec.* 188. *n.* 4. Corn. Brederod. in *tract. de appell. p.* 1. *tit.* 15. *vers. a peritis*, sin autem illæ fuerint confirmatæ a Judice, & infra decem dies ab eis non fuerit appellatum, in rem judicatam transeunt, Cæsar. Ursill. in *annot. ad decis. Afflict.* 33. *in fin.* Andreol. *controv.* 128. *n.* 4. Maranta in *praxi p.* 6. *vers. & quandoque appellatur num.* 115. imo quamvis a Judice fuerint confirmatæ, & appellationis interponendæ tempus effluxerit, adhuc permittitur contradictio per viam recursus ad eundem Judicem, sicubi Peritorum iniquitas ostendatur, ex Glos. in *c. ad reprimendam de offic. Judic. ordin. ver. suspendatur in fin.* Gratian. *discept. forens. cap.* 263. *num.* 17. & 18. Quod si Judicis approbatio nequaquam fuerit subsecuta, nunquam transeunt in rem judicatam, idem Afflict. *decis.* 35. *n.* 6. ibique Ursill. *loco cit.* Sperell. *dec.* 54. *num.* 40. hæ autem revocantur facilius Peritioribus adhibitis, cum revisio competat usque ad annos triginta, D. Altimar. *de nullit. sentent. rubr.* 5. *qu.* 18. *num.* 19. ad rem consule Thesaur. *dec.* 25.

Item a decretis Decurionum, vel Syndicorum, quæ jus
43 tribuunt, admittitur quoque appellatio, ut in *l.* 2. *C. de decurionib. lib.* 10. & attentata post appellationem
44 ad pristinum revocantur. A laudo per Arbitros promulgato itidem admittitur appellatio, quæ interponenda est coram Judice loci, qui etiam de nullitate cognoscit, ut innuimus in *c. part. tit. de decretis in judicior. ordin. interponi solitis cap.* 4. *n.* 41. & *seqq.* & sic explicata remanent decreta superioris Rubricæ tum in civilibus, tum in criminalibus causis, & alia, quæ ad eorum normam, paucissimis verbis immutatis, adduximus.

LEONARDI RICCII

IN DISTINCTIONEM II.

De Variis Appellationum speciebus.

SUMMARIUM.

1 *Appellatio multiplex est, & prima species est respectu personarum. Nam alii sunt Judices de Tribunali Collegiato, quod subest alii Tribunali, ut R. A., M. C. V. &c.*
Alii sunt Collegiati, sed superiorem non cognoscunt, ut S. R. C. Reg. Cam. Summ., & Coll. Conf., in quibus non appellatur, sed reclamatur.
Alii sunt Judices non Collegiati, ut sunt Curia Regia, Baronales; alii sunt Judices Delegati, & appellatur ad Delegantem.
Alii non sunt Ordinarii, neque delegati, ut sunt arte Periti, vel Arbitri.
2 *Appellationis secunda species est respectu qualitatis decretorum.*
3 *Appellationis tertia species est respectu quantitatis parvæ, in qua fit appellatio reassumptis actis.*

1 **A**Ppellatio multiplex est.
Prima species appellationis respectu personarum est, quando de Tribunali Collegiato, quod alii Tribunali subest, ut Regiæ Audientæ Provinciales, a quibus appellatur ad M. C. & a M. C. appellatur ad Sacrum Regium Consilium.

Alii sunt Judices Collegiati, qui superiorem non cognoscunt, ideo non fit appellatio, sed reclamatio, nam reclamatur ad idem Tribunal, ut est S. R. C., R. C. Summariæ, & Collaterale Consilium.

Alii sunt Judices ordinarii simplices non Collegiati, ut sunt omnes Curiæ inferiores, tum Regiæ, quam Baronales, a quibus appellatur ad audientiam secundarum causarum, & sunt aliquæ Curiæ, quæ habent Judicem tertiarum causarum, ad quas gradatim appellari debet, non omisso medio.

Alii non sunt Judices Ordinarii, sed delegati, & appellatio fit ad delegantem, quod declarabitur, ut infra.

Alii non sunt Judices Ordinarii, neque delegati, ut sunt arte periti, vel arbitri, a quibus appellatur ad eundem Judicem causæ.

Differentia hujus primæ speciei appellationis infra declarabitur.

2 Secunda species appellationis est respectu qualitatis decretorum.

Nam si appellatur a decreto diffinitivo dicitur appellatio in forma; si appellatur a decreto interlocutorio, dicitur acta, & per dies, cui differentiæ inferius.

3 Tertia species appellationis est respectu quantitatis.
Nam si appellatur infra summam unciarum duarum, hoc est infra summam duodecim ducatorum non fit appellatio in forma a decreto diffinitivo, sed fit appellatio reassumptis actis, cujus differentias, etiam inferius habebis.

SUBDISTINCTIO I.

De prima specie appellationum qualitatis personarum.

SUMMARIUM.

1 *A Curia Baronali ad quem appellatur.*
2 *Appellatio omissa medio quando admittatur.*
3 *Appellans potest supplicare Baronem, ut destinet alium Judicem appellationis, quando Judex est impeditus.*
4 *Baro petit remissionem a M. C., & cum qua clausula remitti solet.*
5 *A Curiis Regiis ad quem appellatur.*
6 *Appellatio omissa medio admittitur.*
7 *A M. C. appellatur ad S. C.*
8 *A Regia Dohanella Menapecudum Aprutii appellatur ad Regiam Dohanam Apuliæ.*
9 *A Dohana Apuliæ, sive Fogia appellatur ad Regiam Cameram Summariæ.*
10 *A Dohanerio Neapolitano cognoscente directus, qui spectant ad Regiam Dohanam, appellatur ad Regiam Cameram.*
11 *A Tribunali Consulum Nationum appellatur ad S. C.*
12 *A Curiis Nundinarum appellatur ad Regios Superiores. Nisi in privilegio fuit concessum aliter.*
13 *A Catapanis non appellatur ad Officialem Baronum, sed ad Regia Tribunalia.*
14 *A Rationalibus Universitatis appellatur ad Regiam Cameram; & qui stylus sit hodie, declaratur.*
15 *A Syndicatoribus Officialium non appellatur ad Officiales Baronum, sed ad M. C. tantum, exceptis a decretis interlocutoriis appellatur ad Regiam Audientiam.*
16 *A Curia Bajulari appellatur ad Capitaneum Baronis, licet Baro non habeat secundas causas, & quando habet secundas causas, quomodo practicatur, & in aliquibus locis appellatur ad Regiam Audientiam, & alias.*
17 *A sententia Bajuli in hac Civitate Neapol. ad quem appellatur.*
18 *A Tribunali Curiæ Sicbla appellatur ad Sac. Cons.*
19 *A Portulano appellatur ad Reg. Cam.*
20 *A Curia Artis Setici appellatur ad M. C. Vic.*
21 *A Magno Admirata appellatur ad S. R. C.*
22 *A Prothomedico appellatur ad S. C.*
23 *Ab Auditore Hispanorum appellatur ad Auditorem Generalem.*
24 *Ab Auditore Generali ad quem appellatur?*
25 *A Tribunali Triremium ad quem appellatur?*

26 *Ab*

26 *Ab Auditoribus Regiorum Castrorum appellatur ad Generalem Auditorem, excepto Castro Novo.*
27 *A Tribunali cognoscente homines Regalis equitii appellatur ad Reg. Cam.*
28 *A Collegio Neapolitano appellatur ad Sac. Cons.*
29 *A Tribunali Arsenalis, ubi solet praeesse Praeses Regiae Camerae appellatur ad Regiam Cameram.*
30 *A Consultore in causis Syndicatus in Civitate Neap. ad quem appellatur;*
31 *A Tribunali computorum Mattonata, Aqua &c. appellatur ad S. C.*
32 *A Tribunali Reverendi Cappellani Majoris ad quem appellatur?*
33 *A Tribunali Neap. cognoscente vendentes contra Assisam appellatur ad Grasserium.*
34 *A Jurisdictione Gabellae Ludi appellatur ad Regiam Cameram.*

1 IN hoc Regno a Curia Baronali appellatur, & dicitur de nullitate ad Judicem secundarum causarum ejusdem Baronis, & a Judice secundarum ad Judicem tertiarum causarum, prout habet Dominus Princeps Bisiniani, Dominus Dux Sancti Angeli Fasanellae, & aliqui alii.

2 Nec potest ad superiorem appellari omisso Judice secundarum causarum; nisi casu quo Judex sit impeditus per absentiam, vel aliud impedimentum, & vide inferius.

3 Et appellans potest supplicare Baronem, ut in locum Judicis impediti destinet alium Judicem secundarum, vel tertiarum causarum *Altim. rub. 3. qu. 31. n. 1. fol. 118., & Maranta parte 6. actu 2. nu. 379., & Scialoja de foro competenti cap. 51. n. 10. & 16.*

4 Si Baro ad secundas causas petit remissionem a Magna Curia Vicariae pro causa Vassalli, in dicta Magna Curia introducta, remitti solet cum clausula, ut eligat Judicem in Civitate, juxta *dec. 90. Capyc. Latro, & ibi Gizzius*, & a decreto dicti Judicis in Civitate electi debet appellari ad Judicem secundarum causarum etiam eligendum per ipsum Baronem, *Altimarus loco cit. 245. Scialoja cap. 51. num. 24. & Thoro to. 3. part. 3. verb. remissio in compen.*

5 In Terris demanialibus, sive Regiis appellatur ad Regias Audientias provinciales, *Altimar. ubi supra num. 20. per pragm. 7. de S. C. Scialoja loc. cit., Anna sing. 82. Novarius tom. 1. electionis fori sect. 1. par. 1. n. 8.*

Vel potest appellari ad Magnam C. Vic. per ritum M. C. V. 52., & 62. ubi *Caravit. & Petra, per pragm. de offic. S. C.*

In qua *Pragm. 4.* confirmatur *Prag. 3. §. 2. & 3. de offic. S. R. C.*, quae mandat, ut in civilibus non excedentibus uncias 25. non appellatur ad Sacr. Reg. Cons., sed ad M. C. V.

Hodie tamen contrarium practicatur in Civilibus, in quibus a Curiis inferioribus, omissa M. C. appellatur ad S. R. C.: Secus in causis Criminalibus, *Altim. dict. qu. 31. rub. 3. num. 6. fol. 118. & Rovit. in dict. prag. 3. num. 5. de offic. S. R. C., Motil. fol. 959. de appel. num. 12.*

Et a Curiis inferioribus appellatur ad M. C. V. etiam omisso medio testatur *Petr. rit. 52. & 62.*

6 Et Fiscus Regiae Audientiae recurrere debet ad M. C. V. *Prag. 10. §. 40. de offic. Jud.*

7 A M. C. Vic. appellari debet ad Sacrum Consilium, & non ad aliud Tribunal, *dict. pragm. 3. §. 2. de officio S. R. C. & Pragm. 2. de relatione causarum.*

8 A Regia Dohanella Menaepecudum Aprutii, quae residet in Civitate Aquilae appellatur ad ipsam Regiam Dohanam Apuliae, quae resider in Terra Fogiae, *Altimar. d. qu. 33. rubr. 3. num. 17. & Scialoja de foro competenti cap. 2.* quibus adde, quae ego ipse dixi in tertio tomo meae praxis Judicii ordinarii *cap. 3. 2. partis n. 50.*

9 Et à Dohana Terrae Fogiae appellatur ad Regiam Cameram per *Prag. 61. §. 4. de officio Proc. Caesaris, Altimar., & alii, ut supra loc. cit.*

10 A decretis Dohanerii cognoscentis fraudes tam dirictus, qui spectant ad Regiam Duhanam, quam circa materiam salis, sed civiliter tantum appellatur ad Regiam Cameram Summariae *dict. Altim. loc. cit. n. 18. ex Tusson. de Antefata vers. 3. observ. 30. n. 322.*

11 A Tribunali Consulum nationum Catalanorum, Januensium, Florentinorum, Rauseorum, & aliorum, cognoscente negotia civilia mercaturarum cum consilio unius Doctoris appellatur ad S. C. *Altimar. ubi supra n. 21. ex Franch. dec. 723.*

12 A Curiis Nundinarum, quae concessae sunt a Rege, non appellatur ad Judicem secundarum Baronis, sed ad Regios superiores.

Secus si Privilegium nundinarum a Barone fuit cum assensu Regio concessum, tunc non appellatur ad Regia Tribunalia, sed ad Judicem appellationis Baronis, *Altim. loc. cit. nu. 24. ex Capiblanc. tom. 2. cap. 29. Novar. de gravaminibus vassallorum gravamine 58. tom. 2. Scialoja de foro competenti cap. 21. num. 11.*

13 A Catapanis non appellatur ad Officiales Baronis, sed ad Regia Tribunalia. *Altimar. loc. cit. num. 26. ex Franch. & de Luca ibid. decis. 511. Capiblancus prag. 5. n. 180. & prag. 8. p. 1. n. 587.*

14 A Rationalibus Universitatis non appellatur ad Officialem Baronis, sed ad Regiam Cameram Summariae *sup. prag. 4. de officia Procur. Caes.* reprobata *pragm. 46.* mandante, quod appelletur ad Regiam Audientiam *Altim. ubi sup. num. 17. & 18. ex Muscatello par. 2. Glos. tenebitur num. 24. Rovit. d. pragm. 46.* & aliis.

Hodie ex stylo dictae Regiae Camerae, computa Universitatis prius terminanda sunt a Rationalibus, secundo a Gubernatoribus locorum, tertio, & ultimo ad instantiam gravati revideantur significatoriae in Regia Camera, ut Ego dixi in 2. *tom. meae prax. tit. 5. cap. 1. de significator. num. 22. fol. 283. 287. & 288. & dixi in prax. Univ. cap. 28. n. 17. fol. 159.*

15 A Syndicatoribus non appellatur ad Officiales Baronis, sed ad Regias Audientias, vel ad M. C. V, *Carraba de syndic.* & ego ipse ibi per *prag. 5. de syndicatu Officialium, Mastrill. dec. 18. num. 127.* & alii Allegati per *Altim. d. qu. 31. rubr. 3. n. 29.*

Sed ab interlocutoriis Syndicatus Auditorum Provincialium appellatur ad easdem Regias Audientias, secus a diffinitivis, a quibus appellatur ad M. C. V. tantum, *Altim. loc. cit. num. 30. per Prag. 10. §. 43. de offic. Jud.*

16 A Curia Bajulari appellatur ad Capitaneum Baronis, licet Baro non habeat secundas causas.

Et si Baro habet secundas causas, a Bajulo appellatur ad Capitaneum, & a Capitaneo appellatur ad Judicem secundarum causarum ipsius Baronis *Altim. loco citato rub. 3. qu. 31. num. 32. per constitut. Regni*, quae incipit *periculosa, & decis. Franch. 111. & resol. 39. de Marin. lib. 2. & resol. 115. lib. 1. num. 11. Novar. gravam. 89. lib. 2. ex dispositione Regis Gulielmi*, ne vassalli pro caussis minimis in alio territorio defatigentur.

Sed in Civitate Campaneae a Curia Bajulari appellatur ad Regiam Audientiam Salerni.

Et in Terra Cotroni, quia causae bajulationis dictae Terrae spectant ab Abbatem, & Vicarius Abbatis delegat, sive destinat Judicem Bajulationis, appellatio non fit ad Curiam Baronalem, sed fit ad Vicarium Delegantem; qui Vicarius etiam delegat, & destinat Judicem dictae appellationis.

17 Et in hac Civitate Neapolis a sententia Bajuli appellatur ad magistros Rationales Regiae Siclae, & ab illis ad Regiam Cameram, *Altim. loco cit. 32. qu. 31. ex Afflict. in Constit.* quae incipit: *magnae Curiae nostrae Past n. 6. Tappon. de antefat. versic. 3. observ. 3. n. 295.*

Sed hodie servatur in praxi, quod a Curia Siclae appellatur ad S. C.

18 A Tribunali Curiae Siclae cognoscente circa pondera, & mensuras etiam appellatur ad Sacr. Consilium *Altimar. loco cit. rub. 70. & num. 33. ex Tappon. de antefata versic. 3. obs. 3. n. 297.* sed hodie servatur, quod a Curia Bajulari appellatur ad S. C.

19 A Portulano non appellatur ad Judicem secundarum causarum Baronis, sed ad Portulanum Provincialem, vel ad Regiam Cameram Summariae; *de Marin. resol. 39. lib. 1. Altim. rub. 3. n. 34.*

20 A sententia Curiae artis Serici privative appellatur ad M. C. V. in criminalibus, sed in causis civilibus ad Sacr. Cons. ex *Riccio Scial.* & aliis concludunt *Dom. Morad. in singul. ad pragm. 14. de offic. Proc. Caesaris, & Tappon. de antef. vers. 3. observ. 3. num. 303. Coisp. cap. 5. de jurisd. ann. sentent. & long. num. 26.* & id servatur in sententiis, & viris artis Sericae, *DD. ubi supra.*

21 A magno Admirato non appellatur ad M. C. V. sed ad S. R. C. *Altim. loco cit. num. 36. ex Carleval. disp. 2. qu. 6. sect. 8. n. 688. Gizzarell. dec. 73. in*

princ. Sanfelic. dec. 419. *n.* 25. & alii.

22 A Protbomedico cognnſcente contra obſtetrices, Aromatarios, & alios ſubditos, & contra medentes abſque privilegio appellatur ad Sacr. Conſilium *Altim. loco cit. num.* 37. *ex Taſſon. dicta obſerv.* 3. *verſ.* 3. *n.* 344.

23 Ab Auditore tertii Hiſpanorum cognoſcente de civilibus, & criminalibus inter Hiſpanus tertii Reſidentis Neapoli appellatur ad Auditorem Generalem *Altim. loco cit. n.* 38. *ex Taſſon. d. obſerv.* 3. *n.* 370.

24 Ab Auditore Generali cognoſcente milites Hiſpanos, & Italos, & quinquaginta continuos regia auctoritate ſignatos, & omnes de Palatio Proregis, appellatur ad Dominum Proregem, qui committit cauſas alicui Miniſtro, vel mandat fieri per Auditorem relationem in Collaterali Conſilio *Regens Conſtantius in l. unic. C. de Claſſiis*, *n.* 35.

25 A Tribunali Triremium cognoſcente ſubditos illius exercitii juxta *l. magiſterio C. de juriſdictione omnium Judicum*, *Franchis deciſ.* 88. *de Ponte deciſ.* 16. appellatur ad Dominum Proregem, qui committit diverſis Miniſtris, & Collaterali Conſilio *Altimarus loco cit. n.* 40. *ex Taſſon. obſerv.* 2. *u.* 3. *n.* 347.

26 Ab Auditoribus realium caſtrorum hujus Civitatis appellatur ad Generalem Auditorem Exercitus *prag.* 10. §. 12. *de militibus Scial. de foro competenti cap.* 19. *n.* 39. *Taſſon. obſerv.* 3. *n.* 373.

Excepto Caſtro novo hujus Civitatis Neapolis, qui habet privilegium, ut appelletur ad Proregem, & exceptis aliis Caſtellanis idem privilegium forſan habentibus *Altim. loco cit. n.* 41. *&* 42.

27 A Tribunali Cavallaritiæ cognoſcente Officiales regalis equitatus tam Neapoli, & in Apulia, quam in Mazzono appellatur ad Regiam Cameram *Altimarus loco cit. n.* 43. *ex Taſſon. obſerv.* 3. *n.* 379.

28 A Collegio Neapolitano appellatur ad Sac. Conſilium *Altim. loco cit. n.* 46. *fol.* 221. *ex Taſſon. obſerv.* 3. *verſ.* 3. *n.* 254. *in fin.*

29 A Tribunali Arſenalis cognoſcente exercentes artes in dicto Arſenali, ubi ſolet eſſe aliquis Præſes Reg. Cam. appellatur ad Reg. Cameram *Altimar.*, *& Taſſon.* ubi ſupra.

30 A Conſultore hujus Civitatis Neapolis in cauſis Syndicatus Regentis, & Judicum M. C. V. & aliorum officialium, qui Conſultor eligitur ab electis dictæ Civitatis, appellatur ad Sacrum Conſilium, & a Præſidente providetur, quod fiat relatio in dicto Sacro Conſilio, ubi Conſultor relationem facit cooperto capite, *Altimarus*, *& Taſſon. loco cit.*

31 A Tribunali computorum, ſeu mattonatæ, aquæ, ac fortificationis hujus Civitatis Neapolis appellatur ad S. C. *Altim. & Taſſon. ubi ſupra.*

32 A Tribunali Reverendi Cappellani majoris procedentis cum voto Conſultoris a Domino Prorege deſtinati habentis juriſdictionem in prima, & ſecunda inſtantia ſuper ſtudiis, Bidellis, & ſcholaribus quarumvis ſcientiarum appellatur ad Dominum Proregem, qui alium deſtinat Judicem cum voto cujus revidetur cauſa ab ipſomet Cappellano majori *Altimarus*, *& Taſſon. ubi ſupra.*

33 At a Tribunali Juſtitiarii Civit. Neap., ſcilicet ab iis, qui cognoſcunt vendentes contra aſſiſiam, aut in minori pondere, appellatur hodie ad Præfectum annonæ, vulgo *Greſſerium*, non obſtante *pragm.* 6. *de officialibus* mandante appellari ad Præſidentem Sac. Conſ.

34 A Juriſdictione gabellæ luſi cognoſcente civiliter circa ludentes ad ludos prohibitos appellatur ad Regiam Cameram *Altimarus num.* 16. *& Taſſon. ubi ſupra n.* 383.

SUBDISTINCTIO II.

A ſententia Delegati ad quem appellatur?

SUMMARIUM.

1 *Appellatur ad Delegantem a Delegato unius cauſæ, etiam ſi committatur cauſa Epiſcopo, & e contra.*

2 *Barone Delegante cauſam diverſæ reperiuntur opiniones, & concordantur.*

3 *Delegata cauſa pluribus, proceſſus factus coram uno eſt nullus cum limitatione.*

4 *Appellatio ab Arte Peritis quomodo regulatur.*

5 *A decretis Syndicorum quomodo regulatur.*

6 *A laudo arbitrorum ſi appellatur, & dicitur de nullitate, fit coram Judice loci, niſi aliter fuerit conventum.*

1 A Delegato unius cauſæ appellatur ad delegantem, ſive is ſit delegatus a Principe, ſive ab alio ordinario inferiore *Altim. rub.* 3. *qu.* 26. *num.* 1. *de nullitatibus ex Covarr. cap.* 4. *Capyc. lat. dec.* 187. *num.* 2. *Scial. de Foro compet. c.* 51. *n.* 40. & ex aliis ibi cit.

Et ſi judex laicus cauſam committat Epiſcopo, ab Epiſcopo ad Superiorem laicum appellatur, & ſic ſi e contra ſit laicus delegatus ab Epiſcopo ad Eccleſiaſticum appellatur, & non ad laicum *Altim. loc. cit. num.* 1.

Et Baro non poteſt cauſas delegare illas a ſuo Officiali avocando *Altim. dict. rub.* 3. *quæſt.* 26. *n.* 13. *Franchis deciſ.* 511. *Petra rit.* 52. *num.* 6. *Sanfelic. deciſ.* 29. *n.* 1. *& lib.* 1. *& deciſ.* 244. *n.* 3. *lib.* 1. & alii ibi citati.

2 Sed ſi Baro delegat cauſſam, diverſæ reperiuntur contrariæ opiniones; alii concludunt, quod ad Baronem delegantem appellari debet, alii ad R. Tribunalia, excluſo etiam Judice ſecundarum cauſarum Baronis.

Alii concludunt, quod ſi Baro abſque legitima cauſſa delegat, ad R. Tribunalia eſt appellandum.

Si vero ex legitima cauſſa, ut quando Judex Ordinarius eſt datus ſuſpectus; quia intereſſe habet pro parte ſua, vel conſanguineorum, vel amicorum, & ſimilium, tunc appellandum eſſe ad Judicem ſecundarum Baronis, quia tunc delegatus Baronis ſubintrat in locum ſui ordinarii, qui eſt ſuſpectus ex legitima cauſa, *Epiſcopus Verde ad Gallupp. part.* 1. *cap.* 2. *n.* 74. ex *Novar. qu. for. part.* 2.

Sed aliter concludit *Altim. rub.* 4. *qu.* 26. *num.* 11. *&* 12. quod ſi Baro habet primas cauſas, & ſecundas cauſas, tunc appellatur ad Judicem ſecundarum cauſarum ipſius Baronis ex *Caravita rit.* 265. *num.* 36. *Novario qu. for. tom.* 2. *qu.* 2. Quæ concluſio diligenda eſt, ſi ſecundæ cauſæ poſſidentur ab alio, quam Barone, ut eſt in ſtatu Laurini, ubi illuſtris Dux habet tantum primas cauſas, & Univerſitas Laurini, & Caſalium habet ſecundas cauſas, & eligit Judicem ſecundarum cauſarum.

At ubi Baro, nec alius habet ſecundas cauſas, tunc appellatio neceſſario fieri debet ad Magnam Curiam, vel ad Provincialem Audientiam.

Et hæc ultima opinio eſt amplectenda.

3 Nec eſt omittendum, quod delegata cauſa pluribus ſimul Judicibus, proceſſus factus coram uno eſt nullus *DD. in c. prudentia*, ubi *Cardinalis de officio Delegati*, *Goffred. deciſ.* 113. *in principio.*

Quæ concluſio limitatur, quando adeſt clauſula (*ſi non omnes*) *Cevallos qu.* 6. *in fine*, *Epiſcopus Verde ad Galluppum part.* 1. *c.* 2. *n.* 74.

Quando non ſunt Judices ordinarii, neque delegati, ad quos appellatur?

4 Appellatur ab Arte Peritis *Afflict. deciſ.* 188. *n.* 4. & quando ſententiæ fuerint confirmatæ a Judice infra decem dies, alias confirmatio Judicis in rem judicatam tranſit, Auctor noſter in hac *diſtinctione* 2. *n.* 47. *Urſill. ad Afflictum deciſ.* 33. *in fine*, *Andecola controverſ.* 128. *num.* 4. *Maranta in praxi par.* 6. *verſiculo & quandoque appellatur n.* 115.

Et ſi fuerint confirmatæ, & terminus appellationis effluxerint, recurritur ad eundem Judicem, ubi Peritorum iniquitas proſteroatur, dictus Auctor *ubi ſupra num.* 42.

Et quando Judex non approbat Peritorum ſententiam, illa nunquam in rem judicatam tranſit, Auctor noſter *loc. cit.* ex *Afflict. & Urſill. deciſ.* 33. *nu.* 6. *Sperell. dec.* 54. *n.* 4.

Nam reviſio ſententiæ Peritorum uſque ad annos triginta competit, peritioribus adhibitis, Auctor noſter hic ex *Altim. rub.* 5. *qu.* 18. *n.* 19.

5 Appellatur a Decretis Decuriorum, & Syndicorum, ubi jus tribuunt, & attentata poſt appellationem ad priſtinum revocantur, Auctor noſter in hac 2. *diſtinctione n.* 43. *ex l.* 2. *C. de decurion. lib.* 10.

6 Appellatur quoque a laudo Arbitrorum coram Judice loci, qui etiam de nullitate cognoſcit Auctor noſter in *d. diſtinct.* 2. *n.* 44. *& in part.* 1. *tit. de decretis in judicio ordinario interponi ſolitis cap.* 4. *n.* 41.

Appellatio, quæ fit quando unus Arbiter eſt Eccleſiaſticus, fit in foro Eccleſiaſtico, niſi aliter fuerit conventum inter partes. Et fit regulariter ſemper coram Superiore Rei, coram quo Reus eſſet conveniendus: Unde ſi Arbiter eſt de una Civitate, & alter de altera, & laudum eſſet latum extra Patriam rei conventi, appellatio fit coram ſuperiore dicti rei conventi

venti

venti tam si esset compromissum necessarium, quam voluntarium, ut ego ipse dixi io 3. *tom. cap. 44. nu. 7. & 8. mea prax.*

Circa alios casus vide *Dom. Altim. rub. 5. de nullit.*

SUBDISTINCTIO III.

De secunda specie appellationis respectu qualitatis decretorum.

SUMMARIUM.

1 *Decretorum tres qualitates sunt, quæ explicantur.*

2 *Appellatio tam a diffinitivis, quam interlocutoriis fieri debet infra decem dies decurrendos a die intimationis.*

3 *Appellatio, quæ non fit infra 10. dies, transit in rem judicatam.*

4 *Appellatio a diffinitiva infra decem dies ligat manus Judicis a quo, & si acta non transmittantur infra 50. dies citatur appellans, ut infra tot dies procuret transmissionem actorum, ut num. 17.*

5 *Terminus quinquaginta dierum, a quo, & quando potest breviari.*

6 *Appellatio quando haberi potest pro deserta, & evitari remedium appellationis.*

7 *Appellatio ab interlocutoria non ligat manus Judicis a quo, donec ei inhibitum fuerit.*

8 *Attentata non revocantur, antequam Judex appellationis cognoscat super dicta appellatione.*

9 *Appellationis interlocutoriæ datur formula decreti, & vocatur* acta, & per dies.

10 *Decreti formula, quando adest gravamen, & quando non.*

11 *Appellatio diffinitivi decreti suspendit executionem, antequam fuerit inhibitum a superiore, & reducitur causa ad terminum litis contestatæ, & prima lis continuatur.*

12 *Appellatio ab interlocutoria exprimere debet gravamina de jure communi, sed de jure Regni non, & a decretis diffinitivis non exprimuntur gravamina.*

13 *Appellatio a futuris gravaminibus, quomodo regulatur, & datur formula.*

14 *Appellatio infra decem dies non facta in Curiis extra Regnum sententia facit transitum in rem judicatam, & datur formula decreti.*

15 *Appellatio non prosequuta in quinquaginta dies a die intimatæ appellationis, datur formula decreti cum advertimentis.*

16 *Tempus ad appellandum quando est utile, & quando continuum.*

17 *Termine di 50. giorni a proseguire l'appellazione si può breviare dal Sac. Reg. Conf., dalla R. Camera, e dalla G. C. della Vic. Quod appellans procuret transmissionem actorum infra tot dies, ut num. 4.*

18 *Termine di 50. giorni se può breviarsi da Corte Baronale.*

19 *Lis festinans effundit sanguinem, & lis est causa malorum, & cum sit in rebus dispergit eas, & non finis quiescere.*

20 *Mens legis attendi debet, tamquam intrinseca virtus, & genus quod prædicatur de singulis speciebus.*

21 *Conclusiones, quæ de jure communi diffusè disputantur; In Practica unico verbo digeruntur, & resolvuntur.*

22 *Termine conceduto al Privilegiato, che varia, o eligge il foro può breviarsi dal Giudice variato.*

23 *Statuta quando ha luogo ex vi comprehensionis.*

24 *Caravit. rit. 251. num. 5. & 6. & Afflict. in constit. declaratur.*

25 *Stylus Curiæ est variabilis.*

26 *Sacrum Conf. potest inducere stylum contra Reg. Pragm. Const., Capit., & Ritus.*

27 *La G. C. della Vic. da norma à tutte le Corti del Regno.*

28 *Pragm. 5. de ord. Judic. declaratur, & non observatur.*

29 *Termine di 20. giorni si riduce ad arbitrio del Giudice.*

30 *Termine di giorni sedici, cioè otto a ricevere gli atti, ed otto a percontarli dopo fatta la pubblicazione si brevia, e si amplia ad arbitrio del Giudice, non ostante la Pragm. 11. de ord. Judic.*

31 *Repulsa, che per detta Prammatica sta ordinato il termine per la metà del primo termine, si riduce ad arbitrio del Giudice.*

32 *L'osservanza, o pratica in contrario corregge la legge.*

33 *Appellatio a sententia pro solutione funeralium, pro expensis ultimæ infirmitatis, & pro pensione domus non datur.*

34 *Appellatio à sententia de demoliendo ædificationem post denunciationem non datur.*

35 *Appellatio ab apocha banci recognita non datur nisi in vinculis, & assignatur ratio.*

36 *Appellatio ab assecuratione dotis ad vergentiam mariti ad inopiam non impedit executionem.*

Et quando impediretur jurisdictio, non fit coacervatio, ideo talis sententia exequeretur non obstante appellatione *Carav. d. rit.* 257. *in fine*, & adde *Afflictum decis.* 261. & te remitto ad quæ ego late dixi in 2. *tomo meæ prax. in præludio n.* 5.

10 Adverte etiam, quod Magnificus Nicolaus Finucchio, qui meret esse Judex M. C. Vic. ob optimam praxim, quam callet, & optimos mores, quibus dotatus fuit, mihi fecit videre Processum pro Joanne Opitano cum Blasio Gagliardo in Banca Actuarii Caroli de Rano.

11 In quo procns. *fol.* 65. Blasius Gagliardo supplicationem porrexit, se gravando, quod hereditas quondam Victoriæ Franco tota spectat ad supplicantem, & fuit admissus ad medietatem tantum. Item, quod Jo: debebat condemnari ad solvendos ducatos 87. una cum interesse ad beneficium supplic. ab anno 1620.

Propterea appellat, & æque principaliter de nullitate dicit, & supplicat mandari M. C. V. quod de supplicatis reassumptis actis justitiam faciat; opponens prædicta tam per viam actionis, quam per viam exceptionis, & omni alio meliori modo.

Hæc supplicatio fuit porrecta sub die 30. Junii 1673.

Et ubi fit præsentata scriptum est, *Dom. Petra* sententiavit *Dom. Astutus Dom. Lanzina D. de Risi D. Apicella.*

Et fol. 65. fuit commissa D. Lanzina Civili die 30. Junii 1673. Neap.

In pede supplicationis fuit provisum v3.

M. C. V. reassumptis actis citra præjudicium executionis decreti super supplicatis justitiam faciat.

Ulloa Reg.

Provisum Neap. die ultimo Junii 1673. de Neapoli.

Die trigesimo mensis Junii millesimo sexcentesimo septuag. tertio Neap. præsentata per Paulum Longobardum: de Ranos.

12 *Eod.* fol. 65. *a t.* Die 3. mensis Julii 1673. Blasius Gagliardo cautionem de expensis dat, & pro fidejussore intervenit D. Paulus Longobardo suus Proc.

Fol. 66. eodem die 3. Julii 1673. fuit factum decretum, quod stantibus adimpletis statuatur terminus dierum duorum utrique parti in forma.

Lanzina de Rano.

Actor offert deponere.

Procurator Joan. Opitani acceptat oblatam depositionem, & nominat habere testes in Civitate Cavæ, & ejus conviciniis, & instat committi Officialibus Curiæ Civilis ejusdem Civitatis.

Pro parte de Gagliardo fuit allegata suspecta Curia Cavæ, & instatum committi Audientiæ Salerno.

Et fol. 69. fuit commissum R. Aud. Salerni sub die 12 Julii 1673.

Et fuit facta publicatio 31. Octobris 1673. fuit facta conclusio die 6. Novembris 1673.

Et facta monitio sub die 20. Novembr. 1673.

Et quia erat perempta instantia supplicatum pro insufflatione spiritus.

S. R. M.

13 Exponit M. V. Fidelis Blasius Gagliardus dicens qualiter jamdiu reperitur compilatus processus in V. M. C. Vic. io a. instantia appellationis in causa inter supplicantem, & Joannem Opitanum pro causa in actis deducta, cujus expeditio fuit retardata ob varia impedimenta dicti Joannis, per quod jam reperitur expirata iostantia, intendens ad præsens causam prædictam terminari facere, recurrit ad M. V., eique supplicat dignetur instantiæ peremptæ insufflare vitæ spiritum, eidemque M. C. mandare quod ad expeditionem procedat, & ita supplicat citra quodcumque præjudicium omni modo meliori.

Magna Curia Vic. lapsu temporis non obstante, ac insufflato vitæ spiritu in præsenti causa procedat, & justitiam faciat in terminis, in quibus reperitur, habita prius ratione expensarum, quæ de jure habenda erit, servata forma Reg. Pragmaticæ, *Ulloa Regens, & Præsidens.*

Die 12. mensis Maii 1681. Neapoli præsentata per Blasium Gegliardo personaliter de Rano.

Provisum Neapoli die 12. Maii 1681. ordinatione Domini Messias Judicis M. C. V., & causæ Commissarii moneantur partes quatenus prima die juridice cum
14 continuatione sequentium compareant coram eo in ejus domo, vel in Aula M. C. V. quoniam intendit causam prædictam expedire, justitia mediante. Datum &c. *N. Actuarius.*

D. Joannes Baptista Spinellus, &c. quibusvis Algozeriis ad omnem instantiam supradicti exponentis, sive, &c. supradictam monitionem, & omnia in ea contenta &c. intimetis, & notificetis partibus ex adverso Principalibus, ut de ea, & contentis in ea plenam notitiam habeant, & in futurum &c. alias &c. Neap. die &c. Messia. Carolus de Rano Actuarius.

Detta monizione essendo intimata si fa la sentenza v3. In causa N. de N. cum N. N. ut actis.

Die &c. Neap. &c.

15 Per M. C. V. fuit provisum, & decretum bene appellatum, & male judicatum per M. C. V. sub die 6. Julii 1672. respectu hæreditatis quond. Victoriæ de Franco, & proinde decretum præambuli dictæ quond. Victoriæ interpositum per Curiam Civitatis Cavæ debitæ exequutioni demandetur in beneficium Blasii Gagliardo, respectu vero solutionis ducatorum 22. in beneficium dicti Blasii bene judicatum per M. C. Vic. die quo supra, & male appellatum, hoc suum, &c. de Messis. De Acquaviva. De Rano Actuarius.

Et intimato dicto decreto fuit factum alterum decretum.

Die 2. mensis Decembris 1681. Neap.

16 Per subscriptum Dominum Judicem M. C. V. fuit provisum, & decretum, decretum latum per M. C. sub die 8. Novembris currentis anni fecisse transitum in rem judicatam ob appellationem non interpositam, hoc suum, & intimetur. Messias. de Rano.

Gio: Opitano fa istanza intimarsi il Dottor Domenico Antonio Pisano, che costituisce suo Procuratore.

Intimato a cinque Decembre 1681.

17 Dott. Gio: Opitano supplica nel S. C., che si seote gravato appellat, & æque principaliter de nullitate dicit, & supplicat mandare eidem M. C. V., & V Judici Messia de supradictis verbum faciat in V. S. R. C. dum supra sperabat confirmationem dicti decreti lati ad relationem V. olim Judicis D. Carpli Petra, & reperitur illud revocatum inaudito supplicante, & ita, &c.

M. C. Vic. reassumptis actis, & citra præjudicium executionis decreti supradicti supplicanti justitiam faciat. *Ulloa Reg.*

Die 27. Novembris 1681. de Lino.

Die 5. mensis Decembris 1681. Neapol. præsentata per Dom. Antonio Pisano Procuratorem. De Rano.

Die 11. mensis Decembris 1681. Neap. præsentata per Paulum Longobardo Procuratorem de Rano.

18 Nella G. C. della Vicaria, e presso gli atti comparisce Biase Gagliardo, e dice come a' 28. del presente mese di Novembre è stato dichiarato erede della quondam Vittoria Francò sua zia in contraditrorio con Gio: Opitano, qual decreto intimato ha fatto transito in cosa giudicata. Fa perciò istanza in esecuzione di detto decreto ordinarsi, che tutti li debitori di detta eredità paghino, e conoscano in Signore e Padrone esso comparente, ed a mettersi in possesso degli Stabili, *si qua sunt*. Ed ordinarsi a Gio: Giordano, e suoi eredi essendo morto, che delli docati 50. depositati per Liberato Robino, e posti in compra con detto quond. Gio: ereditarj di detta qu. Vittoria, si paghino al comparente *omni modo meliori*.

Die 11. mensis Decembris 1681. Neap.

Per subscriptum Dominum Messiam Judic. M. C. V. visa retroscripta comparitione, & decreto M. C. interposito sub die 8. elapsi mensis Novembris, ac supplicatione præsentata pro parte Joannis Opitano fuit provisum, & decretum, quod præstita cautione per Blasium Gagliardo de restituendo bona hereditaria qo. Vittoriæ Franco, ac omnes pecuniarum quantitates per ipsum exigendas ab hereditate prædicta supradictus Blasius immittatur in possessionem omnium bonorum stabilium hæreditatis prædictæ, & omnes debitores, & rendentes hæreditatis prædictæ de quantitatibus per eos respectivè debitis, & in futurum debendis solvant, & correspondeant dicto Blasio, illumque recognoscant in Dominum, & Patronum. Nec non Joannes Jordanus, vel ejus heredes solvant dicto Blasio retroscriptos duc. 50. depositatos per Liberatum Rubino, & conversos in emptionem cum Joanne Jordano, dummodo possessio prædicta sit vacua, & non existente legitimo contradictore, expediantur provisiones, & consignentur, hoc suum, & intimetur. Messias. De Rano. Intimato detto decreto, si fa questo altro decreto v3.

Die 23. mensis Decembris 1681. Neap.

19 Per subscriptum Dom. Messiam Judicem M. C. V. & causæ Comm. visa notificatione facta magnifico Procuratori retroscripti Joannis, & stante cautione præstita in casu retractationis, decreto M. C. expediantur provisiones, & consignentur provisiones.

20 Et ratio quare Blasius Gagliardus fuit admissus reassumptis actis pro summa excedente duas uncias rejecto Caravita, qui restringit solum ad summam duarum unciarum est illa scripta *a Maranta part. 4. distinct. 9. num. 169.*, quod tunc dicitur causa modica, & brevis quando plus expenditur in sportulis quam si valor causæ *ex authentica nisi breviores C. de sententiis*, ex brevi recitandis, *& cap. anteriorum 2. qu. 6. citati per eundem Caravit. num. 1. dicto tit. ut supra.* Et Judicis arbitrio hoc esse dicit *Bartol. an causa sit modica, vel magna in dict. auth. nisi breviores num. 7.*

21 Unde tam quando agitur de summa infra duas uncias, quam ultra absque dilationibus per tres actus expeditur judicium v3. Capiatur summaria informatio, fiat facultas, & sententia, ut dixi in 2. libro judicii enunciativi in Præludio *num. 3.* & *num. 5.*

Et quando agitur de summa infra 30. carolenos tunc fit præceptum de solvendo, vel mandatur, ut accedat coram Prætore, qui actore, & reo voce auditis facit præceptum, quod solvat, vel quod non discedat, vel probet quod dicit, & sic de plano, & sine figura judicii proceditur, ut late dixi in *dict. 2. tom. præludio num. 6. & 7.*, *& Jodoco cap. 14. de procedendo sine figura judicii.*

22 Sed ultra ducatos 12. admittitur appellatio reassumptis actis arbitrio superioris, ut evitentur expensæ faciendæ in copia actorum, & in præsentatione dictæ copiæ in decreto aperturæ in constituendis novis procuratoribus, & aliis quæ absorberent principalem summam.

Et multi reperiuntur dediti ad litigandum, & inquietandum contra adversarium, & bonus Judex sic dictam iniquitatem moderat habito respectu ad personas; qui debent audiri summariè, ut sunt impotentes, vel viduæ, vel viles, vel si est causa pia, vel gabellarum, vel assecurationis ob vergentiam ad inopiam, in causis nauticis, in causis salarii, & extractationis contra conductorem, & similibus a me narratis in præludio dicti mei 2. tomi.

Verum appellatio reassumptis actis regulatur a qualitate causæ privilegiatæ in prima instantia, ut deberet expediri per tres actus, ut diximus, & per tres actus prosequitur, & finitur judicium, & non citantur testes, neque fit publicatio, neque conclusio, ut Auctor noster etiam ita concludit in *cap. 1. dist. 4. num. 39., & sequentibus*, ubi docet appellationem reassumptis actis habere locum in caussis, quæ summario termino definiuntur, & reassumptis actis, non ut ea eadem revideantur, sed ut iterum sumptis probationibus causa decidatur termino summario v3. *quod capiatur summaria informatio ad non posita ponendum, & non probata probandum, in gradu appellationis,*

nio, testes habeantur pro citatis, & recipiantur per Scribam ad finem providendi.

Et compilato examine fit facultas ad dicendum, intimato decreto facultatis, fit sententia.

Et ibi adducit exemplum, quod Titius conducit a Cajo equum pro Civitate Ariani, & illum duxit ad Civitatem Manfredoniæ, in quo itinere equus periit; Fuit condemnatus ad quantitatem liquidandam impartito termino summario, & pro dicta quantitate liquidanda dato quoque termino summario fuit liquidata pro duc. 35.

Titius appellavit, & fuit moderata summa ad ducatos quindecim.

Cajus appellavit, quod summa ducatorum 35. fuit diminuta ad ducatos quindecim, & dato termino summario probavit equum non esse senem, neque morbosum, & potuisse venundari ducatis triginta.

Per M. C. fuit dictum bene appellatum, & male judicatum: & proinde decretum latum sub die &c. debitæ executioni demandetur.

Prout fuit executioni demandatum.

Et Magnific. Nicolaus Finucchio fecit mihi videre alium processum pro Antonio Scarpato cum Antonio de Cæsare, ubi *fol.* 27. adest infrascriptum decretum.

23 *In causa Joannis Scarpati cum Antonio de Cæsare, ut ex actis.*

Die 7. mensis Maii 1588. Neap.

Per M.C.V. visis actis provisum, & decretum est, quod retroscriptum depositum ducatorum octo liberetur Joanni Scarpato, & in beneficium ejusdem Jo: solvat Antonius de Cæsare ducatos duodecim indebitè exactos, prout ex actis, hoc suum, &c.

Guascus, Vidman, Jordanus.

Finucchius.

Intimato detto decreto il Procuratore di Antonio di Cæsare, *appellat, reclamat, & de nullitate dicit.*

Supplicat Antonius de Cæsare, *fol.* 28. quatenus reassumptis actis iterum in causa prædicta M. C. jus, & justitiam audito supplicante ministret.

M.C.V. reassumptis actis citra præjudicium executionis decreti super supplicatis justitiam faciat. Ulloa Regens.

Provisum Neapol. die 20. Maii 1688. de Alexio. Die Vigesima prima mensis Maii 1688. Neap. præsentata per Antonium Carolum Procuratorem.

Observa, quod in principio dictæ supplicationis in margine est scriptum v3. *Sententiavit Dom. Guasco, Dom. Vidman, Dominus Jordano.*

Et commissio est facta, videlicet *Domino Jordano. Civili die 19. Decembris 1688.*

Sequitur *fol.* 29. Al Signor Pietro Emilio Guasco Giudice di Vicaria.

Giuseppe Scarpato supplicando espone a V. S. come essendosi compilato processo con Antonio di Cesare per la G. C. della Vicaria fu fatto decreto, che si restituisse al supplicante docati otto, che depositò, e che detto Cesare li pagasse docati dodici indebitamente dal supplicante esatti, ma il detto Antonio ha presentato supplica decretata *M. C. V. reassumptis actis circa præjudicium executionis super supplicatis justitiam faciat*, e per risecare le longarie della parte offerisce dar plegiaria *in casu retractationis*, servata la forma della Prammatica, supplica perciò V.S. ordinare l'esecuzione con restituirsi ad esso supplicante il deposito di docati otto, e spedirsi contro detto Antonio di Cesare l'esecutorio per docati dodeci con protestarsi di tutti li danni, e spese, ed interesse, ut Deus.

Die 28. Maii 1688. Neap.

Per subscriptum Dominum Guascum Judicem M.C.V. visis actis, ac supplicatione præsentata per Antonium de Cæsare, & retroscripto memoriali provisum, & decretum est, quod præstita cautione per retroscriptum supplicantem de restituendo summam contentam in decreto M. C. lato sub die 7. Maii curr. anni fol. 27. in casu retractationis ejusdem decreti; Decretum prædictum debitæ executioni demandetur, & proinde cum effectu restituatur depositum ducatorum octo dicto supplicanti; Nec non in alio biduo dictus Antonius solvat retroscripto supplicanti ducatos duodecim servata forma decreti, aliter exequatur, hoc suum & intimetur. Guascus, Finucchius.

Die vigesima nona Maii 1688. fuit notificatum dictum decretum.

Et in calce decreti fuit scriptum *capta est fidejussio, Nicolaus Jordanus Actuarius, Finucchius Scriba.*

Die 28. Septembris 1688. Neapoli.

Per subscriptum Dom. Guascum Judicem M. C. V. visis actis, retroscripta notificatione facta, & stante cautione præstita servata forma retroscripti decreti provisum, & decretum est, quod stante lapsu termini expediantur, & consignentur literæ executoriales contra retroscriptum Antonium pro ducatis duodecim, hoc suum, Guascus, Jordanus Actuarius, Finucchius Scriba.

Die 11. mensis Januarii 1690. Neap.

Per subscriptum Dominum Jordanum Judicem M. C. V. & causæ Comm. visa supplicatione præsentata fol. 28. provisum, & decretum est, & in præsenti causa appellationis fuit datus terminus dierum trium utrique parti in forma ad non posita ponendum, & non probata probandum, hoc suum, &c. Jordanus.

Jordanus Actuarius.
Finucchius Scriba.

Actor offert deponere.

Hic noto, quod erronee fuit datus terminus dierum 3. utrique parti in forma, sed debet concedi terminus summarius, & testes habeantur pro citatis.

Et *fol.* 37. fuerunt propositæ aliquæ positiones pro parte Joannis Scarpati, super quibus deposuit Antonius de Cæsare.

24 Antonius de Cæsare præsentavit articulos, & fuit facta publicatio die 27. Junii 1690. *fol.* 48., & fuit facta conclusio die 30. Junii 1690. *dict. fol.* 48. *a t.* & fuit facta monitio ad dicendum die 3. Julii 1690. *dict. fol.* 48. *a t.*

Hic noto, quod in causa reassumptis actis non fit publicatio, & conclusio, ut dixi sup.

Et quia fuit mutatus Judex, & commissa causa Domino Judici Apicella fuit renovata monitio die 29. Maii 1693.

Et demum *fol.* 52. per dictum Judicem Apicella, & Judicem Constantino fuit latum infrascriptum decretum.

In causa appellationis pro Magnifico Antonio de Cæsare cum Joanne Scarpato, ut ex actis.

Die 15. mensis Februarii 1694. Neap.

Per M. C. V. visis actis fuit provisum, & decretum, quod ex noviter deductis bene appellatum pro parte Antonii de Cæsare, & proinde Joannes Scarpato restituat ducatos viginti in beneficium prædicti Antonii de Cæsare, pro causa, ut in actis hoc suum, &c. Apicella, Constantinus: de Rano Actuarius, Fenucchius Scriba, fu notificato detto decreto a 21. Aprile 1694.

Altera formula appellationis reassumptis actis.

25 *Dominus Galeota, Dominus Carmignanus, Dominus Odoardo decrevit Dominus Galeota.*

S. R. M.

Supplex exponit M.V. Nicolaus Cito, dicens mensibus non longe decursis supplicantem ipsum minus juste (cum rev.) fuisse conventum in V. M.C. a Not. Gregorio delli Falconi ad ei solvendum ducatos quatuor ex prætensa causa, ut ex actis, datoque termino summario in causa prædicta mediante diffinitivo dictæ V. M. C. decreto fuit condemnatus supplicans ipse ad solvendum dictam quantitatem, a quo decreto appellavit, prout appellat, reclamat, & æque principaliter de nullitate dicit. Proinde gravatus (cum rev.) a decreto prædicto recurrit ad M. V., eique supplicat, dignetur mandare eidem V. M. C. quod reassumptis actis super supplicatis in prædictis, & circa prædicta procedat, & justitiam faciat, citra præjudicium omnium ejus jurium, protestatione expensarum, isto, & omni meliori modo, &c.

Magna Curia Vic. reassumptis actis super supplicatis de justitia provideat.

Ulloa Reg. & Præses.

Provisum die 6. mensis Februarii 1697.

De Onofrio.

Die septimo mensis Februarii millesimo sexcentesimo nonagesimo septimo Neap. præsentata per U. J. D. Antonium Galdo Procuratorem, Manginnus Actuar.

Observa hic, quod in margine principii datur notitia D. Regenti M. C. V.

Qui Judices fecerunt sententiam nempe D. Galeota, D. Carmignanus, & D. Odoardus, & committitur causa Dom. Judici ejusdem Aulæ, scilicet Dom. Galeota.

Qui D. Galeota statuit terminum, ut inferius.

In causa Magnifici Notarii Gregorii delli Falconi cum Magnifico Notario Nicolao Cito die 26. mensis Februarii 1697. Neap.

Per subscriptum Dominum Judicem M. C. V. & causæ Commissarium Domi, &c. provisum est, ac in præsenti

ti causa fuit datus terminus summarius ad non posita ponendum, & non probata probandum, testes habeantur pro citatis, & recipiantur per Scribam causæ ad finem providendi, hoc suum, &c. Galeota, Mangionus Act. Magister.

Actor denno offert deponere, quatenus opus sit, & protestatur de expensis.

Acceptat oblatam depositionem recipiendam per non suspectum, & instat recipi testes sui principalis. Nec non sibi reservat repulsam, & repulsam repulsæ testium partis adversæ prius viso examine faciendo, ac omnia alia jura, jurisque remedia.

Die 27. Februarii 1697. Neap. Francesco Passalacqua Portiero di Vicaria ho notificato il Magnif. Donato Ant. Galdo personal. &c.

In causa Magn. Not. Gregorii delli Falconi cum magn. Not. Nicolao Cito, &c.

Quoniam subscriptus Examinator electus intendit procedere ad receptionem testium in præsenti causa examinandorum, ad instantiam suprad. Not. Gregorii. Ideo requirantur partes ad videndum illorum juramenta, alias, &c. Datum Neap. die 2. mensis Martii 1697.

Nicolaus Mayonus Scriba.

Nomina testium sunt v3.

N. N. N. N. N.
N. N. N. N. N. N.
N. N. N. N. N. N.

Et summarie compilato processu expeditur decretum facultatis super expeditione caussæ, & fit decretum diffinitivum.

VINCENTII ALOI

IN CAP. I.

DISTINCTIONEM II.

ANIMADVERSIO

SUMMARIA.

I. *Admissa adpellatione fieri debet apertura processus, parte citata.*
II. *In Supremis Tribunalibus hæc citatio non requiritur.*
III. *Facta apertura, datur terminus, & an possit omitti.*
IV. *Quid in termino appellationis probari debet.*
V. *Quænam exceptiones obiici possint.*
VI. *Discussis exceptionibus citatio ad testes expeditur.*
VII. *Publicata testium examine, an possint recipi testes super iisdem articulis.*
VII. *An super novis articulis fieri possint probationes.*
IX. *Quæ facienda completa testium examine.*
X. *A quonam Judice sit executioni demandanda sententia.*
XI. *Exponitur ordo Curiarum & Tribunalium a quibus ad quæ adpellandum juxta novam Municipalium Legum œconomiam.*

I. MAteriam appellationis Author noster prosequendo, in hac distinctione pro majori decretorum enucleatione varias appellationum species adnumerat, praxim supplicationum adfert, & ad alia quæ ad appellationem non pertinent, transcurrit. Nos calamum tantum perstringimus ad enucleandam praxim actorum, quæ præsentato processu coram Judice ad quem fieri solent.

Transmissis actis ad Judicem ad quem, Parte petente, fit illorum apertura. Hæc autem petitio non necesse est, ut fiat in propria forma Instantiæ & petitionis, tiam passim in praxi servatur, quod Actuarii & Scribæ, recipiendo Processum, scribunt ac notant eodem contextu diem præsentationis, & per quem fiat, ac subdunt per petentem aperturam fieri. Et per hane Processus aperturam causa appellationis inchoatur, ut habetur in *Ritu 6. M. C.* Duplicem instantiam post aperturam Processus Practici ad Caravitam *sup. Rit.* 260. *n.* 2. considerant, unam quæ fit tempore aperturæ, vel post illam, aliam quæ fit ad actus incumbentes. Sed videtur obstare illorum opinioni forma literarum inhibitorialium ubi dicitur, quod citetur pars ex adverso ad videndum aperturam Processus, & ad alios actus incumbentes; ideoque unica citatione utraque instantia adimpletur. Super citatione ipsa etiam disputatum fuit, an sufficiat citatio facta in literis inhibitorialibus, vel opus sit alia citatione. Muscatellus *gloss. debet n.* 10. testatur suo tempore diversimodè practicari, sed tutiorem practicam credit, quod appellans iterum appellatum citari faceret, hancque opinionem sequitur hodierna Praxis in inferioribus Curiis Regni.

II. At in supremis Tribunalibus hæc nova citatio fieri minime solet. Sufficit enim sola citatio facta parti appellatæ cum literis inhibitorialibus, ut procedatur ad alios actus incumbentes pro expeditione causæ principalis. Et si pars appellata non comparet, accusatis contra eam debitis contumaciis, in ejus contumaciam proceditur ad omnes actus, usque ad sententiæ prolationem inclusive.

III. Primus actus post Processus aperturam est datio termini ad non posita ponendum, & non probata probandum. Peculiare est hoc beneficium appellationis, ut quæ in prima instantia fuerunt prætermissa, vel non satis discussa, proponere, eademque probare utrique parti liceat. Et oritur hic terminus ex ipsa legis communis dispositione, ut in *l. eas §. 1. Cod. de appell.*, & ex *Constit. Justiniani in l. per hanc Cod. de tempor. appellat.*, quam legem, tamquam lilium inter spinas redolere, dixit *Cynus ibi n. 16.* Neque judex potest aliquo modo terminum istum omittere, quando fuit petitus, *l. 1. Cod. de dilat.*; imo etiam neutra parte petente, tenetur dare, cum alias ipso jure intelligatur datus, *Pragm. post prædictas*. Quod si judex terminum hunc dare omiserit, erit nullitas non solum quia procederet contra notorium stylum, & observantiam omnium Tribunalium, ut ait *Rovit. in Pragm. post Prædictas*; sed etiam quia est de substantialibus judicii; unde illius omissio nullum reddit processum, *Muscat. gloss. probandum n.* 65. Potest tamen omitti utraque parte volente *l. unic. Cod. ne lic. tertio provoc.*, vel una ex partibus petente, & altera contumaciter absente *l. fin. §. illud Cod. de tempor. appellat.*, & *Rit.* 253.

IV. Omne id quod non fuit positum & probatum in judicio primæ instantiæ potest poni, & probari in judicio secundæ instantiæ *Constit. Regni Jurisperitorum altercationes*. Quod tamen intelligendum est de his quæ in prima instantia post litem contestatam proponi potuissent, non de illis, quæ ante hanc expediri debuissent; nam si in prima instantia omissa fuerint, in appellatione amplius deduci nequeunt *l. ita demum Cod. de procur.*, *Rovit. in Pragm.* 38. *de off. Proc Cæsar. n.* 5. Ratio est, quia causa appellationis qualitatem litis non immutat nec respectu causæ, nec respectu Rei; sed tantum per appellationem sententia pro lata non habetur, & pars reponitur in terminis, in quibus erat ante ipsam sententiam a tempore litis contestatæ *Capyc. dec.* 28. *n.* 6., *de Franch. dec.* 370. Ideoque judex appellationis non potest cognoscere, quod non cognoverat primus *Bartol. in l. 1. Cod. si adversus delictum*. Est etenim limitata ejus cognitio ad causam appellatam, & primi Judicis successor dicitur, *Scaccia de appell. quæst. II. n.* 36., *Cravetta cons.* 273. *num.* 7., *Afflict. dec.* 155. Hinc quamvis possit in causa appellationis non deductum deduci, & non probatum probari, tamen quod deducitur debet habere dependentiam a prima instantia. Merito igitur Castrensis in *l. ab executore* reprehendit errorem quorumdam Advocatorum, qui in causa appellationis petierant sententiam reformari ex nova causa, & subdit quod libellus nequidem mutari, & emendari potest, quando omnino causa nova additur *Gramm. dec.* 108., *Gaill. lib.* 1. *observ.* 128. *n.* 8.

V. Exceptiones etiam dilatórias & peremptorias proponere potest appellatus ad finem impediendi, quod procedatur ad ulteriora in causa appellationis. Et de bia tenenda est regula, quod illæ dilatoriæ opponi non possunt quæ non reddunt retro processum nullum, ideoque non refricantur in causa appellationis *l. ita demum Cod. de procur.* Illæ vero quæ quandocumque oppositæ reddunt retro processum nullum, possunt opponi, quia cum respiciunt nullitatem processus, videntur inesse appellationi *l. 1. Cod. quando appell. non est necess.* Hinc opponens declinatoriam fori, & judicis ad quem incompetentiam, debet audiri, & impeditur processus ad ulteriora *l. fin. Cod. de except.* Hinc etiam opponens spolium factum ab appellante, non debet procedi ad ulteriora, nisi prius appellatus restitutus

tutus fuerit in possessione *l. si filius ff. de minor.* De exceptionibus peremptoriis similiter tenenda est regula, quod illæ tantum opponi possunt, quæ non sunt omnino novæ, & separatæ a causa principali, sed vel ipsam actionem coadjuvant actoris, vel enervant respectu Rei *l. per hanc Cod. de tempor. appellat.*

VI. Eodem quasi funiculo colligatam esse causam appellationis cum causa principali nostri Forenses asseverare comuniter non dubitarunt innixi *tot. tit. Cod. ne liceat in una eadem caus. in leg. ita demum Cod. de procur.* Igitur discussis exceptionibus expeditur, uti in primo judicio, citatio ad testes ad instantiam ambarum Partium super articulis præsentatis, & a judice ad quem receptis, ut testimonium veritatis perhibeant.

VII. Testibus rite receptis, publicatoque illorum examine, non licet recipere alios testes super iisdem articulis. Sicut enim in prima instantia post didicita testificata non possunt examinari testes super iisdem articulis, vel de directo contrariis ob timorem subornationis, ita eodem modo in causa appellationis, *Bart. in l. per hanc Cod. de tempor. & repar. appell.*, *Const. Jurisperitorum*, *Pragm. 12. de ord. judic.* Hanc regulam Forenses multis modis limitaverunt, scilicet quod possint testes produci, & examinari super articulis novis, ut non habeat locum in personis privilegiatis, in causis matrimonialibus, & criminalibus, & quando variatur modus agendi. Afflictus in *d. Const.* decem octo limitationes posuit, & *Ursill. ad eumd. in dec. 216.* innumeras alias recensuit quæ reduci possunt ad exceptionem limitativam, quoties timor subornationis cessat, vel adsit justa causa testes recipiendi. Animadvertere tantum volumus tyrones, quod hæ limitationes frequenter in praxi occurrunt etiam ex usu particulariter interrogandi testes super aliquibus capitibus notatis in chartula, quæ vocatur tabula testium a *Præs. de Franch. dec. 371.*, note depositionum expositiones; unde phrasis usitata a Forensibus, testes intabulare, idest in quadam carthula notare. Et quia per examinatorem multoties omittitur interrogatio super aliquibus articulis notatis in carthula, & post publicationem fuerunt didicita testificata, hinc frequentes eveniunt quæstiones de examinandis testibus de novo alias citatis, & notatis in tabula super articulis omissis. Sed post *d. dec. 371.* in praxi servatur, quod non obstante publicatione facta, iidem testes alias citati, & descripti recipi possunt in causa appellationis. Et stantibus prædictis etiam recipiuntur in causa appellationis testes producti in prima instantia, & non examinati super prænotatis articulis ex verbis *Const. jurisperitorum §. quod si nulli.*

VIII. Ex his etiam sequitur quod super novis articulis actionem propositam vel respicientibus, vel coadjuvantibus novæ probationes vel per eosdem, vel per alios testes fieri possunt, quia omnino timor subornationis cessat. Quod si testes non fuerint rite recepti culpa examinatoris, iterum etiam examinari possunt, *Thesaur. dec. 28. Afflict. in d. Const. jurisperitorum.*

IX. Quando in causa appellationis fuerint factæ probationes in termino ad non posita ponendum, ad unguem servatur practica sicut in prima instantia, eritque necessaria Publicatio ut dicta testium validentur, & ne auferantur Partibus defensiones, maxime quia in causa appellationis habet locum repulsa, ut notant *Afflict. dec. 266.*, *Andr. in Const. jurisperitorum.* Sin autem in dicto termino probationes factæ non fuerint publicatio omitti potest, *Muscatell. gloss. instantia n. 3.* Datur etiam terminus beneficii personis privilegiatis in prima instantia non concessus. Quibus omnibus expletis fit monitio ad dicendum, & allegandum in jure, & in facto. Et postremo interponitur a Judice sententia juxta leges, quæ continere debet condemnationem, vel absolutionem rei, vel confirmationem, vel revocationem sententiæ Judicis a quo.

X. Si judex appellationis pronunciat bene fuisse judicatum & male appellatum, nulli dubium est quod sententia lata a judice a quo, ab eodem debet executioni mandari ex formula decreti ab omnibus Tribunalibus Regni usitata, qua subjungitur, & *ideo rescribendum judici a quo, quod suam exequatur sententiam literis inhibitorialibus expeditis non obstantibus.* At quia hæc formula non est talis, ut ejus omissio vitiet actum uti comuniter DD. *in l. eos Cod. de appellat.*; ideo controversum fuit, an si simpliciter sit confirmata prima sententia absque rescripto ad judicem a quo ut suam exequatur sententiam, debeat exequi a judice a quo, aut a judice ad quem. Bartolus *in l. a Divo Pio D. de re judic.*, & Baldus *in Auth. si quis litigantium Cod. de ep. aud.* dixerunt, quod judex appellationis confirmans sententiam, illam exequi debeat. Et ita decisum refert *de Franch. dec. 335.* in S. C. quamquam in alia *dec. 510.* videatur constituere differentiam inter causas civiles, & criminales, scilicet quod in causis criminalibus teneatur judex appellationis rescribere judici a quo, ut suam exequatur sententiam: in causis autem civilibus possit & debeat pronunciare bene judicatum, & male appellatum, non tamen teneatur dicere, & propterea esse rescribendum judici a quo, quod suam exequatur sententiam. His tamen non obstantibus ratione notorii styli omnium Curiarum, & Tribunalium Regni sententia confirmata a judice appellationis exequitur a judice appellato. Nec obstat *dec. 335. Præs. de Franch.* allata. Ibi enim agebatur de causa reclamationis in S. C. & diversificabatur tantum persona judicis, non autem Tribunal. Quod secus est in aliis Curiis, quæ Tribunal diversum faciunt; & hoc casu semper sententia confirmata a judice ad quem, a judice a quo exequi debet, ne præjudicium fieret alterius jurisdictioni, *Muscatell. gloss. reformando n. 15.* Quando vero sententia judicis a quo revocatur, executioni mandatur a judice ad quem, servata forma *Rit. 265.* & juris comunis *in l. cum apud ff. judic. solut.* Quid autem si prima sententia non fuerit nec simpliciter confirmata, nec simpliciter revocata, sed tantum reformata aliquid addendo, vel minuendo? In hoc casu etiam indubitati juris est, quod sive sit revocata, sive reformata tantum sententia primi judicis, nullum robur habet, nec executionem meretur, sive dicatur quod appellatio extinguat, vel suspendat judicatum *l. a divo Pio §. de re jud. auth. si quis litigantium Cod. de ep. aud.* Ideoque necessarium erit rescriptum judici a quo, ut sententiam per ipsum judicem ad quem reformatam exequatur, ac observet juxta ipsius continentiam, ac tenorem, prout quotidie in praxi servatur. Tunc enim judex a quo non exequitur virtute suæ primæ sententiæ reformatæ, sed vigore mandati, sive rescripti ipsius judicis ad quem *l. cum unus §. is qui ff. de bon. author. jud. possid. Guido Pap. dec. 436. n. 43.*

XI. Porro non a quocumque ad quodcumque Tribunal permittitur appellatio. Regni enim Leges certum quoad hoc statuerunt ordinem, quem servare oportet. *Pragm. 18. §. 1. de ordin. ex form. judic.* vetuit appellari a Curiis localibus ad Tribunalia Capitalis, omisso medio Regiarum Audientiarum, si causæ non excedant summam ducatorum biscentum in Provinciis Calabriæ Citerioris & Ulterioris, Terræ Hydrunti, Baruli, Aprutiorum Citra & Ultra, ac Lucaniæ; in ceteris Provinciis Capitali vicinioribus, summam ducatorum centum, comprehensa sorte & interesse. Quapropter ita cautum legitur: „ Solamente possa portarsi l'appellazione alle Regie Udienze Provinciali: per lo di cui effetto non si possa da' Tribunali di Napoli nelle cause di dette summe ordinare la trasmissione degli atti *pro recognitione gravaminum* ne' Decreti interlocutorj, od in quelli, che han forza di diffinitivo; ma sì bene dopo che tali Cause saranno decise dalla Regia Udienza si possa produrre l'appellazione in questi Tribunali *quo ad actum devolutivum, non suspensivum*, con darsi la pleggerie in dette Regie Udienze in caso di ritrattazione, la quale debba correre a carico de' Proprietarj delle Mastrodattie rispettive. Il che s'intenda per le Cause, che di lor natura ammetterebbero appellazione *tam quo ad actum devolutivum, quam suspensivum*: ma per quelle poi, che *de jure* non ammettono appellazione loro, *quoad actum devolutivum tantum*, per qualunque summa che sia la Causa, restino in piedi le disposizioni delle Leggi così Comuni, come Municipali „ *Riccius in Subdistinctionem 1.* recensuit Curias, ad quas debet appellari. Sed quum hodie permulta sint immutata ob novam introductam politiam, operæ pretium est tyronibus nuperrimas exponere mutationes. Nimirum a Regia Dohana Menæpecudum Apuliæ non appelletur ad Regiam Cameram, nisi causa excedat summam ducatorum sexcentum. A Consulatibus Provincialibus ad Regium Tribunal M. Admirati. Ab hoc ad Supremum Magistratum Commercii. A Curiis Civitatum Allodialium ad Regiam Generalem Audientiam Guer-

ræ

ræ & Regiæ Domus. Ab Audientia Arcæ Sacræ ad Supremam Junctam Correspondentiæ. A Consultoribus hujus Civitatis in Causis Syndicatus Regentis, & Judicum M. C. non ad S. C., sed ad Regalem Camaram S. Claræ, sicut in omnibus ceteris Causis spectantibus Jurisdictioni, & interesse ejusdem Civitatis.

DISTINCTIO TERTIA.

SUMMARIUM.

1 *Appellatio primum judicium reducit ad terminum litis contestatæ.*
2 *In appellationis judicio terminus ad non posita ponendum, & non probata probandum a Judice appellationis impartitur.*
3 *In appellationis judicio positiones, & articuli admittantur sine clausula*, salvo jure impertinentium &c. *at in primo judicio, & ratio discriminis per Auctorem affertur.*
4 *Articuli bifariam sunt impertinentes, propriè, ac præsumptivè, idque plurimis exemplis explicatur, ut num. 6. & 9.*
5 *Articuli quinam admittendi, quive rejiciendi, multiplici jurium auctoritate firmatur.*
7 *Fratrum alii possunt esse liberi, alii servi.*
8 *Articuli, qui non antiquam, sed novam, & extraneam petitionem respiciunt, sunt impertinentes.*
10 *Publicatis attestationibus nequeunt recipi testes super eisdem articulis, quod in pluribus casibus limitatur, ut num. 15. usque ad num. 19.*
11 *In quavis lite duo considerantur, interesse peculii, & interesse existimationis.*
12 *Articuli directe contrarii articulis adversarii tanquam præsumptivè impertinentes rejiciuntur.*
13 *Articulus indirectè impertinens quinam sit.*
14 *Crimina non præsumuntur, nec dolus in rebus agendis.*
20 *Decreti formula in rejiciendis, vel admittendis articulis adducitur, & ejusmodi cognitio etiam magnifico Secretario S. C. committi solet.*
21 *Testium publicatio in judicio appellationis eodem modo, quo in causa principali, perficitur.*
22 *Repulsa & repulsa repulsa conceditur contra testes in termino appellationis examinatos, & an concedatur contra testes in termino primi judicii receptos.*
23 *Beneficia num concedantur in appellationis causa, & quid de termino ad concomitandum, aut impugnandum scripturas noviter productas.*
24 *In appellationis judicio fit conclusio, & monitio pro causa expeditione.*

Die &c. In causa N. N. per D. N. N. causæ Commissarium fuit datus terminus dierum . . . ad non posita ponendum, & non probata probandum, *vel* dierum . . in gradu appellationis.

Die &c. visa comparitione præsentata pro parte N. N. articuli primus, & tertius (*e. g.*) rejiciantur tamquam impertinentes, *vel dicitur*.

Die &c. visis comparitione fol. . . articulis fol. . . usque ad fol. . . *tot* ex prædictis admittantur articuli, & super eisdem recipiantur testes.

Die &c. visis comparitione, articulis, &c. S. C. declarat esse recipiendos articulos, & testes super eisdem examinandos.

IN præcedenti distinctione de appellatione disseruimus, quid ea sit, infra quod tempus interponenda, introducenda, prosequenda, ac terminanda, in præsentia de actibus, quibus appellationis judicium progreditur, & perficitur, videndum est.

Appellatio igitur interposita primum judicium reducit ad
1 terminum contestatæ litis, quo tempore quæ probata fuerunt, in eorum vigore maneor, & in hoc appellationis judicio tantum, quæ non posita fuerunt, ponuntur, & quæ non probata, probantur; ideoque ter
2 minus, qui impartitur, *ad non posita ponendum, & non probata probandum*, dicitur; qui terminus a Judice appellationis dari debet, *l. per hanc C. de tempor. appell. cap. fraternitatis de testibus, & attestat. Constit. Regni* incip. *Jurisperitorum altercationes*. Primus itaque
3 actus, quo prædictum appellationis judicium progreditur, dictus terminus est: hinc positiones super novis producuntur, super quibus actor tenetur deponere, & reus è converso: præsentantur articuli, qui non indistinctè, ut in primo admittuntur cum clausula, *salvo jure impertinentium, & non admittendorum, ex nunc, prout ex tunc facta publicatione*, ad tradita per D. Præsid. *dec. S. C.* 220. sed prævia cognitione, quinam pertinentes quive impertinentes sint, decreto declarandum, an admittendi sint, vel rejiciendi: & ratio discriminis est, nam ut in prima parte diximus, in Regno articulorum copia partibus minime conceditur, de qua praxi testatur quoque Afflict. *dec.* 33. ideoque subornationis timor abest, non sic in secundo appellationis judicio postquam aperta, & patefacta sunt contenta in articulis primi.

Articuli tamen bifariam sunt impertinentes, & inepti:
4 alii propriè, alii præsumptivè, propriè, qui actionem propositam nihil omnino adjuvant, neque concernunt; & licet probentur, non relevant, neque ullum intentioni præbent adminiculum *l. ad probationem* 21. *C. de probat. l. si quis libertatem* 7. *in fin. D. de heredit. pet. l. si duo* 13. §. *idem Julianus* 2. *in fin. D. de jurejur.* Bart. in *l.* 2. §. *quod observari a.* 25. *Cod. de jurejur. propt. calumn. dand.* Obrecht. *disp. de form. act. & lib. th.* 709. præsumptivè, & impropriè dicuntur, quum non sine subornationis timore super iis testes recipiuntur: qui autem admittendi, qui vero rejiciendi, pro majore dictorum declaratione non pauca jura referre par est, ut iis perlectis, ac perpensis, perti-
5 nentium, vel impertinentium notitia comprehendi possit; & primo.

Tex. in *l. ad probationem* 22. *C. de probation.* ibi: *ad probationem servitutis Glyconis matrem ejus, ac fratrem servilia fecisse ministeria non sufficit, cum neque ingenuorum conniventia conjunctis necessitudine præjudicet, neque de servis ex eadem matre natis libertatem unus adispici prohibeatur.*

Text. in præcit. *l. per hanc C. de tempor. appellat.* cujus verba sunt hæc.

Per hanc divinam Sanctionem decernimus, ut licentia quidem pateat in exercendis consultationibus tam appellatori, quam adversæ parti novis etiam assertionibus utendi, vel exceptionibus, quæ non ad novum capitulum pertinent, sed ex illis oriuntur, & illis conjuncta sunt, quæ apud anteriorem Judicem noscuntur propositæ. Sed & si qua dicta quidem allegatio monstrabitur, vel instrumentum aliquod prolatum, probationes tamen illo quidem definito tempore: verum apud sacros cognitores sine procrastinatione præberi poterunt, id quoque eos admittere, quo exercitatis jam negotiis pleniore fulgeant veritatis lumine.

Cap. Fraternitatis 17. *de testibus, & attestationibus*, ibi: *Fraternitatis tuæ literis nos consulere voluisti, utrum recipiendi sint novi testes super quæstione judicata, in qua testibus renunciatum constet utrinque: & an testibus in prima causa receptis, propter causam appellationis liceat super quæstionibus judicatis aliquid novi proponere, & infra. Duximus tibi respondendum, quod in appellationis causa, si nova contigerit emergere capitula, super quibus aliqua partium voluerit novos testes inducere, vel per jam receptos aliquid comprobare, eos credimus posse recipi super novis dumtaxat capitulis: receptis prius ab ipsis secundum formam recipiendorum testium juramentis.*

Tex. in Clem. 2. *de testibus*, ibi: *Testibus ritè receptis, & eorum attestationibus publicatis sicut non licet super eisdem, vel directo contrariis articulis alios, vel eosdem testes in principali causa producere; sic non debet in appellationis causa licere: cum non minus in appellationibus, quam in principali causa subornatio sit timenda.*

Constit. Regni incip. *Jurisperitorum tit. de probationibus in appellationibus producendis*, ibi:

Jurisperitorum altercationes determinare volentes, sancimus: si quando testes in principali causa producti fuerint, & etiam publicati super eodem articulo a producente, vel ab adversario testes amodo produci non posse propter falsi fabricandi materiam, propter cujus timorem post publicationem testium testes produci denuo jura in principalibus judiciis vetuerunt. In appellationibus etiam promittentes: quod si nulli testes fuerint in principali causa producti, ita demum in appellationum judiciis eos appellanti producere liceat, si is, qui terminum ad pro-
ban-

*biadum in principali causa exceperit, justa ex causa im-
peditum se doceat, propter quam speratos testes produce-
re nequisset: alioquin ad probandum denuo nullatenus
admittatur. Præsenti etiam sanctione illud edicimus ad-
scribendum, si quando in causis appellationum probatio-
nes inducendæ sunt, vel interrogationes, & concessiones
fieri desiderantur; in iis ambæ partes necessario sint præ-
sentes, ut eis terminus constituatur, causa plenius instrua-
tur. Quod si in termino peremptorio pars appellata, ci-
tata non venerit, nihilominus appellatore præsente, al-
tera parte contumaciter absente ad confirmationem senten-
tiæ secundum jus, & justitiam procedatur.*

Pragmat. *Quisquis* 30. *de offic. S. R. C.* ibi: *Ferdinandus
Primus.*

*Quisquis contra legem ante, vel post publicationem pro-
cessus, seu post promulgatam diffinitivam sententiam in
provocationis, revisionisque causa impertinentes articulos
prima positionibus causæ de directo adversos, vel idem
continentes formare attentaverit, pœna carolenorum decem,
ut minima nostrum in Fiscum inferenda, quolibet pro
impertinenti articulo mulctetur, & alia graviori pœna
Sacri nostri Consilii arbitrio inferenda, in qua personarum,
& causæ qualitatis rationem haberi volumus, ea lege
huic conditioni addita, ut quicumque Procuratoris, Acto-
ris, & Advocati, Tutoris, Curatoris, atque alterius
Administratoris dolo, culpa, vel calumnia in damnum
inciderit, quam pœnam solvit, ab eisdem repetere possit,
quos in dolo fuisse liquido constiterit, superioris pœnæ
duplicata, cliente absoluto, reos esse decernimus.*

Pragm. *contingit* 12. *de ordine Judic.* ibi: *Contingit sæpè
post processus publicationem sub nomine repulsæ articulor,
sive positiones impertinentes poni; item, vel de directo
contrarium cum primis capitulis continenter; unde na-
scitur subornationis, & falsitatis materia: unde oppor-
tunè providere volentes inhibendo mandamus, ut nullus
in causa appellationis, vel in repulsis ponere habeat ar-
ticulum, vel positionem impertinentem, cum ante publi-
cationem in principali causa posita forent, nisi in casibus,
in quibus beneficia, ut supra, concessa forent, & pars,
quæ contra fecerit, pro quolibet articulo impertinenti po-
sito, in eadem sententia in quinque tarenis condemnetur;
procurator vero duplicatam pœnam solvere teneatur.*

Propriè itaque impertinentes dicuntur, qui probati non
6 relevant; ut si velis probare quemdam esse servum,
conficeres articulum, fratrem fuisse servum; nam esto,
quod fuerit probatum, non relevat, ut ex *d. l. ad
probationem* 22. ubi quoque Cujac. *tit.* 19. *de probat.
lib.* 4. docet, quod si quis ponat, N. N. esse inge-
nuum, ex quo pater fuerit ingenuus, hæc positio non
relevat, ideoque impertinens; fieri enim potest, ut
matrem latinam, vel ancillam habuerit: ex ingenuo
autem, & latina latinus nascitur, & non ingenuus: ut
ex libero, & serva servus: vel si ponat se esse libe-
rum ex ingenuitate patris, & fratrum, vel eorum li-
bertinitate, non rectè quis se esse talem colligit; cum
7 ex pluribus fratribus alii possint esse liberi, alii servi,
adde *l.* 17. *eod. tit.* quemadmodum impertinens dicitur
articulus, si in libello quamdam domum petierim, &
concipiatur articulus, quod illa fuerit fratris mei, nam
licet fuerit probatum, nihil relevat, cum articulan-
dum, probandumque sit illam remansisse in ejus here-
ditate, cujus heres sum ego.

Item si in causa appellationis novi articuli producantur,
8 qui novam, ac prorsus extraneam, & non antiquam
petitionem concernunt, pro impertinentibus habentur,
ut per supradictam *l. per hanc*, ibique Bart. *l. eos C.
de appell.* aliaque exemple ad hanc rem comproban-
dam Lectoris prudentiæ committo.

Præsumptivè impertinentes articuli dicuntur, quoties sub-
9 ornationis suspicio adest respectu testium, super eis-
dem examinandorum, ut per sæpè cit. *l. per hanc*,
juncta ibi glos. in *addit.*, ubi habetur, quod de jure
canonico sicut in prima causa non possunt publicatis
attestationibus iidem, vel alii testes super eisdem
capitulis, vel directo contrariis produci, ita nec in
causa appellationis; cum non minus in causa appella-
tionis, quam in causa principali subornatio sit timenda.

Publicatis igitur attestationibus, scilicet post dicta te-
stium partibus patefacta, alii testes tam in causa prin-
cipali, quam in causa appellationis produci non pos-
sunt super eisdem articulis, qui concludenter probati
non fuerint; nimirum Titius a Sejo petiit centum,
quos dicebat mutuo dedisse, produxit testes ad nume-
rationem probandam, quam concludenter non proba-
verunt; publicato eorum examine alios testes produ-
cere nequit: & merito, ne illos corrumpat, & in-
struat ad falsum deponendum, ut bellè colligitur ex
prædicto *cap. fraternitatis*, & præfata *Clem.* juncta
11 glos., quod facilè contingere posset: duo enim in
qualibet lite considerantur, interesse peculii, nempe
lucrum, aut damnum, atque interesse existimationis,
idest victoria causæ, & utrumque sanè in humano
pectore magnam vim habere, quivis intelligit.

Præsumptivè etiam impertinentes dicuntur, si directo
12 contrarii sint articulis partis adversæ, ut si Sejus in
sua ultima voluntate reliquerit tibi mille, pro quo-
tum solutione convenisti Cajum heredem, qui prædi-
ctum impugnabat legatum plurimis ex causis; ipse ve-
ro ad ejusdem confirmationem articulum fecisti, quod
mense Augusti Salerni conventionem secum habuisti,
ut quolibet mense tibi solveret ea causa legati prædi-
cti centum, uti probasti. Cajus, qui didicit testificata
tua, post publicatum processum, nunc in causa appella-
tionis articulum confecit, quod Salerni hujusmodi con-
ventionem tecum non habuit; hic articulus utpotè di-
recto contrarius, tanquam impertinens rejicitur, cum
teneatur Cajus heres procurare testes, ut contrarium
testentur non sine subornationis timore.

Indirectè vero impertinens articulus erit, cum non prin-
13 cipaliter, & immediate, sed per consequens alterius
probationem enervat, Socin. in *cap. fraternitatis nu.
91. vers. advertere tamen il 2. circa med.* Butr. *ibidem num.
14. in tertia specie articulorum vers. secunda limitatur*
ut puta si articulum quis fecerit, quod mense Au-
gusti Salerni non aderat, sed alibi commorabatur, ar-
ticulus talis non est, ut rejici mereatur, ac tam actor
quam reus ad hanc probationem admittitur, ut fatetur
tur Giurba *dec.* 73. Capyc. *dec.* 62. Santelic. *dec.* 22. *nu.*
17. siquidem in hac circumstantia non erit manifestus
timor subornationis, neque tractatur de principali in-
tentione; non est enim hæc indirecta probatio tantæ
potentiæ, ut ipsa directa, cum non tollat probationem
primo loco factam, nisi per consequentiam; eoque ma-
gis, quod crimina neutiquam præsumuntur, neque quod
14 in rebus agendis dolo malo quisquam utatur, juxta
Ulp. responsum in *l. meritò D. pro socio*, ideoque su-
bornationis suspicio, ne testes recipiantur, non quidem
in omni casu debet æqualiter operari.

Quod autem hac in re fuit cautum de jure communi, ut
per dictum text. *l. ad probationem*, *l. per hanc*, & *cap.
fraternitatis*, & *Clem.* 2. confirmatum de jure muni-
cipali, ut per supradictam *Constitutionem Jurisperitorum*,
& Regiam *Pragm. contingit de ordin. judicior.* ac per
supradictam aliam *Pragm. Quisquis de officio S. R. C.*
15 declaratur, in quamplurimis causis super eisdem ar-
ticulis alios testes produci posse, quamvis processus
fuerit publicatus; videlicet si actor, vel reus fuerit
persona privilegiata, ut puta Minor, Mulier, Eccle-
sia, sive Collegium, ac Universitas, quibus beneficia
ad pinguius probandum conceduntur, ut ea dicta *Prag.
contingit*, ibi: *nisi in casibus, in quibus beneficia, ut
supra, concessa forent.* Uriel. *conclus. legal. canlas.* 148.
in v. articuli n. 94. Borrell. *in summ. decis. tom.* 2. *tit.* 1.
de articul. & posit. num. 28. quemadmodum prædicta
non procedunt in causa matrimoniali, cum quæstio est
16 de vinculo matrimonii, ut in *cap. fere de testib. &
attestation.* Mynsing. *ad cap. Fraternitatis* 17. *num.* 15.
Gaill. *obs.* 105. *num.* 5. 6. & 7. Borrell. *in summa decis.
tit.* 19. *de testib. post publicat. recept. num.* 47. cit. Uriell.
ibidem nu. 157. In causa criminali ad reorum defen-
sionem, Ursill. *ad Afflict. decis.* 216. *num.* 4. si nulli
examinati sint testes in causa principali, vel incuria,
vel dolo Judicis, Gonzalez in *lib.* 2. *decretal. tit.* 20. *de
testibus, & attestation. cap.* 48. *in notis num.* 2. Rursum
17 si testibus receptis, & examinatis perempta fuerit in-
stantia, alii possunt recipi, citat. Borrell. *ibidem n.* 42.
Afflict. *loco præcitato n.* 2. *in fin.*

Item si quod est deductum in articulo, fuerit concluden-
ter probatum per duos testes, qui ab Adversario fue-
runt repulsati, facta publicatione in termino repulsæ, vel
in causa appellationis, potest fieri ille idem articulus,
18 & alii testes adduci ad illud idem probandum; ne-
que vitio producentis tribuendum, cur in primo ter-
mino, non sint producti, cum probatio jam facta per
primos duos testes probatæ fidei pro veritate habeatur
l. ubi numerus 12. *D. de testibus*, *cap. venient* 10. *in
fin. cap. licet universis* 23. *extr. d. tit.* juxta protritum il-
lud: in ore duorum, vel trium stat omne verbum,

cap. novir de judic. cumque jam constet de veritate, falsitatis, ac subornationis cessat suspicio, ex Innocent. in *cap. cum clamor de testib.* aliique monet Afflict. *decis.* 216. & in *Constit. jurisperitor. num.* 11. *&* 12. *Sanfelic. in Praxi judiciar. sect.* 58. Hodiero. ad Surd. *decis* 59. *num.* 11. Borrell. *in summa decis. tit.* 19. *de testibus post publicat. etc. num.* 42. Afflict. in *d. decis. n.* 2. *in fin.* Rursum si varietur modus agendi, Borrell. *ibidem n.* 61. Item si primus articulus per novum declaretur necessitate facti, non probationis, nimirum explicando aliquam facti circumstantiam, nempe temporis, loci, aut similia, Sele *de inhibit. cap.* 3. §. 3. *num.* 6. Præterea si probatio sit facienda per evidentiam facti, eadem quocumque tempore fieri potest, Afflict. in præfata *decis. n.* 3. Borrell. *ibidem num.* 54. quia res ipsa immutabilem ostendit veritatem.

Ad summam in circumstantiarum variatione, ac in omni
19 alio casu, ubi subornationis timor cessat, scilicet si factum testibus innotuerit, qui tempore ipsorum nominationis in primo termino, juxta Regiam *Pragm.* 3. *tit. de testium reseratione*, justo quodam impedimento detenti non poterant examinari, puta quod alio commigraverint, vagantesque fuerint; postquam enim in Patriam rediere, procul dubio produci possunt. Alias limitationes vide penes Ursill. *ad Afflict. decis.* 216. *ubi num.* 3. sexaginta remissivè connumerat: quæ igitur in primo termino actor, vel reus concludenter probare nequiverit, in hoc plenè probare non vetatur. Cætera gnavo prudentique Judici remittuntur, qui id efficiat, ut hac in re judicium sine falsitatis timore subsistat, sed veritatis fundamentum ob oculos habeat, ac per legitimos tramites ritè, rectèque procedat.

Decretum duplici formula interponi potest, prima vide-
20 licet: *Die &c. visa comparitione fol.... primus, tertius, e. g. rejiciatur articulus, vel visis comparitione fol... articulis fol... usque ad fol... tot ex prædictis admittantur articuli, & super eisdem recipiantur testes*, altera idest: *Die &c. visis comparitione, articulis &c. S. C. declerat, esse recipiendos articulos, & testes super eisdem examinandos*; quod quidem decretum interponitur per S. C. in causa gravi; & hujusmodi formulam observari in antiquis processibus, & in *decis.* penes D. Præsid. de Franch. 668. *in fin.* cæterum cognitio isthæc etiam Magnifico ejusdem S. C. Secretario committi solet.

Secundus actus est publicatio testium examinatorum,
25 quæ fit præcedente citatione ad publicandum, eo prorsus modo, quo in causa principali perficitur.

Tertius actus est repulsa & repulsa repulsæ, idest ter-
22 minus, qui utrique parti appellatæ, & appellanti conceditur contra testes in termino ad non posita ponendum productos; contra testes verò in primo termino primi judicii examinatos, in hoc secundo repulsa minimè conceditur, nisi ex capite falsitatis, notat Afflict. *decis. S. C.* 216. ibique Ursillus *num.* 1. vel nisi in prima instantia repulsa contra testes petita, & non concessa fuisset; quemadmodum si testes in primo judicio non fuerint repulsati in termino ad repulsam dato, & in causa appellationis adversus illos testes non repulsatos objiciantur crimina, Judex terminum dare debet ad probandum ejusmodi crimina, idem Afflict. in *Consil. Jurisperitorum n.* 13.

Quartus actus est terminus, qui reo, & actori privile-
23 giato conceditur ad pinguius probandum, qui beneficium appellatur, & secundus terminus, qui secundum beneficium nuncupatur: quæ quidem beneficia conceduntur in hoc secundo appellationis judicio, quoties in primo nequaquam petita fuerint, Imbrian. in *tract. de primo, & secundo beneficio considerat.* 8. *n.* 39. *& seqq.*

Quintus actus est terminus, qui conceditur ad concomitandum, & impugnandum scripturas noviter productas, quemadmodum in prima parte latè diximus.

Ultimus actus, quo istud judicium terminatur, est con-
24 clusio, præcedente tamen citatione ad concludendum: processus taliter instructo, fit monitio pro causæ expeditione.

LEONARDI RICCII

IN DISTINCTIONEM III.

De Actia, quibus appellationis judicium progreditur, & perficitur.

SUMMARIUM.

1 *Appellatio primum judicium ad terminum contestatæ litis reducit, & in eorum vigore manent probata, & datur praxis procedendi.*
2 *Positiones, & articuli præsentati à Reo non admittuntur cum clausula salvo jure impertinentium, & assignatur ratio, & praxis.*
3 *Publicatio testium fit eodem modo, quo fit in secunda instantia, & Privilegiatis conceditur terminus primi, & secundi beneficii, & ad concomitandum, & impugnandum.*
4 *Terminus quando est continuus, & quando utilis.*
5 *Terminus dierum sex ad dicendum de nullitate declaratur.*
6 *Pendente appellatione a decreto publicationis, si terminus duorum mensium transit, appellans non potest petere primum, & secundum beneficium, & assignatur ratio.*
7 *Feriarum exceptio impedit acta facienda, sed facta valent.*
8 *Pauper potest appellare, etiam lapsis fatalibus.*
9 *Appellatio quatuor modis deseritur, & declaratur.*
10 *Suspectus allegatus Commissarius ad faciendum examen, si postea sine protestatione compareat coram eo valet examen, & datur cautela in facienda protestatione.*

1 Hic observa, quod appellatio primum judicium ad terminum contestatæ litis reducit, & probata in eorum vigore manent.

At in judicio appellationis terminus impartitur ad non posita ponendum, & non probata probandum.

2 Unde positiones super quibus actor tenetur deponere, & articuli, qui è converso reo præsentantur, non admittuntur cum clausula salvo jure impertinentium, & non admittendorum ex nunc prout ex tunc facta publicatione, quia qui sint pertinentes, qui impertinentes, admittendi, vel rejiciendi sunt mediante decreto, & prævia cognitione.

Et ratio discriminis est, quia in prima instantia articulorum copia partibus minimè conceditur, ideoque timor subornationis abest.

At in gradu appellationis aperta, & patefacta sunt contenta in articulis in prima instantia præsentatis.

Ideoque decretum fieri solet Die &c. visa comparitione præsentata pro parte N. articuli primus, & tertius rejiciantur tanquam impertinentes.

Vel articuli *fol.* usque ad *folium* admittantur tot ex prædictis, & super eisdem recipiantur testes.

Vel Sacrum Cons. declarat esse recipiendos articulos, & testes super eisdem esaminandos.

Et qui sit articulus impertinens, declarat Auctor noster hic *nu.* 13. cum limitationibus, ibi *quando subornationis timor cessat*.

3 Publicatio testium fit eodem modo, quod fit in prima instantia, & Privilegiatis conceditur terminus primi, & secundi beneficii, & ad concomitandum, & impugnandum scripturas, ut perbellè noster Auctor hæc omnia docet, & limitat.

De termino appellationis.

4 Terminus præscriptus a lege, vel statuto, vel a Judice, ut in compromisso appellatur, & sic ab omni termino conventionali maxime per dictionem infra dies tot, est continuus, & etiam dies feriati, & festivi computantur.

Ideo quod concessa dilatione ab obtinendam pacem non fuit auditus inquisitus post terminum, se excusans ob impedimentum carceris *Sanfelic. decis.* 52. *n.* 14.

Sed terminus legalis est utilis, quo ad initium, & finem, sed continuus, quod ad medium. Itaut si primus dies sit festus non computatur, sic etiam si ultimus dies sit festus *Hodier. controv.* 48. *n.* 19. *& decisum refert Motill. de in integr. restitut. & nullit. cum.* 169.

Et cum fuisset nulliter latum decretum die 19 Aprilis 1714. In Aula Spect. Reg. Gurgo, notificatum die

die 20. d. mensis, fuerunt præsentatæ nullitates die 26., quas noluit recipere Parisi in banca Anzalonis; in M. C. V. fuit decisum, quod recipiantur in d. Aula sub die 28. dicti mensis.

5 Et ratio fuit quia *pragm.* 4. *de dilation.* §. 18. interpretata fuit, ut sex dies statuti ad dicendum de nullitate sint 24. horarum compositi, & propterea terminus sex dierum durabat usque ad meridiem diei 26. & si dicta sexta dies sit feriata, potest præsentare nullitates sequente die septima; & ita fuit decisum.

6 Et facta publicatione in termino ad probandum, si de dicta publicatione pars appellavit, & interim pendente appellatione transierunt septem menses, tunc terminus dicitur lapsus in præjudicium appellantis; & appellans petere non potest primum, & secundum beneficium, quæ conceduntur intra 60. dies.

Et ratio est quia dicta appellatio censetur calumniosa, & injusta, & temeraria, quæ temeritas appellanti prodesse non debet *Rov. dec.* 18. ubi *Altim. Capyc. Latro decis.* 96. ubi *Gizzius*, *de Marin. resol.* 330. *lib.* 1. *n.* 3. *& ad Revert. dec.* 178. *Episcop. Riccius collect.* 3518. Et vide *Staib. resol.* 118. *lib.* 2., qui multos similes casus tradit.

De Feriis.

7 Exceptio feriarum impedit acta facienda, sed facta valent. *Gizzar. dec.* 98. *Prat. obser.* 47. *n.* 60. *Dom. Altim. rubr.* 9. *qu.* 40. *n.* 58.

8 Pauper potest appellare etiam lapsis fatalibus *Novar. par.* 1. *qu.* 78. *nu.* 11. *Scaccia de appellat. qu.* 15. *art.* 3., *& qu.* 12. *n.* 165. *Carrab. sing.* 8. *Afflict. in Const. in penitentiis n.* 43.

9 Appellatio quatuor modis deseritur.

Primo, cum infra decem dies datos ad appellandum non fuerit appellatum a decretis diffinitivis. *Motillus de appell. disert. fol.* 98. *num.* 66. *eu taut. in c. quoad consultationem de re judicata.*

Quæ tamen desertio vocari non debet, sed transitus in rem judicatam, dum non fuit appellatum, & amplius post dictum terminum appellari non licet *l. elegantes ff. de condict. indebiti verbo post rem & l. res judicata ff. de regul. juris.*

Secundo si fuerit appellatum infra decem dies, sed non fuerit prosecuta appellatio infra alios 50., ut in *Const. Regni appellationum tempora*, *ubi Afflict. post n.* 35. *& in decis.* 175. *Motillus loc. cit. num.* 71.

Tertio si fuerit prosecuta appellatio infra 50. dies, sed non exercitata infra annum, aut infra secundum annum finita, *l. final.* §. *illud C. de temporibus*, *& separat. appellat. auth. ai qui C. eodem Muscat. glossa fatalia num.* 20., *& glos. declarabitur num.* 2. *Scaccia de appellation. lib.* 3. *cap.* 2. *qu.* 15. *art.* 8. *n.* 119. *Motill. loco cit. num.* 72.

Sed hic annus in foro Ecclesiastico incipit a die appellationis factæ. *Clement. sicut de appellat.* Sed in foro laicali in nostro Regno incipit a die aperturæ, juxta *rit.* 6. *&* 153. ut latè *Muscatell. in glos. finienda par.* 2. ubi increpat *Carav.* qui dictum *rit.* non bene interpretavit, & secundum *Muscatell.* concludit *Petra in dicto ritu.*

Quarto si appellans post appellationem interpositam coram Judice a quo litigat, tunc censetur renuntiare appellationi, *Seial. cap.* 9. *de foro suspecto fol.* 86. *num.* 164. *eu textu in c. solicitudinem de appellas. & c. gratum de officio delegati.*

Sic etiam, qui alleeavit suspectum Commissarium electum ad faciendum examen, si postea compareat coram eodem absque protestatione, censetur consentire, & valet examen, *Scialoya loco cit. post Ricc. coll.* 1742.

Nam si protestatur, quod non intendit recedere a suspicione, vel ab appellatione non sibi præjudicat appellans, neque recusans, ut supra *Scialoya loco cit. post Guid. Pap. decis.* 364.

Cautela itaque datur, ut cautus sit appellans in facienda protestatione prædicta.

VINCENTII ALOI
IN CAP. I.
DISTINCTIONEM III.
ANIMADVERSIO
SUMMARIA.

I. *Exponitur Lex ad probationem* 22. *C. de probationib.*
II. *Ejusdem Legis consectaria.*
III. *Verus Legis per hanc C. de temporib. adpellat. sensus.*
IV. *Quæ inde sequantur.*
V. *Quid sibi revera velit Pontifex in Cap. Fraternitatis* 17. *de Testib.*
VI. *Quid denuo in Clement.* 2. *de testibus.*
VII. *Fusius enarratur Constit. Regni Jurisperitorum tenor.*
VIII. *Pragmat.* 30. *de offic. S. R. C. enarratur.*
IX. *Item & Pragmat.* 12. *de ordin. & form. Judic.*
X. *Expositarum Legum quisnam sit hodiernus usus.*

I. MAteriam articulorum impertinentium usque ad ubertatem Forensium calamus exercuit. Author noster in hac distinctione de illis summo ordine pertractat, primum transcribendo Constitutionem Justiniani, Rescripta Pontificum, & Leges Regni, & deinde ex illis deducendo quæ ad illorum materiam pertinent. Nos legum ipsarum verum sensum perscrutabimur, & quisnam earumdem sit in Foro hodiernus usus, exponemus. Glyco erat in possessione libertatis, sed mater & fratres ejus erant in servitute. Dominus illorum pretendebat etiam Glyconem in servitute esse debere. Rationes quas allegabat, erant, quod Mater & fratres Glyconis servilia ministeria exercebant, & Glyco ipse eamdem conditionem sequi debebat. Pro parte Glyconis opponebatur, quod rationes allatæ ad rem non faciebant. Ad probandam enim servitutem non sufficiebat, quod servilia ministeria mater, & fratres ejus exercebant, cum ex conniventia etiam liberi illa exercere possint. Et nihil prohibet Matrem, & fratres esse in servitute, unumque ex illis liberum esse. In hac controversia Imp. Diocletianus, & Maximianus Agathocleæ rescripserunt: *Ad probationem servitutis Glyconis matrem ejus, ac fratrem servilia fecisse ministeria, non sufficit: cum neque ingenuorum conniventia conjunctis necessitudine præjudicet, neque de servis ex eadem matre natis libertatem unus adipisci prohibeatur in l.* 22. *Cod. de probation.* Ratio rescripti est illa eadem, quæ producitur in *l. natales Cod. eod.*, scilicet, *cum nihil prohibeat, & te ingenuum esse & eam esse ancillam.* Jure enim Servi aut nascuntur ex ancillis, aut fiunt captivitate, vel venditione, si major 20. annis passus sit se venondari ad pretium participandum §. *ult. instit. de jur. person.* Extra has causas si quid aliud ab actore adsertur ad servitutem probandam, non sufficit, immo nequidem vel leviorem inducere potest præsumtionem.

II. Plura consectaria ex h. l. DD. intulerunt. 1. Quod non necessitate juris, sed conniventia Partis fiunt, non probant actionem, & intentionem Actoris; ut ex ministeriis servilibus Matris, & fratris Glyconis, servitus ipsius Glyconis rejecta fuit. 2. Si quis alium servum esse dicat, ille autem dicat se esse liberum, & in possessione libertatis, qui Servum esse intendit probare debet servitutem, ad illamque ostendendam afferre debet eas causas, ex quibus servi fiunt. 3. Tam ex hac *l. & l. natales* de probatione servitutis, quam ex *l. non epistolis*, *& l. Actor Cod. eod.*, ubi ad probandam consanguinitatem, & dominium constanter consanguinitas, & dominium ex certis & constitutis ex causis nascuntur, & extra illas quidquid affertur repellitur, Doctores etiam intulerunt post Baldum, quod per media impertinentia non fit probatio, Bald. in *epigr. l.* 22. *Cod. de probat.*

III. *In l.* 6. §. *si quid autem Cod. de appell., & consult.* Diocletianus & Maximianus rescripserunt quod appellans potest apud eum, qui de appellatione cognoscit, persequi quod in judicio acto fuerit omissum, & arbitrio Judicis remiserunt receptionem testium post interpositam appellationem. Justinianus in *l.* 4. *Cod. de*

temp. & reparat. app. rescripsit: *Per hanc divinam sanctionem decernimus, ut licentia quidem pateat in exercendis consultationibus, tam appellatori, quam adversæ parti novis etiam assertionibus utendi, vel exceptionibus, quæ non ad novum capitulum pertinent, sed ex illis oriuntur, & illis conjuncta sunt quæ apud anteriorem Judicem sunt proposita. Sed & si quæ dicta quidem allegatio monstrabitur, vel instrumentum aliquod prolatum, probationes tamen illo quidem tempore defuerint, verum apud sacros cognitores sine procrastinatione præberi poterunt: id quoque eos admittere, quo exercitatis jam negotiis pleniore subveniatur veritatis lumine.* Verus legis sensus est, quod in quocumque judicio appellationis, & coram quocumque Judice ad quem utraque pars litigans potest non allegatum in causa principali allegare, & non probatum probare. Quamquam enim Justinianus rescripsit Gretiano Magistro officiorum, & usus sit verbis quod *apud sacros cognitores sine procrastinatione præberi poterunt*, tamen non inferri debet quod lex ista restringi debeat ad delegatos Principis, vel Principis vice audituros, qui strictim *sacri cognitores appellantur l. 3. Cod. ubi Senatores, vel clarissimi &c.*, & ad cognitiones extraordinarias tantum, quia *cognitionis* verbum in Rescriptis Principum stricte ponitur juxta Jasonem in *l. cum prolatis ff. de re judic.* Justinianus enim in quocumque judicio tam extraordinario, quam ordinario appellationis, & coram quocumque Judice licentiam præbuit litigantibus alias probationes faciendi in primo judicio neglectas, & omissas. Nec novum est in jure, quod *cognitor* dicitur etiam quicumque judex, qui de negocio causave disceptat, & cognoscit *l. 1. §. cognitoribus ff. ad S. C. Turpill.*, & *cognitionis* nomen ad quæcumque judicia refertur *l. 1. ff. de offic. Assessor.*, *l. 4. ff. de rei vindicat. Novell. de Prætor. §. quoniam Const.* 13. Dum vero idem Justinianus sanxit quod novæ assertiones, exceptiones, probationesque debeant esse illæ, *quæ non ad novum capitulum pertinent, sed ex illis oriuntur, & illis conjuncta sunt, quæ apud anteriorem Judicem sunt propositæ*, voluit quod nova capitula debent pendere ex eadem causa, cum judex appellationis de alio non possit cognoscere, quam id quod per appellationem ad eum fuit devolutum; & omnes aliæ probationes quæ in primo judicio deductis non cohærent, aut ab illis prorsus extraneæ sunt, rejiciuntur.

IV. Sequitur inde. 1. Quod tam appellans quam appellatus possunt probationes facere quæ post litem contestatam fieri possunt, non autem exceptionibus dilatoriis judicatum tergiversare. 2. Quod concessa licentia alias probationes faciendi, si statutum alicubi est, ut in primo judicio omnes exceptiones peremtoriæ opponi deberent, ibi in judicio appellationis non possunt opponi, nisi evidenter probetur justum impedimentum adfuisse, quominus produci potuissent. 3. Beneficium hujus legis habet locum, quando litigans aliquid producere neglexit, vel omisit, forte opinatus ex adductis victoriam reportaturum. 4. Nova capitula quæ ex hac lege in judicio appellationis produci non debent generaliter sunt illa quibus mutatur vel variatur actio. Specialiter vero ex parte actoris, quæ actionem propositam non respiciunt neque coadjuvant, & ex antiquis non pendent: ex parte autem Rei quæ actionem deductam non infirmant, novum, & impertinens censetur.

V. At Alexander III. Placentino Episcopo *in c. Fraternitatis a. de test.* rescripsit, in causa appellationis si novæ contigerit emergere capitula, super quibus aliqua pars voluerit novos testes inducere, vel per jam receptos aliquid comprobari, eos posse recipi. Quid sibi voluit Pontifex in hoc Rescripto? Glossa subnectit, quod *didicitis attestationibus ulterius non recipiuntur testes alii super iisdem articulis, & leges civiles possunt intelligi, ut locum habeant super novis articulis pendentes ex prioribus*, & sic concordabunt *Juri Canonico*. Gonzalez *ad dict. decret.* tenet, quod super novis articulis novi testes recipi possunt, & novæ capitula appellat, quæ in totum sunt diversæ a prioribus. Hinc videtur prima facie dicendum, ut dixit Bartol. in *l. 1. per hanc Cod. de temp. appellat. in §. oppos.* quod jus canonicum sit oppositum civili. Illud enim articulos impertinentes vocat illos, qui continent idem, vel directo contrarium, ut in *d. c. Fraternitatis*, & dum admittit articulos novos, respuit antiquos. Jus civile e contra respuit articulos novos, & admittit antiquos. Adeoque nonnulli dixerunt, quod in terris Ecclesiæ servatur jus canonicum, sed in terris imperii servatur jus civile, *Guid. Pap. singul.* 108., *Bald. in l. per hanc n.* 5. Sed si recte consideretur *c. Fraternitatis* non differt a jure Civili. Pontifex enim ibi voluit, quod non idem, nec directo contrarium articuli contineant, ut pertinentes dicantur, sed aliquid de novo comprobandum. Et Justinianus similiter duo requirit, primum quod sint novæ assertiones, secundum, ut descendant a primis, seu conjunctæ sint illis quæ coram priori Judice fuerunt propositæ. Et si esse debent novæ assertiones, non eædem, & descendentes ab illis primis, ergo non debent esse contrariæ. Ideoque illud idem quod fuit dispositum in *l. per hanc*, disponitur etiam in cap. *Fraternitatis*, & nulla videtur differentia quoad pertinentiam, seu impertinentiam articulorum in causa appellationis inter jus civile, & canonicum.

VI. Denuo Clemens V. in *Clem.* x. *de testibus* dixit: non licere in causa appellationis super eisdem, vel directo contrariis articulis alios, vel eosdem testes producere, quia subornatio est timenda. Et Glossa illam interpretando subdit: *In causa appellationis reprobat communem legistarum opinionem, quod publicatis attestationibus in causa principali licebat producere in causa appellationis testes super iisdem articulis*. Fuit revera hæc mens Pontificia, an Glossa erravit? Certum est quod de jure civili per *auth. at qui semel C. de prob.* statutum fuit, ut qui semel produxit testes, & bis aut ter testificata tractaverit, & ex hoc testificata didicerit, licentiam non habebit ulterius uti productione testium; & Baldus ibi docuit, post didicita testificata testium, productio non procedit. Certum est etiam quod in *l. eos Cod. de appellat. Imp. Diocletianus, & Maximianus* rescripserunt, quod si minus se allegasse litigator crediderit, quod in judicio acto fuerit omissum, apud eum qui de appellatione cognoscit, persequatur; & Salycetus ibi dixit, non allegatum vel non probatum in causa principali, potest allegari & probari in causa appellationis; hæcque fuit comunis Legistarum opinio. Pontifex igitur in *d. Clem.* idem dixit, quod de jure civili statutum fuerat, scilicet quod testes super iisdem articulis produci non possunt ob timorem subornationis in causa appellationis, ut in causa principali, & reliquit juris civilis determinationibus productionem testium super novis assertionibus, & probationibus causam principalem coadjuvantibus, vel adminiculantibus.

VII. Non negari tamen potest quod ex male intellecta *l. per hanc* altercatio inter DD. orta erat, an produci possent in causa appellationis iidem articuli producti in causa principali, & super iisdem novi, ac antiqui testes examinari. Ad has altercationes tollendas Federicus II. in *Constit. jurisperitorum* jussit, quod si in primo judicio testes fuerunt producti, & publicati, super eodem articulo testes amodo produci non possunt, *propter falsi fabricandi materiam, propter cujus timorem post publicationem testium testes produci demum jura in principalibus judiciis vetuerunt.* Hæc verba Constitutionis aliquot DD. deceperunt, inter quos fuit *Afflictus* in *c. nota*, asserens, quod Federicus II. reprobato jure civili amplexus fuit opinionem Canonistarum. At Federicus dum *jura* respexit, non decretales, Clementinas, opinionemque Canonistarum præ oculis habuit, sed jura civilia, & in hoc capite sequutus fuit Justinianum in §. *qui vero mihi Auth. de testib.* Deinde sapientissimus Imperator respiciens quod ex justis causis evenire poterat, quod unus ex litigantibus testes producere nequisset, sanxit etiam quod postquam justum impedimentum docuisset, liceret testes producere, sed quando probationes, vel interrogationes, & concessiones fieri debent, necessario ambæ partes sint præsentes; quod si pars appellata citata non venerit, judex altera parte contumaciter absente, secundum jus, & justitiam judicet. Et in hoc capite etiam Justinianum sequutus fuit in *l. ampliorem Cod. de appellat.* Quæ Constitutio respectu articulorum impertinentium confirmata fuit a Johanna II. in *Rit. Item servat ipsa Curia*.

VIII. Sub Regibus Aragonensibus frequens fuit appellationum & revisionum usus, sicque irrepsit etiam usus articulos impertinentes producendi. Non desunt Scriptores nostrates, qui causam præbent juventuti copiosæ, quæ renatis literis ex Provinciis in Civitatem effluebat. Ut enim progressum studiorum Parentibus mon-

monstraret, & lucrum caperet in Foro, frequentes appellationes ievexit, articulosque impertinentes producendo lites involvebat. Quidquid sit, Ferdinandus I. sanxit, quod nec ante, nec post publicationem Processus vel post promulgatam sententiam liceret impertinentes articulos producere, vel primis positionibus de directo adversos, vel idem continentes. Et quisquis contra legem attentaverit, duplici pœna mulctavit, una, quam minimam vocavit, carolenorum decem Fisco inferenda pro quolibet impertinenti articulo: alia graviori pœna inferenda arbitrio S. C. habito respectu Personarum, & qualitatis causæ. Insuper jussit, et quicumque litigans dolo aut culpa Procuratoris, Advocati, Actoris, Tutoris, Curatoris, Administratoris in has pœnas inciderit, duplicatas repetere possint ab illis. Ex qua sanctione efformata fuit *Pragm.* 30. *de off. S. R. C.*

IX Idem Ferdinandus I. Aragonensis perspiciens quod sæpe post Processus promulgationem sub nomine repulsæ impertinentes articuli producebantur, unde oriebatur subornationis & falsitatis materie, jussit, ut nullus in repulsis, & in causa appellationis ponere habeat articulum, vel positionem impertinentem, nisi in casibus, in quibus beneficio concessa forent; eamdemque pœnam contra controventores irrogavit. Ex qua similiter sanctione efformata fuit *Pragm.* 12. *de ord. jud.*

X. Pœna in *d. Reg. Pragm.* comminata, jamdiu recessit ab usu. At usus expositarum legum viget in Foro. Articoli enim, qui causam principalem non respiciunt, nec coadjuvant, rejiciuntur, & appellantur impertinentes. Impertinentes itidem habentur articuli, qui idem continent, quod in primis articulis fuit deductum. Sed nullo modo impertinentes dicuntur illi, qui veteres declarant, vel illis nova adduet, & qualitercomque adminiculantur causæ, *Afflict. decis. 7.*, *Franch. dec.* 120., *Anna allegat.* 97. Secundum tamen antiquum stylum S. C., qui subtiliter colligitur ex dictis per *Præs. de Franch. in dec.* 120., diversitas observatur & hodie circa articulos impertinentes in judicio primo, & in causa appellationis. In prima enim instantia non statim facta oppositione de impertinentibus rejiciuntur, sed indistincte admittuntur cum clausula *salvo jure impertinentium & non admittendorum ex nunc pro tunc facta publicatione*, quia non disputatur de impertinentibus nisi post publicationem. Sed in causa appellationis absque dicta clausula impertinentes rejiciuntur juxta formam ab Auctore nostro allatam *num.* 20., & tantum in dubio, & in gravi causa cum dicta clausula admittuntur. Ratio diversitatis est, quia in prima instantia impertinentia articulorum non potest statim inspici, nec detegi, etsi facta publicatione, cum in Regno non detur articulorum copia. Sed in causa appellationis ex publicatione jam facta in prima instantia statim impertinentia articulorum cognoscitur, & discussio in oppositione statim etiam fieri potest auditis partibus.

DISTINCTIO QUARTA.

SUMMARIUM.

1 *Reclamationis definitio constituitur.*
2 *Reclamatio interponi potest intra biennium, & in hoc distat ab appellatione.*
3 *Antiquitus officia suprema durabant biennio.*
4 *Reclamatio in S.C. ubi D. Consiliario committitur.*
5 *Reclamatione infra decem dies interposita, executioni mandatur sententia cum cautione, si post decem dies sine cautione.*
6 *Dies in S.C. cur ab Actorum magistro notatur.*
7 *Fatalia in judicio reclamationis æque currunt ac in Appellationis judicio.*
8 *Effluxo biennio ad reclamationem introducendam sententia transit in rem judicatam.*
9 *Fatalia reclamationis quæ sint, & quandonam currere incipiant.*
10 *D. Regentis de Philippo sententia, quod fatalia biennio durent, exploditur.*
11 *Impedimenta fatalium suspensiva unde proveniant, ac S.C. decisiones proferuntur, ut num.* 12.
13 *Decreti formula, quibus declaratur, fatalium lapsum non obstare.*
14 *Fatalia non currunt nisi prolatam sententiam scienti.*
15 *Minor adversus fatalium cursum restituitur.*
16 *Morte reclamantis cursus fatalium suspenditur, sed hæres infra legitima tempora tenetur appellationem, seu reclamationem prosequi.*
17 *Incidentia, & emergentia quando fatalium cursum suspendant, & num. seq.*
18 *Attentatorum judicia pendenta, fatalia non currunt, quemadmodum si de mandati validitate, aut ineptitudine libelli ageretur, & de aliis impedimentis, quæ fatalium cursum suspendunt remissivè.*
19 *Reclamatio iisdem actibus, quibus appellatio, terminatur.*
20 *In confirmanda, vel revocanda sententia quæ formula adhibeatur, & num.* 22. & 23.
21 *Ubi justitia, ibi bonum.*
24 *Reclamatio non datur adversus duas sententias conformes, ideoque per S. C. in secunda sententia imponitur perpetuum silentium.*
25 *In judicio reclamationis, si sententia revocatur, non dicitur,* male judicatum, *& quare.*
26 *Quicquid in sententia revocatur, exprimitur, & exemplis ostenditur.*
27 *In judicio criminali, quum appellatur a M.C. quibus formulis pœna mutetur, vel minuatur.*
28 *Praxis decretorum, quæ præter ordinem, vulgo in* Trulio, *proferuntur.*
29 *Decretum illud,* reassumptis actis &c. *enucleatur, ut num. seqq.*
30 *Decretum* reassumptis actis *locum habet in causis modica summa.*
31 *Parte appellata succumbente in judicio summario vigore præfati decreti,* reassumptis actis, *& ipsa quoque potest appellare.*
32 *Exempla causarum cum hujusmodi decretis* reassumptis actis *per Actorem adducuntur.*
33 *Sententia qualibet vel absolutoria debet esse, vel condemnatoria.*
34 *Sententia diffinitiva debet in scriptis proferri.*
35 *Sententia debet accuratè, & magno conflictu pronunciari.*
36 *Sententia diffinitiva Dom. Commissario manu propria exaranda, ejusque formula indicatur, & exponitur, & num.* 38.
37 *Sententia a D. Commissario subscribenda.*

Die, &c. procedatur ad expeditionem causæ reclamationis, opposita per N. N. non obstantibus, *vel dicitur.*

Die, &c. procedatur ad ulteriora ad ea, quæ incumbunt pro expeditione causæ reclamationis, exceptione lapsus fatalium non obstante, *vel.*

Die, &c. S. C. declarat, exceptionem lapsus fatalium non obstare, & proinde procedatur ad expeditionem judicii reclamationis.

Die, &c. bene judicatum per nostrum S. C. & male reclamatum a sententia prolata, &c. *& quandoque additur*, & imponatur perpetuum silentium.

Die, &c. bene reclamatum, & proinde N. A. absolvatur ab impetitis pro parte N. B. *aliquando additur*, verum solvat in ejus beneficium ducatos . . . *vel dicitur*, & proinde sententia lata sub die, &c. non exequatur nisi pro summa ducatorum.

Die &c. bene judicatum per nostram M. C. V. & male appellatum per N. N. & proinde M. C. V. suum exequatur decretum.

Die, &c. bene appellatum, & male judicatum.

Die, &c. bene appellatum, & male judicatum, & proinde N. N. exulet *e. g.* taliter reformando decretum nostræ M. C. V.

Die, &c. bene judicatum; verum N. N. inserviat per annos quinque *e. g.* in Regiis triremibus, ita moderando decretum &c.

Die, &c. in Trulio auditis Fisci, ac Pauperum Advocatis, N. N. condemnatus ad remigandum *e. g.* sua vita durante, remiget per decennium, taliter moderando decretum Reg. Audientiæ, *vel dicitur*, N. N. condemnatus ad inserviendum in bello, exulet, ita reformando &c.

Die, &c. remissa est eidem M. C. quæ reassumptis actis justi-

justitiam faciat, *vel dicitur*, citrà præjudicium executionis.

Die, &c. per M. C. fuit provisum, & decretum, quod capiatur summaria informatio ad non posita ponendum, & non probata probandum in gradu appellationis, testes habeantur pro citatis, & recipiantur per Scribam causæ ad finem providendi.

Die, &c. benè appellatum, & malè judicatum, & proinde decretum interpositum sub die, &c. exequatur pro summa ducatorum . . . .

Die, &c. benè appellatum, & malè judicatum, & proinde decretum latum sub die &c. debitæ executioni demandetur.

HActenus de appellationis cursu, nunc de reclamatione, atque de ipsius appellationis diffinitivis de-
1 cretis tractandum. Reclamatio autem est sententiæ a Præfecto Prætorio prolatæ ad eundem in integrum restitutio, qua erroris proprii venia postulatur, vel Adversarii circumventio adducitur, ut ea text. in *l. Præfecti Prætoria* 18. *D. de minor.* 25. *ann.* ibi: *Præfecti etiam Prætorio ex sua sententia in integrum possunt restituere, quamvis appellari ab his non possit; hæc idcirco tam variè quia appellatio quidem iniquitatis sententiæ querelam; in integrum vero restitutio erroris proprii veniæ petitionem, vel Adversarii circumventionis allegationem continet:* igitur propter dignitatem, ac magnam Senatus auctoritatem (cujus vicem gerit S. nostrum C.) ad eundem decet habere recursum.

Itaque reclamatio interponi potest intra biennium *l. unic.*
2 C. *de sentent. Præfecti Prætorio*, *auth. quæ supplicatio C. de precibus Imperatori offer.* ibi: *retractationis jure illi servanda, qui se gravatum putaverit, ut intra biennium supplicare possit Imperatori*; & in hoc non parum distat ab appellatione; neque aliunde provenit,
3 quam quod antiquitus suprema officia biennio perdurabant, adeoque ne magna Jusdicentium auctoritas aliquo modo imminueretur, atque etiam et per successores sine ullo passionis velamine causæ merita reviderentur, quo litigantibus satisfieret, biennium fuit præstitutum, ut post Jacobum Cujac. *tit. de sentent. Præfecti Prætor.* notat D. Regens Rovit. *decis.* 21. *num.* 20. quod immutatum minime reperitur; proinde recla-
4 matio in nostro S. C. intra dictum biennium alii D. Consiliario committitur. Praxis autem obtinuit, quod si decem infra dies interponatur, tunc executioni demandatur sententia, præstita cautione in casu retra-
5 ctationis; si tamen post decem dies fuerit reclamatum, nulla cautio præstanda, Carav. super *Ritu M.C.* 252. *n.* 15. Rovit. *dec.* 21. *num.* 8. quæ praxis dimanat ex præd. *auth. quæ supplicatio*, ibi: *quæ supplicatio gloriosissimis Præfectis intra decem dies post sententiam non aliter executioni mandabitur, nisi victrix pars dignam fidejussionem præbuerit*, & ex *Pragm.* 5. *de officio S.R.C.*
6 & in S.C. notatur dies a Magistro actorum tum pro effectu prædicto, tum etiam pro cursu fatalium, quæ in reclamatione in S.C. currunt, ut ex *Pragm.* 53.
7 *de officio S. R. C.* quin etiam currunt eodem planè modo, quo fatalia appellationum; ergo quemadmodum illa annalia sunt, ita & quæ in reclamatione continentur annalia, & uniformia; cum ab eadem causa, & ratione dependeant, nempe a culpa, diligentia, vel impedimento, quæ tam pro appellato, quam pro reclamante, & adversus utrumque dignoscuntur, Carav. *Rit.* 252. *num.* 16. D. Reg. de Ponte *cons.* 62. *n.* 1. *lib.* 2. D. Reg. Revert. *dec.* 94. *lib.* 2. *in manuscript.* & *decis.* 178. *lib.* 1. Reg. de Marin. *lib.* 2. *resol.* 79. *num.* 6. D. Rovit. *decis.* 21. *num.* 15. Consiliar. Staiban. *resol.* 94. *num.* 19. 20. & 35. & *resolut.* 197. *lib.* 2. *num.* 2. aliique nostrates: quæ praxis profecto fundatur in text. *l. fin.* §. *sui sanfentaneum C. de tempor.* & *repar. appell.*

Terminus igitur ad interponendam reclamationem bien-
8 nium est, quo effluxo, in rem judicatam transit sententia; terminus vero ad illam prosequendam est unius anni, qui primum fatale dicitur, & incipit currere,
9 non quidem ab ultima die biennii ad supplicandum dati, *d. auth. quæ supplicatio*, sed a die supplicationis, quanquam in prima die biennii supplicatum esset, Revert. *decis.* 178. *num.* 2. postquam causa reclamationis commissa fuerit, Afflict. *decis.* 78. *num.* 7. Sanfelic. *dec.* 6. *num.* 5. Rovit. *decis.* 21. *num.* 16. *vers. respectu vero secundi termini*: impedimento autem interjecto alter annus impartitur, qui secundum fatale appellatur, ac tertius de jure canonico, ut in appellatione, hinc li-
10 quido patet, opinionem D. Hieronymi de Philippo in sua *dissertatione* 12. *num.* 41. quodlibet fatale biennio circumscribentis erroneam esse, contra stylum, ac praxim nostri S. C. imo adducta in decisionib. Gramm. 13. & Ursilli ad Afflict. 78. & D. Præsid. de Franch. *decis.* 661. *n.* 4. quibus innititur, ipsi advertantur, & ab eodem sine præfata distinctione allegantur.

Impedimenta vero, quæ fatalium cursum suspendunt mul-
11 tifariam considerantur; etenim emergere possunt aut ex facto ipsius reclamantis, puta propter inopiam, causa Reip. absentiam, captivitatem, vel in vinculis detentionem, aut ex aliis justis causis, ut ex *tit. C. Theodos. de repar. appellat.* aut ex facto Judicis, sive tertii, vel casu fortuito, aut ex facto reclamati, aut ex facto mixto, scilicet reclamantis, & reclamati, de quibus loquuntur jura in *l. fin. C. de temp.* & *repar. appellat. auth. si qui C. eod. cap. cum sit Romana de appellat.* & *cap. ex ratione eod. tit. in* 6. ac Doctores, ut post Franc. Abbat. & Dec. notat Emanuel Gonzalez in *d. cap. cum sit Romana num.* 11. Scaccia in *tract. de appellat. quæst.* 15. *art.* 3. D. de Marin. *cap.* 79. *lib.* 2. *resol. a num.* 6. Thesaur. *decis.* 10. respectu quorum, nempe reclamantis, Judicis, tertii, aut fortuito casu, oportet ut reclamans diligenter versatus sit, ac protestationem præmiserit: in quibus autem casibus hac protestatione sit opus, consule Scacciam *d. quæst.* 15. *art.* 9. *num.* 181. & *seq.* Præposit. in *c. ex ratione de Appell.* ideoque non semper, & indistinctè cursum fatalium impediunt: respectu vero impedimenti, quod provenit a reclamato, semper efficax est ad cursum impediendum, Sigismundus Scaccia *d. q.* 15. *art.* 3. *num.* 61. Mynsinger. *observat. cent.* 5. *observat.* 98. *n.* 5. Boer. *decis.* 247. *n.* 14. Verall. *decis.* 13. *num.* 1. *par.* 2. Magon. *decis. Lucens.* 49. *num.* 21. Caputaquen. *decis.* 11. Cassiodor. *decis.* 9. Ricc. *in collect. decis.* 10. *lect.* 245. Mastrill. *decis.* 185. Staiban. *resolut.* 140. *num.* 4. & ratio est, quia tempus fatalium elabitur culpa, & facto Adversarii; adeoque impedimentum a reclamato proveniens, eidemque proficuum, quod in rei possessione permaneat, reclamanti noxium esse non debet. Nec pigeat hic subnectere S.C. decisionem secutam junctis
12 duabus Aulis, meque interveniente in causa inter Illustrem D. Joannem Baptistam de Sangro Vegiani Principem, & D. Placidum Dentice juniorem vertente; nam vendita Terra Vegiani, instantibus creditoribus quondam D. Joannis Jacobi, & D. Aloysii Dentice comparuit D. Placidus Dentice senior contra D. Joannem Baptistam de Sangro possessorem, ut illam relaxaret vigore fideicommissi super ea instituti a Regio Consiliario D. Antonio Dentice cum triplici assensu Serenissimorum Regum: instructo judicio sententia S.C. fuit absolutus prædictus de Sangro; a qua sententia reclamavit D. Franciscus Dentice filius, commissa causa, ob mortem D. Joan. Baptistæ de Sangro, controsupplicata fuit intimata D. Jacobo filio in loco feudi, & postmodum procuratori constituto, a quo fuit opposita exceptio *Pragm. editæ Thani*; medietas enim dictæ Terræ devoluta erat ad Regiam Curiam ob crimen perduellionis, & a Rege Friderico vendita suo anno 1598. magnifico Aloysio Dentice cum facultate vendendi, & alienandi; & quod fiscus partem communem etiam vendere poterat, atque insuper alia instantia laudatus Regius Fiscus, quatenus sua intererat, & obtenta regia decreratione, *intimetur Fisco*, & *parti*, vita functo d. D. Francisco anno 1673. relictis in infantili ætate filiis D. Placido juniore, & D. Aloysio, reclamatio siluit: effectus major D. Placidus anno 1699. habita notitia de dicto fideicommisso, institit pro expeditione causæ reclamationis, cumque per Illustrem Vegiani Principem fuisset replicatum, ob lapsum fatalium, & cursum tot annorum reclamationem jam fuisse desertam, & proinde rejiciendum D. Placidum a limine judicii, rationibus supra consideratis. Per S. C. proposita causa, & pluries tractata, fuit provisum sequenti formula: *Procedatur ad expeditionem causæ reclamationis oppositis per Illustrem Dominum Principem non obstantibus*, juxta formulam, quæ legitur in *resolutione* Consiliarii Staibano 140. Verum in
13 aliis processibus animadverti, per S.C. fuisse pronunciatum hoc pacto, vz. *Procedatur ad ulteriora, ad ea, quæ incumbunt pro expeditione causæ reclamationis, exceptione lapsus fatalium non obstante*; vel: *S. C. declarat, exceptionem lapsus fatalium non obstare, & proinde*

inde procedatur ad expeditionem juxta reclamationis;
idque secundum terminos, in quibus causa reperitur;
ita quod modò unum, modò aliud decretum interpo-
ni soleat.
Sed Lectores admonitos velim, tunc dici, *procedatur ad
expeditionem reclamationis*, quando judicium est jam com-
pilatum, prout fuit casus resolutionis D. Staibani;
erat enim facta etiam monitio pro dicta expeditione;
quæ sane decretorum praxis alia S. C. sententia com-
probatur; etenim cum die 11. Octobris 1588. fuerit
condemnatus Joannes Antonius Pensinus ad relaxandum
in beneficium magnificæ Lucretiæ Pensinæ quædam bo-
na in judicium deducta unà cum fructibus; restitutis
tamen per eandem Lucretiam quantitatibus ab eodem
Jo: Antonio receptis unà cum interesse a tempore exe-
quutionis sententiæ liquidando, in qua liquidatione
fuit etiam dictum, quod haberetur ratio meliorationum
in bonis factarum per Jo: Antonium: quoniam præ-
dicta sententia fuit postmodum exequuta anno 1618.
quo tempore fuit ab hærede Jo: Antonii porrecta re-
clamationis supplicatio; quanquam pro parte dictæ Lu-
cretiæ fuisset oppositum, quod fatalia jam erant elapsa,
nihilominus per S. C. pronunciatum fuit, *exceptionem
lapsus fatalium non obstare*, testibus D. Regente Ro-
vito *dict. decis.* 21., & D. Regente Sanfelic. *decis.* 6.
Hinc etiam noto, quod cursus fatalium non currit, ni-
14 si prolatæ sententiæ integra cognitio habeatur, ut ex
cap. ex ratione de appellat. ibi: *ne ignorantes negotium*,
Gaill. *lib.* 1. *observ. cap.* 139. *num.* 7. qui citat Franc. in
d. cap. & minor adversus cursum fatalium in inte-
15 grum restitutione gaudet, Capyc. *decis.* 96. *num.* 14.
D. Præses de Franch. *decis.* 473. D. Petra *Ritu* 260.
num. 40. Thor. *in compend. decis. com.* 1. *v. restitutio in
integrum*, Muscateli. in *prax. p.* 3. *gla. fueriat num.* 33.
Rursus morte reclamationis cursus fatalium suspenditur,
16 Ricc. *collect.* 245. *limit.* 8. Cretent. *decis.* 4. heres tamen
tenetur infra legitima tempora appellationem prosequi,
seu reclamationem, ad intellectum *l.* 1. *& ult. C. si
pendente appellatione mors &c. l. unic. C. Theodos. eod. tit.*
Item incidentia, & emergentia cursum fatalium suspen-
17 dunt, donec fuerint decisa, Odd. *de restit. in integr.
p.* 2. *qu.* 7c. *num.* 11. *art.* 1. cæteros referens: quemad-
18 modum pendente attentatorum judicio non currunt,
idem Odd. *part.* 2. *qu.* 71. Borrell. *in summa decis. p.* 2.
tit. 33. *num.* 1107. *& tit.* 36. *num.* 202. Scaccia *de appel.
qu.* 15. *num.* 61. similiter si de validitate, vel de inva-
liditate mandati, ac de libelli ineptitudine agatur,
Odd. *cit. qu.* 71. *art.* 1. *num.* 9. Rot. *divers. decis.* 857. *p.*
3. dummodo hæc incidentia meram dilationem non
contineant, Odd. *cit. qu.* 71. *num.* 12. & sic quando ju-
stam litiganti cautam appellans habuerit, Franc. in
d. cap. ex ratione, Scaccia *loc. cit. num.* 80. cætera impe-
dimenta, quæ fatalium cursum suspendunt, connume-
rant Ricc. in *d. collect.* 245. Nicolaus Christophorus Lin-
ghærus in *tract. de fatalibus*.
Tandem quibus actibus determinatur appellatio, eisdem
19 reclamatio perficitur, & præcedente monitione cum
termino juris, nec sine prævia nota cautarum expe-
diendarum in Aula, ut Advocati consultius jura pro-
ponant: interdum etiam a Commissario præcipitur quod
partes informent, ut Advocati cautarum multitudine im-
pliciti nullum habeant excusationis subterfugium. Pro-
posita causa per D. Commissarium, si prima confir-
20 metur sententia, dicitur: *benè judicatum per N. M.
C. e. g. & malè appellatum pro parte N. N.* si vero
revocetur, dicitur: *benè appellatum, & malè judicatum*,
& semper initium sumit ex dictione *benè*; nam ubi
justitia, quæ semper primum sibi vindicat locum, ibi
21 bonum; omne autem bonum a Patre luminum est:
si verò sententia plura contineat capita, respectu quo-
22 rum confirmatur, vel revocatur, tunc dicitur: *benè
judicatum respectu primi, vel secundi, vel tertii capitis
e. g. & malè appellatum respectu quarti, vel quinti ca-
pitis*.
Verùm in judicio reclamationis a sententia S. C., si ea-
23 dem confirmetur, dicitur: *benè judicatum per N. S.
C. & malè reclamatum a sententia prolata, &c.* &
24 multoties additur, quum DD. judicantibus videbitur,
& imponatur perpetuum silentium; postquam duæ sen-
tentiæ conformes a S. C. fuerint promulgatæ, juxta
Pragm. 5. *de Offic. S. R. C.* ideoque non est amplius
locus reclamationi, docent D. Præses de Franch. *decis.*
535. ibique Addentes: si revocetur, dicitur, *benè re-
clamatum*, sed non dicitur, *malè judicatum*, ob reve-
25 rentiam Supremi Tribunalis; etenim non præsumitur,
doctissimos Senatores juris, legumque peritissimos er-
rasse, sed partes in proponendis earum juribus defe-
cisse: exprimitur tamen quicquid in sententia revo-
26 catur, ut sequentibus exemplis palam fiet.
Magnificus Horatius de Januario fuit in S. C. conven-
tus a Rev. D. Blasio Sequino Beneficiato Sacelli San-
ctissimæ Trinitatis Capyciorum ad solvendos præte-
ritos census ad rationem ducatorum septem; dein con-
demnatus, a diffinitivo decreto reclamavit, compila-
toque judicio coram alio Commissario obtinuit, cen-
sus esse solvendos ad rationem ducatorum quinque se-
quenti formula. *Per hanc nostram diffinitivam senten-
tentiam dicimus, pronunciamus, sententiamus, decerni-
mus, & declaramus, benè fuisse, & esse reclamatum
pro parte U. J. D. Horatii de Januario, & proinde ab-
solvatur dictus U. J. D. Horatius de Januario ab im-
petitis pro parte R. D. Blasii Antonii Sequino Benefi-
ciato Capellæ Sanctissimæ Trinitatis, & continuet solu-
tionem census ad rationem ducatorum quinque quolibet anno.*
Rursum in S. C. fuit condemnatus N. A. ad solvendam
summam ducatorum bis mille N. B., obtenta reclama-
tione, ac judicio jam instructo, sententia prodiit, ut
solveret ducatos mille, eadem formula: *benè reclama-
tum; & proinde absolvatur ab impetitis pro parte N.
B. verum solvat in ejus beneficium tantum ducatos mil-
le*; vel etiam dici potest, prout in antiquis processibus
observavi: *& proinde sententia lata sub die &c. non
exequatur nisi pro summa ducatorum mille.*
At verò in judicio appellationis si sententia M. C. con-
firmetur, dicitur: *bene fuisse, & esse judicatum per
N. M. C. V. & malè appellatum ad nos nostrumque S.
R. C.* vel dicitur: *ad Majestatem nostram, nostrumque
S. R. C. per N. N. & proinde M. C. Vicariæ suum
exequatur decretum.*
In judicio autem criminali, quando a M. C. appella-
27 tur, si mutetur poena, ut puta si quis condemnatus
fuerit ad remigandum, & per S. C. ad exulandum,
tunc dicitur: *benè appellatum, & malè judicatum, &
proinde exulet, taliter reformando &c.* si vero poena di-
minuatur, ut quia sit condemnatus ad remigandum per
decennium, a S. C. verò per annos quinque conti-
nuos, tunc dicitur: *bene judicatum; verum N. N. in-
serviat per annos quinque in regiis Triremibus, ita mo-
derando decretum N. M. C. V.*
Eadem decreta interponuntur quoque in M. C. V. Cri-
28 minali in causis condemnatorum, qui ad eandem a
Regiis Audientiis transmittuntur, auditis in earum re-
visione Fisci, ac Pauperum Advocatis, vigore facul-
tatis tributæ a D. Prorege Spectabili Regenti, modò
necessitas id expostulet. quæ revisio dicitur in M. C.
Truglio, vocabulum sanè corruptum, quod in Foro
per ora Curialium circumfertur, & est modus præter
consuetum ordinem procedendi, ideoque *Truglio*: for-
mulæ autem talium decretorum sunt hujusmodi.
*Die &c. in Trulio, auditis Fisci, ac Pauperum Advo-
catis N. A. condemnatus ad remigandum e. g. sua vi-
ta durante remiget per decennium, taliter moderando de-
cretum Regiæ Audientiæ*, vel *condemnatus ad inservien-
dum in bello, exulet, ita reformando &c.*
Devenio tandem ad explicationem decreti, quo dicitur:
29 *remissa est eidem M. C. qua reassumptis actis justitiam
faciat*, vel dicitur: *citrà præjudicium executionis*. Hoc
planè decretum fieri solet a Spectabili D. Præside Sa-
cri Consilii in calce supplicationis per appellantem a
decreto M. Curiæ porrectæ; plerumque verò ut ju-
stitia maturiùs perpendatur, in eadem supplicatione de-
cernitur, quod *M. C. de supplicatis verbum faciat in
S. C.* a quo, secuta relatione M. C., ac partibus au-
ditis, supradictum interponitur decretum. Illud tamen
30 locum habet in causis modicam summam continen-
tibus, quæve summario termino definiuntur: dicitur
ibi, *reassumptis actis*, non, ut ex eisdem revideatur,
sed ut iterum sumptis probationibus causa decidatur
termino summario, quod expletur hac forma, vide-
licet: *Per M. C. fuit provisum, & decretum, quod
capiatur summaria informatio ad non posita ponendum,
& non probata probandum in gradu appellationis, testes
habeantur pro citatis, & recipiantur per Scribam causæ
ad finem providendi*: completo autem examine, fit fa-
cultas ad dicendum: dicitur, *citra præjudicium execu-
tionis*, siquidem pro modica summa appellatio eam non
impedit, & hac etiam ratione appellatio eidem M.
C. committitur.

Si

Si tamen primum decretum in primo judicio summario
interpositum, in secundo confirmetur, dicitur: *benè
judicatum, & malè appellatum*; si revocetur, *benè ap-
pellatum, & malè judicatum*: si verò non quidem in
totum, sed ex parte revocetur, dicitur: *benè appel-
latum, & malè judicatum, & proinde decretum inter-
positum sub die, &c. exequatur pro summa ducatorum...*
Quod si appellatus in hoc appellationis judicio suc-
31 cumbat, ipse quoque appellare valet; sed in suppli-
catione primum, & secundum decretum enarrare debet,
& obtento decreto, *reassumptis actis*, modo quo supra,
in termino summario novas probationes producere po-
terit.

Multa exempla ad rem accommodatissima possem afferre
32 in medium, sed tria tantum hic majoris dilucida-
tionis ergo non pigebit adducere, primum scilicet
erit. Nicolaus Durante in jus vocavit Hieronymum
Vinaccio, ut sibi solveret certam pecuniæ quantitatem
mutuo datam: Hieronymus verò allegavit novam con-
ventionem, & circa quantitatem, & circa modum il-
lam solvendi, nempe quod ejus vigore non tenebatur
solvere, nisi tantum carolenos viginti quolibet men-
se, super qua conventione termino summario impar-
tito, eoque compilato, M. C. decrevit, allegatam
conventionem locum non habere respectu summæ, sed
solum respectu modi: conventus de hoc decreto a spe-
ctabili Præside regiam decretationem obtinuit, quod
M. C. verbum faceret, quo facto, fuit dictum, *remis-
sa est eidem M. C. quæ reassumptis actis justitiam fa-
ciat*.

Secundum. Titius conduxit e Cajo equum pro Civitate
Ariani, duxitque eum longius, nempe ad Civitatem
Sipontinam, seu Manfredoniæ; in itinere equus pe-
riit: comparuit Cajus in M. C., & petiit, ut sibi
Titius solveret pretium equi, quoniam ejus culpa pe-
rierat; nam cum iter viginti milliarum facere de-
buisset, iter 40. milliarum quolibet die fuit emensus:
termino summario impartito, fuit conventus condem-
natus ad solvendum quantitatem liquidandam, et dato
quoque termino summario pro dicta quantitate liqui-
danda, fuit liquidata pro summa ducatorum 35. Ab
hujusmodi decreto appellavit Titius, & obtento de-
creto eadem forma, qua supra, termino summario im-
partito in gradu appellationis, fuit dictum, *bene ap-
pellatum*, & moderata summa in ducatis 15. Cajus ap-
pellavit ab hoc decreto, quo summa ducatorum 35.
fuit diminuta in summa ducatorum 15. datoque ter-
mino summario probavit, equum omni morbo carere,
illumque non esse senem, & ultrà summam ducato-
rum 30. potuisse vendari. Per M. C. compila-
to termino fuit pronunciatum: *benè appellatum, &
malè judicatum, & proinde decretum latum sub die &c.
debitæ exequutioni demandetur*, prout fuit executioni
demandatum.

Hic autem e proposito non alienum existimo Lectores
33 præmonere, sententiam quamlibet diffinitivam vel
condemnationis, vel absolutionis proferendam, ex di-
vino præcepto, juxtà D. Gregor. *can. summoperè præ-
cavere* 70. 11. *qu.* 3. aliàs nulla est, *l. Prases* 3. C.
de sent. interl. omn. jud. quibusvis tamen verbis ab-
solutionem, vel condemnationem significantibus, *l. in
summa* 59. *D. de re judic. l. cum judex* 11. *C. de sent.*
34 *& interlor. omn. judic.* Præterea nonnisi in scriptis
proferenda, si enim sine scripto dicatur, ne nomen
quidem sententiæ promeretur, *l. statuts* 3. *C. de sent.
ex brevic. recit. can. in primis requirendum* 7. §. *fin.* 2.
qu. 1. *cap. & si sententia diffinitiva* 5. *sive fin. de
sentent. & re judic. in* 6. nec pigeat meminisse de ali-
35 bi scriptis, ut nimirum accuratè, diligenter, & con-
sulto, imò magno conflictu sententia dicatur, *l. quod
magna* 7. *C. commutationes, epistolas &c.* sententiæ
igitur manu propria exarantur, mox a magnifico Se-
36 cretario S. C. registrantur sequenti formula: *Die &c.
in causa N. N. cum N. N. Philippus Dei gratia Rex.
Visa supplicatione Majestati nostræ, & in nostro S. C.
oblata pro parte N. N. contra N. N. fol.* . . cujus te-
nor talis est. *Visis denique videndis, per hanc nostram
diffinitivam sententiam dicimus, pronunciamus, senten-
tiamus, decernimus, & declaramus &c.* quæ sententia
ita concepta nomine, & cognomine a D. Commissa-
37 rio subscribitur, ex *Novella Leonis* 45. & in processu
ponitur. At pro enucleatione non prætermitto, quod
illa verba, nempe *dicimus, pronunciamus &c.* præ-
mittuntur ad ostendendum, sententiam fuisse stu-
dio, & matura deliberatione prolatam, juxta moni-
38 tum Impp. Valen. Valent. & Grat. in *l. hac lege* 2.
C. de sententiis ex breviculo recitandis, ibi: *hac lege
perpetuò credimus ordinandum, ut Judices, quos cogno-
scendi, & pronunciandi necessitas tenet, non subitas, sed
deliberatione habita, post negotium, sententias pondera-
tas sibi ante forment; oportet enim Judices*, ut inquit
Constantinus in *l. Judices* 9. *Cod. de judic.*, *in pri-
mis rei qualitatem plena inquisitione discutere*; & alle-
gationibus auditis, & veritate perquisita pronunciare,
auth. *qui semel C. quomodo, & quando Judex senten-
tiam proferre debent*, atque etiam ad indicandam o-
mnimodam potestatem, qua fungitur Senatus; quoniam
pronunciatur nomine Regis, cui ab initio supplici
libello sub titulo S. R. M. fuit de justitia supplica-
tum.

LEONARDI RICCII

IN DISTINCTIONEM IV.

De Reclamatione.

SUMMARIUM.

1 *Reclamatio quid est.*

2 *Reclamatio interponi potest intra biennium, & alii Dom. Commissario committitur. Verum si reclamatur infra decem dies, executioni demandatur sententia cum cautione in casu retractationis, sed elapsis decem diebus, tunc cautio non præstatur.*

3 *Fatalium cursus in Sac. Cons. currit non obstante aliis contrarium dicentibus, & Magister Actorum notat diem pro effectu prædicto.*

4 *Reclamatio non datur adversus duas sententias, & in secunda sententia imponitur perpetuum silentium.*

5 *Sententia in rem judicatam transit elapso biennio, & dantur tres termini ad prosequendam reclamationem, idest tres anni cum declarationibus.*

6 *Cursus fatalium non currit, nisi a die scientiæ esse sententiam prolatam.*

7 *Appellatio a M. C. V. ad S. Reg. Cons. variari non potest in Actis, sed continuari debet, ubi relatio alicujus incidentis fuit facta, nisi incidens fuisset separatum ab articulo principali, & datur advertimentum.*

8 *Condemnatus ad quantitatem liquidandam non potest procedere si reclamat, sed expedienda erit liquidatio, & executio.*

9 *Reclamatio terminatur iisdem actis, quibus appellatio.*

10 *Reclamatio & appellatio in judiciis summariis de damno, quod separari potest per Judicium ordinarium; neque quoad actum suspensivum, neque actum devolutivum datur.*

Secus a decreto nullitates obstare, vel aliquas nullitates obstare.

11 *Reg. Aud. Delegata S. Excell. ut procedat appellatione remota in gravi delicto, non intelligitur prohibita oppositio nullitatis.*

Et si sit decretum nullitates non obstare, a dicto decreto neque appellatur, & ratio assignatur, sicut quando est articulus separatus a principali.

1 Reclamatio est sententiæ à Præfecto Prætorio pro-
latæ ad eundem in integrum restitutio, qua er-
roris proprii venia postulatur, vel adversarii circum-
ventio adducitur, Auctor noster hic.

2 Reclamatio interponi potest intra biennium, &
alii Dom. Commissario committitur.

Verum in Sac. Cons. Neapolitano si infra decem dies
interponitur, tunc sententia executioni demandatur
præstita cautione in casu retractationis.

Sed si post decem dies reclamatum fuit cautio mini-
me præstanda erit, Auctor noster hic *num.* 5. *ex
pragm.* 5. *de offic. Sac. Reg. Cons.*, *& aliis legibus
ibi citatis.*

3 Fatalium cursus in dicto Sac. Cons. currit, Auctor
noster hic ex *Prag.* 53. *de officio S. R. C.*

Et proinde Auctor noster notat diem pro effectu
prædicto, pro cautione ut supra non obstantibus in
contrarium traditis, per *Reg. Galeot. controv.* 19.
& 20.

& 20. lib. 1., *& per Carleval. quos late confutavit Staib. resol. 94. cent. 1. & resol. 90. tit. 4.*

4 Reclamatio non datur adverſus duas ſententias conformes, ſed in ſecunda ſententia imponitur perpetuum ſilentium, Auctor noſter hic *num.* 24.

Termino biennii gaudet gravatus ad reclamandum, quo termino elapſo ſententia tranſit in rem judicatam.

5 Termino unius anni gaudet ad proſequendam reclamationem, qui primum fatale dicitur.

Et currere incipit à die ſupplicationis, etiam ſi prima die biennii ſupplicatum eſſet.

Termino ſecundi anni gaudet ad proſequendam reclamationem, ſi fuerit aliquo impedimento impeditus reclamans. Qui ſecundus annus ſecundum fatale appellatur.

Termino tertii anni gaudet reclamans de jure Can. etiam in noſtro Sac. Conſil., rejecto *D. Hieronymo de Philippo in ſua diſſertatione* 12. *nu.* 4., ut late concludit noſter Auctor hic *n.* 10. ubi in ſequentibus narrat impedimenta, quæ fatalium curſum ſuſpendunt, ubi te remitto.

6 Curſus fatalium non currit niſi illi, qui ſciat eſſe prolatam ſententiam Auctor in *dict. c.* 2. *diſt.* 4. *par.* 2. *in* 2. *inſt. num.* 14., *& text. in cap. ex ratione dicta appellat.*

7 Reclamatio, ſive appellatio quæ imponitur à diffinitivo decreto M. C. V. non poteſt variari in aliena Aula, quam in eadem ubi de aliquo incidenti ejuſdem cauſæ fuit facta relatio.

Et proinde in ſupplicatione fieri debet mentio de dicta Aula, in qua fuit de dicto incidenti cognitum, ut Dom. Præſ. poſſit Commiſſario ejuſdem Aulæ cauſſam committere, *Mosillo de appellat. fol.* 91. *nu.* 22. ubi allegat *de Franc. dec.* 258. *ſed dict. Dom. de Franc. limit.* Niſi incidens fuiſſet incidens ſeparatum ab articulo principali, quia tum validè committitur Commiſſario diverſæ Aulæ.

8 Reclamatum ubi fuerit a ſententia Sac. Conſ. per quam quis fuit condemnatus ad quantitatem liquidandam, procedi non poteſt in cauſa reclamationis.

Sed expectanda eſt prius liquidatio, & poſt liquidationem executio *de Marin. lib.* 2. *reſol.* 178. *nu.* 4.

9 Reclamatio terminatur iiſdem actis, quibus appellatio, Auctor noſter hic *n.* 19.

10 Reclamatio, nec appellatio datur tam ad effectum ſuſpenſivum, quam ad effectum devolutivum, quando in judiciis ſummariis agitur non de damno irreparabili, ſed damno quod reparari poteſt per judicium ordinarium *de Marin. reſ.* 328. *& ego dixi in ſequenti cap.* 2. *de reſtitutione in integrum.*

Sed adverſus decretum *Nullitates obſtare* competit reclamationis remedium, noſter Auctor in hac *par.* 2. *in* 2. *inſtan. cap.* 3. *num.* 36. *& Pragm.* 4. §. 23. *de dilat.*, *& Altim. de nullit. rub.* 3. *q.* 12. *n.* 21.

Sic etiam ſi prima, vel ſecunda, aliæ vel nullitates dicuntur obſtare, quia aliæ tunc cenſentur rejectæ, ſuccumbens eaſdem poteſt proponere, idem Auctor noſter ibidem ex *dict. Altim. ibid. & aliis ibi citatis.*

11 Regia Audientia in gravibus delictis ab Excellentiſs. Prorege obtinere ſolet, ut procedat ex delegatione via executiva appellatione remota.

Tum rejecta diſtinctione relata per *Capiblanc. c.* 50. *ſuper Pragm.* 8. *de Baronib.*; Vera eſt diſtinctio ab eodem Auctore relata; ut in caſu, quo tractatur de incidentibus circa proceſſum, & cauſam adverſus forjudicationem, vel cauſam delegatam. Tunc intelligitur prohibita appellatio.

Verum non intelligitur prohibita oppoſitio nullitatis *Capiblanc. d. cap.* 1. *n.* 8. *ex Franch. dec.* 688. *& Freccia de præſentatione inſtrumenti.*

Et ſi ſit decretum nullitates non obſtare, à dicto decreto neque appellatio admittitur.

Sicuti a ſententiis, a quibus non appellatur, ſed reclamatur, non admittitur ſupplicatio a decretis rejicientibus nullitates *Pragm.* 1. *cap.* 23. *tit. de cauſis decidendis*, *Capiblanc. dict. cap.* 1. *num.* 9.

Et ratio aſſignatur, quia tunc nihil novi agitur, dum rejectis nullitatibus confirmantur præcedentia juxta normam, & cauſæ privilegium.

At in caſu, quo tractatur de exceptionibus ſeparatis a principali negotio, & crimine, ut eſt exceptio fori, Clericatus, & minoris ætatis rei, tunc ſapiunt articulum ſeparatum a delegatione, & ab inteſtatione Principis delegantis. Hoc caſu admittenda eſt appellatio, idem *Capibl. d. cap.* 1. *n.* 11. *ex Rovito ibi citato.*

Adverte tamen, quod ſi fieret decretum nullitates non obſtare, tunc executioni demandatur ſententia, nec remanet aliud remedium contra illam per *Pragm.* 4. §. 23. *de dilation.*

Niſi remedium reclamationis cum termino ordinario.

Et ratio eſt, quia excluſus a nullitate propoſita incidenti, non prohibetur illam proponere principaliter, & ſuccumbens non prohibetur uti remedio extraordinario reclamationis, *Altim. de nullit. rub.* 3. *qu.* 12. *num.* 20. *fol.* 79. *ex Vant. rub.* 6. *num.* 36., *& ex Reg. Latro deciſ.* 191. *num.* 32. *per text. in l.* 1. §. *aede quaritur ff. de publ. & vectigal.*

Quam concluſionem amplectitur Auctor noſter, qui ità intelligendus eſt in *cap.* 3. *de decretis in remedio nullitatis fieri ſolitis num.* 35. *&* 36.

VINCENTII ALOI

IN CAP. I.

DISTINCTIONEM IV.

ANIMADVERSIO

SUMMARIA.

I. *Cur a ſententiis S.C. non adpellatur, ſed reclamatur?*
II. *Remedium reclamationis non impedit executionem ſententiæ, & quare.*
III. *Præſes S. C. quando in Decretatione Reclamationis apponere poſſit clauſulam* non exequuta ſententia.
IV. *Quæ hodie ſit praxis circa ſententiæ executionem, propoſita intra decem dies reclamatione.*
V. *Pragmat.* 4. §. 23. *de Dilationibus exponitur.*
VI. *Adverſus duo Decreta conformia non licet reclamare.*
VII. *Quibus in cauſis non admittitur reclamatio.*

I. AB omnibus judicibus ordinariis, & delegatis appellari poteſt ex jure civili, ut ſuperius vidimus, ſed a ſententia Præfecti Prætorio non appellatur *l. un. C. de ſent. Præfect. Prætor.*, & ex gratia tantum conceditur reclamatio, ſeu ſupplicatio ad eundem Præfectum Prætorio *l. ſi quis adverſus*, *& auth. quæ ſupplicatio C. de prec. Imp. offer.* Similiter in Regno a ſententiis S.C. non appellatur, ſed ad idem S.C. reclamatur, quia Præfecto Prætorio æquiparatur, *Marant. tit. quandoq. appell. de Franch. dec.* 148. *num.* 4. Revera ſententiæ S.R.C. proferuntur nomine Regis, ut ſtatuit Ferdinandus I. in *Pragm. Sacrum præterea Conſilium de off. S. R. C.*, & habentur ut ſententiæ ipſius Regis, & non poſſunt revocari, ſeu reformari niſi ab eodem Rege, ſeu ab eodem S. C. Regem repræſentante *Pragm.* 5. *de off. S. R. C.* Ideoque Afflict. in *dec.* 383. poſt doctrinam Baldi in *l. fin. Cod. de leg.* dixit, quod habent vim legis generalis in Regno; & deciſiones compilatæ per Capycium, Grammaticum, Afflictum, aliosque pro lege allegari poſſunt, *de Franch. dec.* 271.

II. Ex *auth. quæ ſupplicatio Cod. de prec. Imper. offer.* non poterat procedi in cauſa reclamationis niſi facta prius integrali exequutione ſententiæ Præfecti Prætorio. Idem obſervatur in ſententiis S. C., ubi reclamatione etiam pendente tenetur victus ſententiæ parere ex *Pragm.* 5. *de off. S. C.*, in qua admittitur reclamatio cum conditione ſi victus judicato paruerit. Rationem reddunt *Bart. in l.* 2. *ff. a quib. appell. non lic.*, & *Regen. Lanr. dec.* 100. *n.* 29. ex præeminentia Præfecti Prætorio, & ex authoritate S.C. ſuperiorem non agnoſcentis. Sed & alia ratio promanat ex ipſo jure. Appellatio quia ſupponit gravamen, errorem, ſeu iniquitatem Judicis, ut in *l.* 1. *ff. de appellat. l. præfecti ff. de minor.*, non eſt conveniens quod dictum errorem, gravamen, ſeu iniquitatem idem judex qui primo judicavit, recognoſcat, ſed ſuperior recognoſcere debet *l. eos Cod. de appellat.* Et quanto major eſt judex tanto magis pro eo præſumitur *l.* 1. *ff. de offic. Præfect. prætor.* Sed in tam magno Judice, & Senatu gravamen, error, ſeu iniquitas numquam præſumitur, ſed potius propria negligentia, & error Partis, ſeu adverſarii circumventio: Ideoque ex ipſa *l.* 1. *ff. de appell.* in qua ſtatuitur, quod ultima ſententia

Judicis est executioni demandanda, & ex *l. unic. Cod. de sentent. Praefect. Praetor.* ex qua a sententia Praefecti Praetorio non appellatur, sed ex gratia tantum conceditur reclamatio, profluit ratio quare remedium reclamationis non impedit exequutionem sententiae.

III. Tantum non exequitur sententia S. C. in Reclamatione proposita, si Praeses ejusdem in decretatione Reclamationis apponit clausulam *non exequuta sententia*, vel tantum, nihil addito, mandat causam referri loco reclamationis. Clausula vero ista numquam apponi solet quando nisi sententia ex iisdem Actis justificari non potest, & ejus nullitas, sine aliqua extrinseca probatione altiorem indaginem requirente, manifesta adpareat, *Gabriel. consil. 28. n. 5. lib. 2.*

IV. Infra decem dies Reclamatio interponi debet per victum, ut victor praestet cautionem de restituendo in casu retractationis sententiae. Quae praxis oritur ex *Pragm. 5. de off. S. R. C.*, & conformis est *auth. qua supplicatio Cod. de prec. Imper. offer.* Non interposita infra decem dies reclamatione, sententia mandatur executioni absque cautione. Et hi decem dies computantur a die latae sententiae, quia sententiae S. C. non intimantur, *Lanar. consil. 97.*, *Afflict. dec. 344. n. 4.* Quid si victor sit pauper, & non reperiat cautionem? Praxis S. C. est, quod si sententia lata sit super stabilibus, loco cautionis bona executa remaneant obligata cum praecepto de non vendendo. Si lata sit super pecunia, tunc mandat fieri emtionem super stabilibus, vel annuis introitibus.

V. Adversus sententiam exceptiones opponebantur, ut illius executio retardaretur. Hinc *Pragm. 4. de dilat. §. 25.* jussit quod post cursum dierum triginta post mandatum de parendo exceptiones etiam modificativae opponi non possunt. Quod sit Procuratori concessus sit terminus ad denunciandum, dies triginta currere intelligantur post exactum terminum ad denunciandum, & post haec fatalia executio sententiae impediri non possit. Verum si exceptiones proponantur ante executionem, etsi elapsi sint dies triginta, jussit: „Che „ la Parte che averà ottenuto, volendo eseguire la „ sentenza, o decreto in suo favore, sia obbligato, „ istando la Parte che ha succumbito, dare pleggeria di restituire quel che sarà giudicato in caso che „ il Reo ottenesse nelle eccezioni proposte, la qual „ pleggeria si debba dare *etiam* che fosse data prima „ la pleggeria *in casu retractationis sententiae*, essendo „ l'una diversa dall'altra.

VI. A duobus sententiis conformibus latis a S. C. non licet reclamare, sed imponitur perpetuum silentium *Afflict. dec. 231.*, *de Franch. dec. 136.* Quando vero duae sententiae dicantur uniformes, altercatio fuit inter Pragmaticos, qui multas distinctiones fecerunt; sed res eo reducitur, quod conformitas debet esse in substantia, quamvis differat in modo. Hinc si sententia confirmans lata fuisset ex diversa causa, non dicitur conformis, *Rovit. in Pragm. 61. de off. S. C.* Ideoque si sententia fuerit declarata deserta, non dicitur conformis cum sententia lata in causa principali, neque dicitur conformis, si ultima sententia adderet novum gravamen, *Rovit. in Pragm. 5. de off. S. R. C.* Dubium fuit teste *Praesid. de Franch. in dec. 135.* si una sententia lata fuisset pro actore, secunda pro Reo difformis, & tertia conformis primae, an existente difformi sententia in medio, possint prima & tertia dici conformes; ideoque locum non esse amplius Reclamationi. Dubium erat, quia vires primae sententiae videbantur debilitatae per secundam sententiam latam in Reclamatione per victum, & S. C. non fuit accinctum ad definiendum illud dubium. Sed in aliis similibus causis S. C. judicavit non esse locum Reclamationi *Zaabor. de re judic. in Clem. 1.* Et ratio deducitur ex *l. si qui Cod. de prec. Imper. offer.*, ubi patet quod a sententiis Praefecti Praetorio semel tantum supplicatur, *Afflict. dec. 231.*, *Muscatell. lib. 2. gloss. n. 106.*

VII. Item ex Jure Municipali non admittitur Reclamatio a Decretis M. C. confirmatis a S. C., licet articulus Civilis sit incidens in Causa Criminali, *Pragm. 13. de adpellationib.*, in qua enarrantur isti articuli incidentes, scilicet guidatici, remissionis Rei ad Ecclesiam, causae remissionis ad Baronem, vel ad alium Judicem, exceptionis Indultus, aliorumque, de quibus tractare contingerit in cursu Causae Criminalis. Similiter a Decretatione Praesidis S. C. in Commissione Cautarum unica tantum Reclamatio admittitur, quae determinatur a Regali Camera infra mensem, *Pragm. 89. §. 3. de offic. S. R. C.* Non admittitur Reclamatio adversus nominationem Adjunctorum *Pragm. 4. de dilationibus §. 5.* Nec datur a Decretis suspicionum, *Pragm. 15. §. 23. de Suspicionibus*; ut etiam non conceditur a Decreto rejiciente nullitates, *Pragm. 4. §. 23. de Dilationibus*.

C A P U T II.

De Decretis, quae in remedio restitutionis in integrum fieri solent.

S U M M A R I U M.

1 *Auctores de in integrum restitutione disserentes referuntur.*
2 *Restitutionis in integrum definitio.*
3 *Restitutio ad pinguius probandum quae sit, quaeve illa adversus sententiam.*
4 *Restitutione in integrum pendente nihil innovandum, & eadem nonnisi causa cognita concedenda.*
5 *Restitutio in integrum quibus personis competat, & num. seqq.*
6 *Causa restitutionis minoribus competens quaenam sit.*
7 *Restitutio quibus Civitatibus, & Oppidis competat, ut num. 8.*
9 *Patres filiis minoribus praejudicant.*
10 *Collegia num restitutionis remedio juventur, & quot illa sint remissivè.*
11 *Ecclesia, & Loca Pia gaudent in integrum restitutione, & an pariter illam habeant Clerici, & Ecclesiastica personae.*
12 *Furiosi minoribus aequiparati, aliaeque miserabiles personae restitutione in integrum potiuntur.*
13 *Mulieribus an restitutione in integrum succurratur.*
14 *Reliquae personae, quae remedium habent restitutionis remissivè.*
15 *Restitutio ex justa causa quibusnam concedatur, & num. 17.*
16 *Casus in quibus majores in integrum restituuntur, ex juribus recensentur.*
18 *Neapolitana Civitas in sex dispescitur Sedilia, & an differant ab antiquis Romanorum Collegiis, & n. 23.*
19 *Restitutio competens Civitati, an & Sedilibus quoque competat, & rationes hinc inde afferuntur, ut num. seqq.*
20 *Deputati differunt a Procuratoribus.*
21 *Indignos admittere est dignis injuriam irrogare.*
22 *Consors litis privilegio alterius adjuvatur, & an Collegia restitutionem habeant ob interesse Fisci.*
24 *Minores in Sedilibus nec officia exercent, nec ferunt suffragia.*
25 *Fiscus in Regno Neapolitano non habet interesse in causis Nobilium, prout in Hispaniis, ubi Nobiles a tributis eximuntur.*
26 *Forma contrahendi matrimonii ad normam Tridentinae Synodi quae sit.*
27 *Verba matrimonium de praesenti, vel sponsalia inducentia quae sint.*
28 *Producens falsos testes in uno, an in omnibus reputetur falsus, & num. 33.*
29 *Matrimonium quibusvis verbis consensum importantibus contrahitur, atque etiam signis.*
30 *Denunciationes ad matrimonium contrahendum Episcopi arbitrio remittuntur.*
31 *Benedictio nuptialis an sit de substantia matrimonii.*
32 *Decisio Regii Collateralis Consilii in quadam causa reintegrationis ad Sedilis honorem prolatae, cum Auctoris voto, & num. seqq.*
34 *Argumentum a communiter accidentibus est validissimum.*
35 *Ad excludendam falsitatem omnes subtiles interpretationes admittuntur.*

36 *Prin.*

36 *Principem oportet esse beneficum, ac liberalem.*
37 *Altera S. R. C. decisio per Auctorem adducitur quoad in integrum restitutionis materiam.*
38 *Privilegia conquassantne privilegiis, nisi alter de lucro captando, alter de damno vitando contenderet, & num. 40. & 43.*
39 *Bona Parentum naturali ratione liberis comparantur, intellige ut num. 42.*
41 *Ecclesia potentius habet privilegium, quam quivis aliuc privilegiatus, juxta opinionem Auctoris.*
44 *Praxis decretorum in hujusmodi restitutionis remedio affertur.*
45 *Pendente in integrum restitutione de affirmativo decreto, executio non suspenditur, juxta decisionem Afflicti, ac Muscatelli doctrinam, & recens exemplum rei judicata profertur.*
46 *D. R. Consiliarius D. Dominicus Alvarez Escalera laudatur.*
47 *Qualibet sententia diffinitiva regulariter si capta sit, exequi per in integrum restitutionem non suspenditur; idque locum obtinet etiam in decretis interlocutoriis, quum agitur de possessione exigendi annuos reditus, juxtà nuperrimum Collateralis Consilii decisionem.*
48 *Prolato decreto, quo restitutio in integrum defertur novum judicium inchoatur, ejusque praxis affertur.*
49 *Judicium restitutionis in integrum est ordinarium, perinde ac quodvis aliud judicium.*

Die &c. S. C. declarat esse, *vel* non esse locum restitutioni in integrum petitæ per N. N.
Die &c. S. C. declarat esse, vel non esse deferendum in integrum restitutioni petitæ &c.
Die &c. S. C. declarat non esse locum, & non esse deferendum petitæ in integrum restitutioni pro parte N. N. *vel dicitur* S. C. declarat esse locum, & esse deferendum restitutioni in integrum petitæ pro parte N. N. *vel* esse locum, sed non esse deferendum in integrum restitutioni.

Egimus jam de appellatione, & reclamatione, in præsentiarum de in integrum restitutione, quæ remedium quoque est adversus sententiam, differendum.
1 At quoniam de in integrum restitutione libros typis
tradiderunt Gothofred. Antonius, Petrus Boulliardus,
Marcus Antonius Caimus, Gulielmus Cassiodorus,
Emanuel Costa, Jo: Mauritius Dolanus, Scipio Gentilis, Antonius Gomesius, Gaspar Manzius, Fridericus Martinus, Gabriel Mudæus, Joachimus Mynsingerus, Dominicus Rota, Philippus Herm. Sprengerus,
Josephus Matzgerus, Sfortia Oddus, Dominicus Galesius, Balthasser Thomasius, Jo: Mauritius, Petrus
Rebuffus, Jo: de Platea, & postremò Illustris Dux
Dieni D. Hieronymus Calà, aliique in suis Consiliis,
Disceptationibus, Decisionibus, & Controversiis; ne
aliene transcribam, & onus ullo sine honore suscipiam, ea tantum, quæ ad Decretorum praxim conferunt, brevitate, qua soleo, visum fuit adnotare.
Restitutio igitur in integrum est ipse causæ læsæ rein-
2 tegratio, seu rei in pristinum repositio; unde Julius
Paulus *lib. 1. recept. sentent. tit. 7.* eam ita definit: *Restitutio integri est reintegranda rei, vel causa actio.* Duplicites autem in re judiciali militat: primò, si ad-
3 versus temporis lapsum actor, vel reus jus suum non
proposuerit, vel incumbentia præstituto tempore non
probaverit; quæ propriè dicitur restitutio ad pinguius
probandum, *l. minor 36. D. de minor.* quod si bis concedatur primum, & secundum beneficium vocatur, de
quorum beneficiorum materia latè dictum est: secundo, si adversus sententiam prolatam petatur, quod
læsionem continere prætenditur, *l. 1. l. 4. & ult. & toto tit. C. si advers. rem judic.* Rendens. *dec. 11.* Cævall. *comm. contra com. quæst. 542.* cujus quidem restitutionis effectus est, ut ea pendente nihil sit inno-
4 vandum, *l. unica C. de in integrum restitutione postulata, ne quid novi fiat.* Verum enim vero causa cognita a Prætore conceditur ad inspiciendum, an sententia recte prolata fuerit, ut ex text. in *l. 3. C. ubi, & apud quem cognitio in integrum &c. l. 3. C. quibus ex causis majores in integrum &c.* ita quod oporteat
iterum causam revideri.
Insuper bifariam conceditur, aut personis ratione privi-
5 legii lege largiti, aut aliqua causa, quæ justa prætori videbitur, ut deducitur ex tex. in *l. 1. D. de in integr. restitutione*, personis, ut puta minoribus de jure
communi 25. annis, ex text. in *l. 1. D. de minor.* in
6 *l. minoribus 5. C. de in integrum restit.* cum per ætatem imperfecto judicio sint, & aliuno indigeant: hinc
eccuratè Bocer. *clas. 6. disp. 10. de restitut. in integr. th. 53.* inquit: *Causa restitutionis in integrum minorum propria est lubricum ætatis, id est inconsulta facilitas, animi simplicitas, imbecillitas, & infirmitas consilii atque, qua minor læsus est, l. verum 11. §. si locupleti 5. vers. neque enim ætatis, & §. item non restituitur 4. de minor., & l. 2. C. si adv. delic. & l. 1. C. de fideijussori. min. l. 1. in princ. l. ait Prætor 7. §. 5. in fin. de min. & l. 2. C. qui, & adver. quos in integr. re-*
7 *stit. non poss.* Civitatibus, atque omnibus Universitatibus, ut ex text. in *l. Remp. C. de jure Reip. lib. 11.* ibi: *Remp., ut pupillum extra ordinem juvari moris est*, & ex text. in *l. Resp. C. quibus ex causis major. in integrum restit.* ibi: *Resp. minorum jure uti solet: ideoque auxilium restitutionis implorare potest*; & licet glos. in *d. l. Resp. lit. D.* de Rep. Romane intelliget, ibi: *scilicet Romanorum, alia enim Civitates privatorum loco habentur*; nihilominus Gl. in *d. l. Remp.* contrarium verius existimat; nempe restitutionem competere omnibus Civitatibus, ibi: *vel verius aliarum Civitatum*, cum prædicta glos. in *l. Respubl.* quoque inhæret, & a Doctoribus communiter approbatur, ut videre est penes Oddum in *tractat. de in integrum restitut. par. 1. qu. 3. a n. 58. usque ad 62.* & eruditissimum D. Emanuel Gonzalez in *comment. ad Decret. tit. 41. de in integr. restitut. cap. 1. num. 11. & 12.* & comprobatur ex *l. 1. C. de officio ejus, qui vicem alicujus Judicis, vel Præsidis obtinet*, in qua legitur: *in causa, quæ spectat ad utilitatem Reipublica, eum qui vice Præsidis Provinciam administrat, potuisse cognoscere in dubium non venit. Sanè si in aliqua captum est jus Reipublica, juxtà scitu Divorum Principum defensores Reipublica, si modo adesse fiduciam negotio putent, restitutionis auxilium possunt flagitare*; & cum Imp. Gordian. locutus fuerit ad Provinciarum Præsides certum est, quod non de Republica Romana intelligi debet: tum etiam, quia defensores, qui hoc restitutionis remedio uti poterant, omnibus dabantur Civitatibus ut ex *auth. de defensoribus Civitatum*, triplici ratione; prima, quia considerata Civitate sub jure publico Universitatis, quod Universitati competit, Resp. dicitur; secunda, quia in Civitatibus minores, & miserabiles personæ semper existunt, propter quas Romana Resp. hoc beneficio utitur; tertia, quia per administratores reguntur, per quos ut plurimum in eorum negotiis
8 debita omittitur diligentia. Oppida vero, & Castra
paucorum hominum, quæ per administratores fortassis
non reguntur, & in eis minores, vel aliæ personæ
miserabiles non existunt, vel minores caput familiæ
non constituunt, neque uti cæteri ad Comitia, seu
Parlementa accedunt, hoc beneficium restitutionis non
habent; nam rationes perpensæ non æque militant;
9 & patres minoribus filiis præjudicant; filii vero ex
hoc capite non restituuntur, *l. Æmilius 39. D. de minor.* ibi: *putabam bene judicatum, quod pater ejus, non ipse contraxerat*, & *l. 3. §. sed utrum D. eod.* Oddus
loca cit. art. 11. num. 71.
Item Collegia publica auctoritate approbata, prout erant
10 illa antiqua Romanorum, ut in *l. sodales ult. D. de Collegiis, & corporibus illicitis*, & notant Jacobus Cujac. *lib. 7. observ. cap. 30.* Joannes Rosin. *Antiquit. Roman. lib. 8.* Fontanella *decis. Cathal. 108. num. 1.* in integrum restitutione juvantur in causis contum tangentibus, Regens de Marin. *in observat. ad decis. Revert. 156. sub num. 2.* idem Fontanella *decis. 109. num. 6. 14. & seqq.* ad quorum instar visuntur hic Neapoli nonnulla Artificum Collegia, & Confratriæ, quæ etiam ad utilitatem publicam conferunt, scilicet Argentariorum, ut in *Nov. 136.* & similium, de quibus singulatim statuitur enumeratio in *l. fin. D. de jur. immun.* hæc autem capitulationibus unamquamque artem respicientibus regio assensu roboratis instituta fuere, eligunt superiores, qui Consules appellantur, habent loca, sive Ecclesias, ubi dicti Artifices congregantur, & quamplurima pietatis opera exercent.
Omnes Ecclesiæ, ut in *cap. 1. tit. de in integr. restitut.*
11 & in *cap. 1. eod. tit. in 6. Clem. 1. eod.* & omnia loca pie hac restitutione potiuntur, per text. in *l. omnia privilegia C. de Episc. & Clericis.* Clericis vero, sive aliis Ecclesiasticis personis respectu bonorum patrimo-

tialium, etiam si ad eorum titulum Sacros ordines susceperint, non competit, ut post quamplures probat Sforr. Odd. *de restitut. in integrum par. 1. qu. 3. art. 8.* hinc pro legato ab Eminentissimo Cardinale Pyrro Aloysio Carafa relicto in beneficium Reverendissimi D. Francisci sibi conjuncti de familia Carafa in prælatura Romæ versantis, cujus annui introitus cum notum forte existunt in patrimonio terræ Balvani, in causa inter concreditores dicti patrimonii, a restitutione prædicta fuit exclusus d. Reverendissimus D. Franciscus Carafa penes Scribam Carbone.

Item foriosi, qui minoribus æquiparantur, muti, & sur-
12 di, atque omnes miserabiles personæ, quæ suis negotiis præesse nequeunt, & indigent alterius auxilio, hanc habent restitutionem, ut videre est penes eundem Oddum *quest. 3. art. 1. 2. & 3.*

Mulieribus autem indistinctè hoc remedio succurrendum
13 non est, sed tantum si pauperes sint, vel aliqua de causa miseratione dignæ reputentur, aut in causa dotis, ut probat Oddus *qu. 10. art. 6.* & in Regno Neapolitano generatim restituuntur ad pinguius probandum, & gaudent primo, & secundo beneficio; non vero adversus sententiam, ut in *Constit. Regni* incip. *Obscuritatem* notat Afflictus, Ursill. *in annotat. ad eund. in dec. 356. n. 5.* Rovit. in *Pragm. 1. n. 22. de Minoribus*, Præses de Franchis *decis. 284. num. 2.* Regens Capycius Latro *decis. 89.* Consiliar. Staiban. in *observat. ad resolut. 195.* Illustris Dux Vasti Gerardi super *Rit. M. C. 71. num. 10. & 11.* prout quoque viduis regulariter adversus sententiam hoc denegatur beneficium, de Franc. *cit. loca*, ac Thor. *3. tom. post. 2. vers.*
14 *restitutio adversus sententiam*. Cæteras vero personas, quibus hoc restitutionis remedio succurritur, videre est penes laudatos Auctores.

Cum igitur de restitutione ex privilegio sit cognitum, ad aliud restitutionis caput pergo, in quo breviter
15 dico, quod ex qualibet causa, quæ Prætori justa videbitur, majoribus quoque competit restitutio, ut ex text. in *l. 1. D. quibus ex causis majores in integrum restituantur*, ibi: *Item si qua alia justa mihi causa esse videbitur, in integrum restituam, quod eis per leges, Plebiscita, Senatus Consulta, Edicta, decreta Princi-*
16 *pum licebit*, ubi plures enumerantur casus, prout in legibus sequentibus, & præsertim in *l. sed etsi 26. §. quoties eod. tit.* cujus hæc sunt verba: *quoties per absentiam quis non tota tempore aliquem exclusit (ut puta rem tuam possedi uno minus die statuto in usucapionis tempore, deinde Reip. causa abesse cœpi) restitutio unius diei adversus me facienda est. Item (inquit Prætor) si qua alia justa mihi causa videbitur, in integrum restituam. Hæc clausula edicto inserta est necessarie; multi enim casus intervenire potuerunt, qui deferent restitutionis auxilium, nec sigillatim enumerari potuerunt, unde quoties equitas restitutionem suggerit, ad hanc clausulam erit descendendum, utputa legatione quis pro civitate functus est. Æquissimum est eum restitui, licet Reip. causa non abfuit; & sæpissime constitutum est, adjuvari eum debere, sive habuit procuratorem, sive non. Idem puto, etsi testimonii causa sit evocatus quis ex quolibet Provincia, vel in Urbem, vel ad Principem. Nam & huic subveniri sæpissime rescriptum est. Sed & iis, qui cognitionis gratia, vel appellationis peregrinati sunt, similiter subvenitur, & generaliter quotiescumque quis ex necessitate, non ex voluntate abfuit, dici oportet ei sub-*
17 *veniendum*. His addendum puto, quod in facto habui, nempe si post sententiam detectum sit, testes falsum deposuisse, vel procuratorem cum adversa parte collusisse, cum nemini fraus opitulari debeat. Pro decretorum ornatu non tædeat in medium proferre causam inter Illustrem Plateam Nili, seu Nidi, & D. Antonium, D. Dominicum, & D. Fabritium Carafa in Regio Collaterali Consilio decisam. Prædicti de Carafa petierunt admissionem ad honores prædictæ Illustris Plateæ, ut filii D. Hectoris Carafa; & quia contradictionem faciebat Illustre Sedile, quod non ex legitimo conjugio orti fuerint, fuit causa commissa in S.C., ubi termino dato, atque compilato, coram Dominis duarum Aularum cum interventu Fisci Patroni, ut moris est, referente eodem Sacro Consilio in Regio Collaterali, & coram Domino Prorege judicatum fuit pro prædictis de Carafa; adversus quam sententiam Illustre Sedile petiit restitutionem in integrum, & obtenta a D. Præsid. S.C. regia decretatione, quod idem Magnificus relationem faceret ad finem videndi, an esset locus, & an esset deferendum petitæ in integrum restitutioni, de duobus fuit tractatum: primò, an Illustri Plateæ, seu Sedili restitutio in integrum competeret; secundò, quatenus competeret, an per sententiam Sedile fuisset læsum.

Pro parte Sedilis dicebatur primò, quod inclyta Civitas
18 Neapolitana in sex dividitur regiones, sive quarterios, quorum quinque sunt Nobilium, & vocantur Plateæ, vel Sedilia, nempe Capuanæ, Montaneæ, Nidi, Portus, & Portænovæ, postrema Platea est popularis, & ipsæ Civitatem constituunt, quibus ejusdem Civitatis cura committitur, ut notat Mutius Surgente in *adnotat. ad libr. Marci Antonii fratris de Neapoli illustrata fol. mihi 411.* ibi: *& non immerito Rex Ladislaus sex Sedilibus Civitatis curam commisit, & quodlibet Sedile publicum est, & Civitatis pars, d. cap. fundamenta §. proinde l. 2. §. 1. D. ne quid in loco publico, l. si quis e filio §. 1. D. de legat. 1. & late deducit German. in lib. de Sedilibus* D. Præses de Franchis *decis. 207. num. 8.* Franciscus de Petris *cons. 46.* Consiliar. Roccus *de officiis rubr. 17. tit. de offic. Platearum Civitatis Neapolis*, Tasson. *in Pragm. de antefato vers. 3. observ. 3. n. 22.* cum quodlibet Sedile dicatur pars Civitatis ex *l. 3. D. de officio assessorum*, Florian. in *l. Testatrix §. plures D. si servitus vindic.* & D. Regens Annibal Moles *tit. de Civitate Neapolitana §. 8. qu. 9. n. 17.* ibi: *& ideo secundum juris dispositionem censetur, ac si esset ipsa Universitas respectu attingentium illud Sedile, ex tex. in l. 1. D. quod cujusq. Univers. nomine, & Sedile prædictum habet quandam jurisdictionem in suos nobiles tam ex juris dispositione juxta text. in l. fin. C. de jurisdict. omnium Judicum, cum ex dispositione Capitulorum ipsius Civitatis, ut in provisione Caroli V. de anno 1526. die 6. Julii, & ex Capitulis D. Petri de Toledo expeditis in anno 1540.* probant Fabius Anna *cons. 133. num. 3.* & D. Regens Capyc. Latro *consul. 50. n. 74.* hinc sicut Civitati com-
19 petit in integrum restitutio, ita cuilibet Plateæ, seu Sedili, Sichard. in *l. Resp. num. 8. C. ex quibus causis majores in integrum restit.* nam illud quod dicitur de toto quoad totum, dicendum erit quoque de parte, ex reg. *l. quæ de tota D. de rei vin.* Secundò, nam prædicta Sedilia erant vere Collegia, sic dicta, quod ibi homines colliguntur, juxta glo. in *l. 1. verb. Collegium D. quod cujusque Universitatis nomine*, cum nobiles in propriis locis congregentur, & Constitutiones, sive Consuetudines juribus non contrariæ inibi existebant, & retro a Serenis. Regibus, prout a Carolo I., Rege Ladislao, Rege Catholico, & ab Imperatore Carolo V. hujusmodi Collegia erant approbata, ut videre est penes citatos Regni hujus Auctores: idcirco ad instar Universitatum omnibus privilegiis gaudere debebant, ex text. in *l. 1. §. quibus D. quod cujusque Universitatis nomine*, ibi: *quibus autem permissum est corpus habere Collegii, Societatis, sive cujuscumque alterius nomine, eorum proprium est ad exemplar Reip. habere res communes, arcam communem, actorem, sive Syndicum, per quem tamquam in Rep. quod communiter agi, fierique oporteat, agatur, & fiat*. Tertiò, quod prædicta Sedilia in negotiis, & litibus ad ea pertinentibus, in quibus omnes nobiles præesse nequeunt, reguntur per deputatos a Cœtu nobilium electos, qui non mutantur, & omnibus nobilibus præjudicant præsentibus, & absentibus; ideoque uti administratores habentur, & differunt a procuratoribus; nam isti per
20 Principales eliguntur, qui in causis intervenire possunt, ipsique procuratores revocare: hinc sicut Universitatibus, Collegiis, & Communitatibus, quæ per administratores reguntur, competit restitutio in integrum, ut latè docent Odd. *de restit. in integr. p. 1. qu. 3. art. 9. & 12. n. 76.* Petrus Fontanella præcit. *decis. Cathal. 109. n. 13. 15. & 16.* & communiter DD. ita etiam Sedilibus competit. Quartò, quia in Sedilibus, prout in præsens, existunt pupilli, & minores, quorum intuitu æquè ac in Communitatibus, licet non regantur per administratores, in integrum restitutio locum habet, ut scribit Odd. *p. 1. qu. 3. d. art. 9. n. 62.* ibi: *vel quia in ea infiniti minores, & pupilli reperiuntur, quorum interest eorum Remp. incolumem ab omni damno, & læsione servari, & d. qu. art. 11. num. 71.* Fontanella *ibidem e num. 13.* aliique DD. ita & Sedilibus: & quod in hac re præjudicium minorum erat maximum, & de præsenti; quoniam admittere ad Se-
21 dile indignum, esset injuriam digno irrogare, ut po-

tus

tat Eminentissimus Cajetanus Jentaculo 11. super illo
D. Pauli ad Philipp. 2. ibi : *Qui cum in forma Dei
esset, non rapinam arbitratus est, esse se æqualem Deo.
Plus est*, inquit, *facere se alteri æqualem in dignitate,
cum non sit, quam eidem auferre bona, cum verè per*
22 *rapinam arbitratur, & lædat personas aliorum*. Quintò,
siquidem habens litis consortem privilegiatum, juva-
tur ejus beneficio etiam non petito, ratione commixti
interesse, Fontanella *decis.* 111. Gamma *decis.* 162.
Pheb. *decis.* 61. D. Altimar. *in observ. ad Rovit. cons.*
32. *to.* 2. etiam si persona privilegiata non sit in ju-
dicio propter individuum interesse, quod reddit causam
individuam, ut probat idem Fontanella *d. decis. a num.*
22. ibi : *ad quod in primis adducebam text. in l. si
communem in principio D. quemadmodum servitus amitta-
tur*, ibi : *si communem fundum ego, & pupillus habe-
remus, licet uterque non uteretur, tamen propter pupil-
lum, & ego viam retineo. Secundò adducebam in pro-
posito cativaem connexorum, unitorum, & individuorum,
in quibus nullus nescit, communicari privilegia, & be-
neficia, ita ut omnes habeant, quod uni soli competit
alias ex se privilegiato, ex glos. in cap. 1. verb. unica-
do extr. ad sede vacante, & num.* 18. ibi : *tertiò, quia
ubi materia est individua, socius gaudet privilegio socii,
quo alias non gauderet, l. si is, qui duas D. de libe-
rat. legata*. Cum ergo in præsenti causa interveniat
Regius Fiscus habens interesse formale prout ex lite-
ris regalibus, & notat Marcellus de Mauro *allegat.*
7. quod nobilitare personas sit solummodo Regis, cum
in Principe tantum thesauri pateant dignitatum, Anna
alleg. 130. ibique Filius in *addit.*, ac D. Regens de
Ponte *de potestate Proregis tit.* 12. *de delegatione cau-
sarum num.* 2. & 3. idcirco competit dictæ Illustri
Plateæ in integrum restitutio, quæ Fisco competit.

E contrario pro prædicta de Carafa dicebatur primo,
esse verum, quod quinque Plateæ Nobilium cum alia
populari constituebant Civitatem, & ab eis creaban-
tur Syndicus, & Electi, ut per Surgentem *de Neapo-
li illustrata lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 30. D. Præses *decis.* 207.
num. 8. Montanar. in *Pragm.* 2. *de administratione Uni-
versitatum num.* 317. pro ipsius guberno; sed licet in
negotiis Civitatem respicientibus restitutionis remedio
gauderent, secus tamen in negotia eorum nobilitatem
respicientibus; cum sit peculiare, & separatum inte-
resse nobilitatem respiciens, non universale circa gu-
bernium. Secundò, quod dicta Sedilia licet nomine
23 convenirent cum antiquis Romanorum Collegiis, ta-
men re vera valde differebant, nam illa erant Arti-
ficum, hæc Ordines nobilium; illa circa eorum pro-
fessiones, quæ ad Gubernium Civitatis Romæ confe-
rebant, arcam communem habebant, Superiores crea-
bant, qui administratores erant; hæc autem nobilium,
& circa ordinem nobilitatis a Rege approbata, neque
habent superiores, cum unusquisque nobilis in rebus
Sedilium suum proferat votum, & circa negotia de-
putati ab illis electi se gerant uti procuratores in
exequendo conclusiones per vota peractas, ideoque nil
mirum, si illa hoc restitutionis beneficio juvabantur,
24 quo hæc potiri nequeunt. Tertiò, quia minores in
Sedilibus officia non exercent, nec suffragia præstant,
& in electione deputatorum nulla læsio considerari
potest, cum deputati in litibus nobilitatis exequantur
conclusiones, quæ ab ætate majoribus fiunt. Quartò,
quod hæc restitutio in integrum petita ratione inte-
resse conjuncti cum Regio Fisco minime competat,
25 etiam ex eo quod Fiscus in hujusmodi reintegratio-
nis causa non habeat formatum interesse in hoc Re-
gno, prout in Hispaniis, ubi nobiles a tributis sunt
immunes; in hoc vero Regno tam nobiles, quam
ignobiles ad ea tenentur, ut ex *tit. Pragm. de jur. &
exaction. fiscal.* Fiscus autem in his causis solum assi-
stit, ad collusionem evitandum, & hac ratione inter-
ventus Fisci fuit a Catholica Majestate ordinatus, ut
notat D. Regens Rov. *cons.* 31. *tom.* 2. ubi in illa cau-
sa petitionis Sedilis pro primo, & secundo beneficio
ex juribus Regii Fisci noluit Fiscus ei deferre, nec
fuit admissus ad recusandum Judicem uti suspectum;
nam cum habeat simplicem assistentiam, nec beneficia
petere, nec Judices recusare valet, D. Regens Sanfe-
lic. *decis.* 90. *n.* 21. Regens Capycius Latro *decis.* 164.
num. 22. Dominus Altim. *in observ. ad decis.* 1. *num.*
42. *circa med. D. Roviti*, secus vero in Hispaniis, ubi,
ut dictum est, habet formatum interesse, ut notat
Joannes Arse Otalora *de nobilit.* 3. *par. princip. cap.* 6.

Præterquamquod integerrimus Consiliarius D. Petrus Mes-
siones, qui pro Fisco interveniebat, veritatem, & bo-
nam fidem agnoscens, non solum hanc restitutionem
non petiit, sed pro exequutione sententiæ decreto jam
prolato inhæsit. Rursum interesse officiorum, quæ
Nobilibus distribuuntur, præsertim Catapaniæ, erat
nimis remotum, & incertum, pro quo restitutio in
integrum locum minimè vindicat, ut probat hac in re
Eminentissimus de Aretio *cons.* 33. *inter consilia D. Ro-
vitis tom.* 2. sicuti reintegrationem ad honores nobili-
tatis esse modici præjudicii, si a persona nobilis præ-
tenderetur, substinet idem D. Rovit. *consil.* 32. *num.* 8.
tom. 2.

Quoad alterum punctum, quod propter læsionem resti-
tutioni in integrum petitæ ab Illustri Platea Nidi
erat deferendum, dicebatur, prætensum matrimonium
inter D. Hectorem, & Liviam Cucco contractum non
esse concludenter probatum; ex quo in Libro Paro-
chi, in quo alia matrimonia scripta apparebant, illud
non erat enunciatum formula a C. Tridentino præ-
scripta, quæ notatur ab Episcopo Barbosa de officio,
26 & potestate Parochi *c.* 6. *num.* 9. videlicet : *Die . .
Mense . . Anno . . Petrus, & Berta factis intra mis-
sarum solemnia trinis denunciationibus, tribus diebus fe-
stivis continuis*, *videlicet : Die . . Mense . . . dicti
Anni . . & nullo impedimento allato, servatisque aliis
servandis, conjuncti sunt matrimonio a me N. in Paro-
chia N. talis loci, & inter missarum solemnia ibidem
benedictionem matrimonialem receperant, præsentibus N. N.
& N. N. testibus* : si fuerit dispensatio obtenta, post
illa verba, *nullo impedimento allato* addatur, *& obten-
ta dispensatione* : at vero Parochus in eo libro ita te-
status fuerat. Anno Domini 1648. die 6. Januarii D.
D. Hector Carafa vocavit me insimul cum Reverendo
D. Vincentio Cimitile, & Carolo Campanile, & ait
mihi, quod ipse volebat in sponsam Liviam Cucco,
quæ respondit, quod volebat D. Hectorem in mari-
tum : tale factum retuli Episcopo Nolanæ Diœcesis,
qui jussit mihi, quod ad aliud non progrederer, po-
stremo cum prædictus D. Hector intenderet illud con-
firmare, denuo certiorem feci Episcopum, qui mihi
Parocho injunxit, ut illud ratum haberem, prout ra-
tum habui sub die 10. mensis Julii 1649. in præsen-
tia prædictorum Cimitile, & Campanile, & mei D.
Francisci Campanile Parochi Mariannellæ : quæ verba
prolata a D. Hectore, & Livia, *quod volebat*, non
concludebant matrimonium contractum de præsenti;
27 sed tantum continebant sponsalia, & matrimonium de
futuro, ut notant Sylvestrius *v. sponsalia q.* 6. *dicto* 4.
Angel. *verbo sponsalia n.* 11. Tabiena *qu.* 7. *n.* 8. in
eodem verbo, cum aliis relatis per Sanchez *de sponsa-
libus, & matrimonio lib.* 1. *disp.* 18. *num.* 13. Berous *qu.*
6. *a.* 2. & 3. & quamquam locutio Liviæ referretur
ad maritum, atque adeo ad matrimonium, consensus
tamen non erat uniformis, & reciprocus, ut post quam-
plures notat Baldus in *cons.* 165. *n.* 1. *circa fin. vol.* 2.
quod confirmabatur; quia denunciationes juxtà præ-
scriptum S. C. Trident. *sess.* 24. *de reform. cap.* 1. defi-
ciebant, imo & benedictio Parochi ut in *d. sess. c.* 9.
ad hæc Parochus non testatus fuit, eos in matrimo-
nium conjunxisse, cum illud pro vero matrimonio
non habuerit : & licet in mense Julii 1649. appare-
ret ex eadem Parochi attestatione fuisse ratificatum,
ratificatio tamen operabatur circa suum antecedens,
quod cum esset nullum, validum reddere non valebat,
Baldus in *l. eam quam n.* 37. *C. de fideicomm.*

Rursus erat nimirum dubitandum nunquam illud adfuisse;
siquidem ex fide baptismatis de anno 1641. constabat,
D. Dominicum esse filium legitimum, & naturalem
D. Hectoris, & D. Liviæ Cucco conjugum, quæ fuit
præsentata in anno 1661. in M. C. pro consecutione
alimentorum contra occisores prædicti Hectoris; quan-
do in numeratione de anno 1643. apparet, quod Li-
via habitabat in sua domo sola, & matrimonium, ut
in præsens ajebant, erat contractum in anno 1648.
& ratificatum in anno 1649. Cum igitur dicta fides
baptismatis non esset vera, & fidei matrimonii con-
traria; neutri erat credendum, Alba *cons.* 224. *num.* 8.
Natta *cons.* 245. *n.* 5. *lib.* 2. Farinac. *de falsitate, &
simulat. quæst.* 153. *par.* 7. *num.* 121. arguendo etiam,
quod sicut producens testes falsos in uno, in omnibus
28 reputatur falsus, ut latè notat Consiliarius Gizzarel-
lus *decis.* 86., ita in præsens ex fide baptismatis non
vera arguendum erat adversus matrimonii attestatio-
nem,

21 ves , qui locuples , qui verò pauper dicatur , Judicis arbitrio relinquitur , glo. in *auth. præterea C. unde vir , & uxor in verbo locuples* , ibi : *vel verius judicatur quis locuples , vel non , officio Judicis* & fatentur DD. ut Bartol. in *l. si constante nu. 14. & 16. D. soluto matrimonio* , Alex. *ibid.* & Jason. *nu.* 148. Mascard. *de probat. conclus. 526. num. 11. & 12. lib. 1. concl. 1159. nu. 8. lib. 2.* Menoch. *de arbitrar. Judic. lib. 2. cent. 1. cas. 65.* Sebastian. Medices in suo *opusculo . Mors omnia solvit par. 1. num. 103.* Fulvius Pacian. *de probation. lib. 1. cap. 54. n. 44. & seqq.* Cardinal. Tusch. *lit. P. conclus. 106. num. 4.* Gothofred. in sua *praxi lib. 1. tit. 5. de statu hominum in cap. quis dives , quis pauper , quis inops dicatur vers. in tanta prolixitate* , Magon. *decis. Florent.* 23. Burat. *decis.* 15. aliique innumeri relati a Gabriele Velasco in dicto suo *tract. de privileg. pauper. q. 4. n. 75.* hoc autem arbitrium regulandum est , attenta qualitate personæ , ac rei , de qua agitur , bonorum quantitate , eorum redituum , atque onerum , ut docent præcitati Doctores : qualitate inquam personæ ; nam
22 ex nobili genere ortus , aut in dignitate constitutus , si condecenter vivere nequeat , pauper dicitur , arg. text. in *l. nepos proculo 125. D. de verbor. signif.* juncta Glossa in *verbo alieno* : inspecta etiam dignitate , & qualitate rei , seu negotii , de quo agitur , pauper , vel dives judicatur , juxta textum in *l. si vero 5. §. qui pro rei qualitate D. qui satisdare cogantur* , in *l. nec ei 17. §. & primam D. de adopt. l. rescripto 6. D. de muneribus , & honorib.* quantitate bonorum , ac redituum ;
23 non enim proprietas bonorum , eorumque valor , sed reditus , qui ex iis percipi possunt , inspiciendi , juxta text. in *l. qui bonis 6. D. de cess. bonorum* , ibique Bartol. Alexand. in *addit.* Cravetta *cons. 199. lib. 1.* Natta *cons. 590. num. 14. circa fin. & cons. 666. num. 3.* , alique ab iisdem relati ; onerum denique , arg. text. in *d. l. nepos Proculo D. de V. S.* hinc ad propositum qui domum habet , & vineam possidet , quarum reditus ultra alimenta non considerantur , minime cogendus est ad faciendum depositum , æque ut ii , qui arte , & laboribus suis victum quærunt .

Secundum , quem esse pauperem regulariter probatur te-
24 stimonio duorum testium ; sic enim quamlibet rem in judicio deductam probari constat ex jure divino , canonico , ac civili ; ex jure divino *Deuteronom. cap. 19.* ibi : *non stabit testis unus contra aliquem , quidquid illud peccati , & facinoris fuerit : sed in ore duorum ,*
25 *aut trium testium stabit omne verbum* , & *Matth. c. 18. in ore duorum vel trium testium stet omne verbum* ; de jure canonico , *ex cap. in omni negotia 4. de testib. cap. ex insinuatione 3. de procuratorib. cap. fin. de success. ab intestato* ; de jure civili , ex text. in *l. ubi numerus 12. D. de testib.* in *l. Theopompus D. de dote prælegata* cum concordant. ; sed quia paupertas ne-
26 gationem continet , ut notat Franciscus Herculanus in *tract. de negativa probanda num.* 293. quod & innuit Seneca cit. *Epist.* 87. cum ait : *Paupertas non per positionem , sed per detractionem dicitur , vel per orbationem ; non quod habeat , sed quod non habeat* , mox subdit : *Paupertas est , non quæ pauca possidet , sed quæ multa non possidet* ; ideo improbabilis judicatur , juxta text. in *cap. bonæ memoriæ el. 1. 33. post med. de elect.* & in *cap. quoniam contra 11. de probat. l. actor 23. C. de probat.* hinc bene probatur vulgi opinione ,
27 sive fama , non existente probatione in contrarium , Glos. 1. in *l. ubi adhuc 29. C. de jur. dot.* DD. in *l. si constante D. solut. matrim.* Oldrad. *cons. 277. num. 2.* aliique innumeri penes Velasc. *de privil. paupet. qu. 5. num.* 30. dummodo testes de fama causam verisimilem allegent , Farinac. *de testib. qu. 65.* aut ex familiaritate , aut ex vicinitate , Glos. in *auth. de her. & falc. §. si vero absunt , verbo vidisse , collat. 1.* & in *l. 1. in princ. vers. hoc interdicto , verbo an non , prope fin. D. de itin. actuque priv.* , Franciscus Herculan. in *d. tract. de negativa probanda num.* 252. vicini enim præsumuntur
28 scire facta vicinorum , *cap. quasdam de præsump. l. si victais 9. C. de naptiis , l. 1. D. de flam.* cum concord. quinimò paupertas probatur per partis assertionem , scilicet se tantum certa bona possidere , puta fundum , vel domum ; nam si pro ea adsit aliqua præsumptio , is , qui plura bona illam habere dicit , debet probare juxta glos. in *l. cum de lege in v. heredis probatio D. de probat.* Mascard. *de probat. concl. 1159. num. 41. & seqq.* item probatur per fidem Universitatis , sive per æstimum , idem Velasc. *ibidem num.* 45. de hujusmodi probatione paupertatis ratiocinatur Petrus Mullerus in peculiari *tractatu* ; & licet ex text. in *l. si constante D. solut. matrim.* deducatur , paupertatem evidentissime
29 esse probandam , adverto tamen Jurisc. fuisse loquutum in eo casu , quo mulier petit earum dotium assecurationem ob vergentiam viri ad inopiam , existentibus creditoribus ob fraudis suspicionem .

Deveniendo igitur ad decretum quo dicitur : *Stante no-*
30 *toria paupertate non recipiantur nullitates absque deposito* , noto , quod hoc decretum fundatur potissimum in glos. *l. si vero §. qui pro rei qualitate lit. B. ver. evidentissime D. qui satisdari cogantur* , ubi quæ manifesta , & notoria sunt , probatione non indigent . Insuper cum ex opibus opulentia dicatur , hæc in pro-
31 bationem affirmativam cadit , ideoque facile notorium præsefert , divites enim latitare non possunt .

Aliud , quo dicitur : *Stante notoria paupertate , recipiantur nullitates absque deposito* , dupliciter liquet ; nam quia paupertas negativæ subest probationi , bene vulgi
32 opinione , & fama probatur , ut dictum est ; cumque Judicibus possit innotescere , an quisquam dives , vel pauper sit , ex ipsa Judicum notitia judicium exoritur .

Decretum illud , quo dicitur : *Recipiantur nullitates , & procedatur ad earum discussionem absque deposito* , lo-
33 cum obtinet , quando sententia reperitur jam executa ; nam tunc cessat calumniæ suspicio , teste D. Sanfelic. *decis. 96. num. 2.* vel ex eadem ratione , quando actor succumbit in sententia , & conventus e. g. est absolutus ab impetitis , bona vero per actorem petita penes dictum conventum remanent ; hoc enim casu nullitatis remedio non retardatur executio sententiæ ; ideoque nullitates discutiuntur absque deposito , quod fit in pœnam , & ita passim judicatur .

Illud , quo dicitur : *non recipiantur nullitates* , vel *exe-*
34 *quatur decretum , non obstantibus nullitatibus propositis non servata forma Regiæ Pragmaticæ* , interponitur , quando minime proponuntur intra statutum tempus , neque ab Advocato subscribuntur , neque fit depositum . Decretum , *rejiciantur nullitates etiam earum attento tenore* , interponitur , cum sunt calumniosè propositæ , ut quia fundantur in omnibus iis rebus , quæ jam fuerunt perpensæ , ac resolutæ .

Decretum , quo dicitur : *suspensa decreto interposito , exequatur aliud* &c. tunc locum habet , cum per D. causæ Commissarium fuerit interpositum decretum Domi , de quo præsentata comparitione contrario imperio fuit revocatum , & illud prævia supplicatione de V. F. confirmatum per S. C. atque etiam in gradu reclamationis ; nam si postea cum alia supplicatione nullitates proponantur , & fortassis illæ militant , tunc dicitur : *suspensa decreto interposito &c. exequatur aliud &c.* si vero non militent , dicitur : *exequatur decretum sub die &c. nullitatibus propositis non obstantibus* ; quæ quidem decreta proprie proferuntur in interlocutoriis ad ordinem judicii pertinentibus , & in ipsis incidentibus causæ .

Propositis ergo nullitatibus , iisque juris ordine servato discussis , pronunciatur , *nullitates obstare* , vel *non ob-*
35 *stare* , ubi adverte , nullitates ex iisdem actis emergentes absque termino discutiendas , secus si per viam actionis de nullitate dicatur , quæ venit ab extrinseco probanda ; tunc enim terminus impartitur , ad tradita per Afflict. *controv. cap. 33. num. 46.*

Decretum , quo simpliciter profertur , *nullitates obstare* , locum habet , quando omnes nullitates sunt substantiales ,

les, & ita prima sententia videtur prorsus revocata ; 30 quanquam adversus hoc decretum competat reclamationis remedium, ea *Pragm.* 4. §. 23. *de dilat.* Altim. *de null. rub.* 3. *qu.* 12. *n.* 21. Si vero qua de iis substantialis sit, cæteræ non, tunc dicitur, *primam*, vel *secundum e. g. nullitatem tantum obstare*, & aliæ censentur rejectæ : quæ decreti praxis æquitate nititur, ut nimirum succumbens possit adversus eam jura, & rationes rursum proponere, uti testatur Reverendiss. Episcop. Caven. Afflict. *controv. cap.* 48. & in *addit. ad idem caput num.* 1. *& seqq.* D. Altim. *de nullitat. rubr.* 3. *qu.* 12. *n.* 22.

LEONARDI RICCII

OBSERVATIO

AD CAPUT III.

De Decretis in remedio nullitatis fieri solitis.

SUMMARIUM.

1 *Nullitas duobus modis proponitur, vel per viam exceptionis, vel per viam actionis.*

2 *Per viam exceptionis proponi potest, donec pendet executio sententiæ usque ad triginta annos, dummodo sit notoria ex eisdem actis contra expressum casum legis, aut contra instrumentum publicum ante sententiam præsentatum.*

3. *Per viam actionis, quando post sententiam non prosequitur lis ab actore, vel post executionem proponit nullitates, quas proponere potest intra decem annos, & ipse terminus prorogari potest.*

4 *Nullitas post executionem dicitur opposita per viam actionis, & requiritur libellus, & litis contestatio.*

5 *Nullitates terminandæ ex eisdem actis absque termino, licet sit executa sententia, quando ex eisdem actis possunt revideri.*

6 *Nullitas adversus sententiam elapso decennio proponi potest ab ignorante, fuisse latam sententiam.*

7 *Terminus ad appellandum, & dicendum de nullitate non currit impedito, nec hæreditati jacenti, etiam Curatorem habenti.*

8 *Nullitas in causa spolii potest proponi per viam actionis, etiam elapsis decem annis, & ratio assignatur.*

9 *Nullitas sententiæ contra mortuum potest proponi post decennium, quamvis sententia in favorem mortui fuerit facta.*

10 *Nullitas quando est notoria, potest Judex post decem annos pronunciare, & ratio assignatur.*

11 *Exclusus per statutum ad opponendum de nullitate potest implorare officium Judicis, & obtinebit intentum.*

12 *Nullitas ad impediendam executionem sententiæ in feriis æstivis discuti non potest absque dispensatione, verum potest capi summaria informatio de paupertate.*

13 *Nullitas, & appellatio non retardant executionem certi decreti, quod infra decem dies solvat, & assignatur ratio.*

14 *Nullitas impedit executionem cujuscumque sententiæ, & cautus advocatus appellat, & atque principaliter de nullitate dicit, & assignatur ratio.*

15 *Nullitatis exceptio impedit sententiæ executionem, quando concurrant quatuor requisita, quæ declarantur, & ampliantur.*

16 *Subscriptio advocati non requiritur in Curiis inferioribus Regni.*

17 *Depositum pro nullitatibus proponendis quantum debet esse.*

18 *Depositum adversus interlocutoriam domi latam, in S.C., & in R.C. non practicatur.*

19 *Nullitas proponi potest coram Judice a quo, & coram Judice ad quem, & assignatur ratio, cum advertimentis, & fallentiis.*

20 *Nullitas ex defectu juris naturalis non intelligitur exclusa per statutum.*

21 *Nullitas allegari non potest ab eo, qui illi causam dedit.*

22 *Nullitas contractus cum Ecclesia, vel minore ab ipsismet allegari potest, & non ab aliis.*

23 *Nullitas de actis factis usque ad definitivam opponi potest, sed de actis non factis opponi, etiam post sententiam.*

24 *Nullitatis effectus duo sunt, primus ut contumax possit dicere de nullitate actorum factorum ante sententiam, & tanquam attentata ad pristinum omnia restituenda sunt.*

Alter effectus, ut nulliter agens non auditur, nisi prius refectis expensis.

25 *Nullitates etiam in gradu reclamationis, antiquitus quandocumque poterant proponi post terminum sex dierum, ubi erat clausula salvo jure addendi, sed hodie est correctum, & aliæ nullitates possunt proponi infra alios dies sex, & non ultra.*

26 *Nullitates discutiuntur infra duos menses, & feriæ Æstivæ non includuntur, sed hodie hoc est correctum, respectu feriarum Sancti Natalis, & Resurrectionis. Et si dies primus, vel sextus dies est feriatus, dicti dies feriati non includuntur.*

1 NUllitas proponitur duobus modis, vel per viam exceptionis, vel per viam actionis ad impediendam victoriam.

2 Per viam exceptionis proponitur, quando adversario agente, & litem prosequente reus conventus provocatus proponit nullitates ad impediendum cursum judicii, & potest perpetuo proponere, donec pendet executio sententiæ *D. Altimar. rub.* 8. *qu.* 4. *Petra ritu* 6. *num.* 9. *ex Carleval. tom.* 2. *lib.* 1. *tit.* 3. *disput.* 16. *n.* 8. *Gallup. par.* 3. *cap.* 6. *num.* 20. *Prat. ad Muscat. par.* 1. *glossa nullitas, & lib.* 1. *discep.* 29. *num.* 14. *& discept.* 30. *n.* 2. *ex Texto in l.* 4. *ff. de re judic.* ibi in summario : *Non dicitur quis condemnatus, ut executio possit fieri, nisi condemnatio valeat, dummodo sint notoria ex eisdem actis, vel circa expressum casum legis, aut instrumentum publicum in actis præsentatum ante sententiam, dictat Pragm.* 4. *de dilation.* §. 20.

3 Et licet *Pragm.* 4. §. 20. statuat, ut admittantur exceptiones post lapsum 30. dierum a die notificatæ sententiæ, tamen *dicta Pragm.* fuit interpetrata circa alias exceptiones, & non circa nullitates quia nullitas non intelligitur comprehensa in statuto rejiciente exceptiones.

Nullitas enim est plusquam exceptio, ut perbelle concludit *Dom. Altim. rub.* 8. *qu.* 4. *a n.* 2. & plures decisiones refert *Dom. Petra rita* 6. *n.* 9. *& Roccus respons.* 95. *lib.* 1. *de Morin. ad Revert. dec.* 14. *n.* 1.

Per viam autem actionis, quando nulla mota lite ab Actore post sententiam, vel post executionem quiescente Adversario, vel non expectata petitione Victoris pro executione sententiæ. Victus subito post condemnationem movens ipse prius litem proponit nullitates sententiæ, aut instrumenti, contendens omnia revocari debere, idem *Carlevalius lib.* 1. *tit.* 3. *disp.* 16. *n.* 10. *tom.* 2. Quia nullitas non est proprie exceptio, non venit directa contra actionem, sed contra radicem actionis, & proponitur tanquam exceptio, quando adversario agente, & litem movente Reus conventus opponit nullitatem.

Et per viam actionis proponi potest intra decem annos *Pragm.* 4. *de dilation.* §. 21. In Regno nostro, non obstante, quod de Jure communi in aliis Regnis proponi potest usque ad 30. annos, & dictus terminus decem annorum prorogari non potest, etiam per restitutionem in integrum, etiam si fuerit nulla sententia per notoriam injustitiam, ut in *d. pragm.* & concludit *Dom. Altim. rub.* 8. *qu.* 3. *n.* 5. Et melius *qu.* 12. *n.* 7. *& Dom. Marades singul.* 342. *n.* 4. *& sic d. pragm.* 4. *de dilation.* interpetrata recepta est.

4 Nullitas, quando allegatur post executionem dari debet terminus, & principaliter agi, quia non dicitur incidenter opposita, ut supra, sed dicitur opposita per viam actionis *Muscat. glos. condemnanda num.* 121. *in fine. Joann. Vincent. de Anna allegat.* 22. *Sanfelic. decis.* 96. *num.* 3. ubi dicitur, requiri libellum, & litis contestationem. *Text. in l. quidam ff. fam. Erciscundæ* & aliis allegatis ibi.

5 Sed cum ex actis colligi possunt nullitates, licet sit executa sententia, absque termino ei eisdem actis terminandæ sunt *Sanfelic. dec.* 96. *ex Vantio in* §. *quot & quibus modis num.* 21. qui allegat *Afflict. dec.* 203. *& dictus Sanfelic.* duas adducit rationes.

Prima, quia quando ex revolutione chartarum colligi possunt nullitates, tunc semper intelliguntur propositæ incidenter.

Se-

Secunda, quia qoaodo ex eisdem actis reviderı possunt nullitates, tunc non est necessaria tela Judicaria, & ita concludit etiam *dictus de Anna, & sic Sanfelic.* refert decisum in S. R. C. in duabus caussis ubi supra.

6 Verum par viam actionis nullitas adversus sententiam elapso dacennio tunc opponi potest ab eo, qui ignoravit suisse latam sententiam, quia ignoranti tale tempus non currit. *Altim. rub.* 8. *qu. in fine*.

7 Et quando impedito non currit terminus ad appellandum, & dicandum de nullitate, vide *Scac. de appellat. quaest.* 15. *num.* 44. ut est in forjudicato, vel Bannito.

Et quod terminus non currit advarsus bereditatem jacentam, etiam habentem Curatorem, concludit etiam in terminis restitutionis in integrum. *Altim. dicta rubr.* 8. *qu.* 5. *num.* 33. etiam si terminus iocepit currere io vita defuncti *Rovit. decis.* 41.

8 Et nullitas annexa cum spolio per viam actionia potest propooi post decem annos, *Altim. dicto rub.* 8. *qu.* 3. *nu.* 7. *Gratian. decis.* 151. *n.* 7.

Quia spolii vitium est impericriptibile *Rovit. cons.* 91. & 92. *tom.* 1. *Vantrigl. annot.* 30. §. *unico nu.* 60.

9 Nullitas sententiæ contra mortuum potest proponi post decennium. *Altim. rubr.* 8. *qu.* 5. *in fine*, & decisum refert ex *Thoro in compendio verbo nullitos proponi, & ex Petra ritu* 166. *num.* 97. *ex Rovito in prag.* 4. *de dilation.* etiam si mors a Judice ignoratur. *Petra ubi supra* ex DD. ibi allegatis, quamvis sententia in favorem mortui esset lata *Amend. ad Franc. decis.* 245. & alii ibi.

10 Et quando nullitas est notoria, potest Judex post decem annos in dicta prag. 4. statutos ax officio parte non opponente pronunciare super nullitate *Altim. rubr.* 8. *qu.* 9. *n.* 8. & 9. *ex Rovito in prag.* 5. *de officio S. R. C. num.* 26. *Muscat. par.* 1. *in praxi appellat. glos. nullitatis num.* 11.

Et ratio est, qoia noo ipse Judex declarat illam esse nullam, sed ipsamet sententia seipsam reddit notorie nullam, *Copyc. latro dec.* 69. *n.* 25. *Episcopus Affl. controv.* 1. *n.* 30. *lib.* 1. *Hodierna controv.* 48. *n.* 26. *Pist. lib.* 1. *discept.* 30. *nu.* 29.

11 Et sic exclusus per statutum ad opponendum de nullitate potest implorare officium Judicis, & obtioebit intentum. *Altim. loc. cit. n.* 11.

12 Nullitas ad impediendam sententiæ eaecutionem discuti non potest in feriis æstivis, nisi adsit dispensatio supar feriis, *de Marinis lib.* 1. *resol.* 18. *num.* 6. *ubi de Luca, Altim. de nullit. rub.* 9. *qu.* 40. *nu.* 56.

Verum feriis non obstantibus proceditur in capienda summaria informatione de paupertate, quæ Praxia est omnibus notoria.

13 Nullitas, & appellatio non retardant executionem tertii decreti, quod infra decem dies solvat, nam adverius primum obilat *prag.* 4. *de dilation.* §. 21.

Adversus secundum obstat, quia transivit in rem judicatam.

Adversus tertium non obstat, quia nihil alind continet, quam primum, & secundum, & fuit latum ex æquitate, & sic quod inductum est ad unum finem, contrarium operari non debet, ita decisum refert *Altim.* anno 1667. *sub.* 8. *qu.* 7.

14 Nullitas impedit executionem cujoscumque sententiæ, adeo quod cauti Advocati in appell. dicunt, *appellat, & aquo principaliter de nullit. dicit*.

Quia si non impeditur executio, & per appellationem impeditur per illam clausulam, *aque de nullitate dicit, Muscatellus par.* 7. *glos. condemnanda nu.* 121. *DD. in l.* 4. §. *condemnatum ff. de re judicata, & l. si cum nulla eadem tit. Bor. in l.* 1. *C. de execut. rei judicatæ, Afflict. decis.* 39. *nu.* 60.

Nullitate enim pendenta ad ulteriora procedi non potest, *Muscatellus par.* 1. *glos. nullitatis nu.* 24. *Vantius in rubr. quotias, & intra quod nu.* 12. *fol. mihi* 61. *Arg. & l. Pap.* §. *si quis irritum ff. de inoffic. testam. & l. majoris C. eodem*.

Et nullitate pendente oullus tarmious currit, ut dixi supra.

15 Nullitas exceptio nt impedit executionem sentantiæ, concurrunt quatuor requisita.

Primum circa modum, secundum circa solemnitatem, tertium circa qualitatem, quartum circa conditionem.

Primum requisitum circa modum est, quando non proponitur principaliter, sed incidenter adversus executionem, & nullitates appareant ex eisdem actis, & ex revolutione chartarum absque probatione extrinseca. *Afflict. dec.* 385., *ubi Ursillus*, & alii Addentes, & est *prag.* 5. § 2. *de offic. S. R. C.*

Et impedit executionem non solum onius sententiæ, sed etiam trium sententiarum conformium, *Minad. cons.* 20. *n.* 5. *Covarr. practic. quaest. cap.* 25. *nu.* 2. *Gabriel. concl.* 4. *de citat. Privison. decis.* 68. *par.* 1.

Impedit etiam executionem sententiæ assistentiæ quoad actum suspensi um, ut ex *prag.* 2. *de appellation.*, & ibi *Novar.*, & ibi *Rovit. Papaeus in sua praxi tit.* 4. *de assistentia num.* 19. *Muscat. lib.* 2. *par.* 1. *glos. sententia nu.* 135. *in fine*, & ego dixi in 2. tom. meæ praxis.

Secundum requisitum circa solemnitatem, ot simul oullitates explicentur io eadem comparitione, & in qualibet subscribantur leges, contra quas existunt nullitates.

Et deinde sub illis subscribatur advocatus causæ, *prag. Comitis de Lemos* 17. *de officio S. R. C.* §. 16. & *prag. Eminentis. Cardinal. Borgiæ de offic. S. R. C.* 78., *quæ hodie est de dilationibus*.

16 Sed nota, quod subscriptio Advocati non requiritur, ut in Curiis inferioribus Regni, & sic limitatur dicta pragmatica in hoc *Consil. Altim. tom.* 1. *de nullitate rub.* 6. *par.* 13., *num.* 53. Et ratio est, quia dicta pragmatica loquitur de Tribunalibus Collegiatis tantum.

Tertium requisitum circa qualitatem, ut nullitas sit circa expressum casum legis communis, vel municipalis, aut circa publicam scripturam authenticam, & in actis præsentatam ante prolationem sententiæ ut in *dict. pragm.* 11. *de offic. S. R. C.* §. 17., & *pragm.* 12. §. 17. *de causis decidendis*.

Quartum requisitum circa conditionem, ut cum comparitione præsentetur simul depositum. Quod irremissibiliter est exigendum *prag.* 4. *de dilationibus* §. 22. *Auth. noster cap.* 3. *de decret. in remed. nullit. fieri solit. n.* 3.

17 Quod depositum adversus sententiam diffinitivam S. C. & R. C. infra duc. 1000. *per prag.* 5. *de offic. S. R. C. de anno* 1545. erat ducatorum duodecim. Postea fuit auctum ad ducatos 24. mediante litera Regia, quæ conservatur apud Magnificum Secretarium S. R. C.

Ultra vero duc. 1000. depositum, quod erat prius 90. ducatorum hodie est auctum ad ducatos 180. quod est duplum ex literis, quæ conservantur penes eundem Secretarium, & est apostilla in *dicta prag.* 5. *de offic. S. C. in compilatione novissima*, & testatur *Postus ad Musc. glossa nullit. vers. debet tamen, & Auctor noster dict. cap.* 3. *numer.* 2.

Depositum adversus diffinitivam sententiam M. C. vel habenti vim diffinitivæ infra ducatos 75. erit ducatorum sex.

Ultra vero dictam summam ducatorum 75. depositum erit ducatorum duodecim.

Adversus interlocutorium dictæ M. C. facto verbo in Aula depositum erit ducat. trium.

Adversus interlocutorium domi interpositum per Judicem M. C. depositum erit carolenorum quindecim. Juxta *pragm.* 1. *de procuratoribus* §. 1.

18 Hinc nota, quod de decreto domi lato in S. C., in R. Cam. non dicitur de nullitate, sed vel fit iostantia de contrario imperio, val supplicatio de verbo faciendo ante, vel post instantiam contrarii imperii ubi possunt narrari nullitates tamquam exceptiones, & est in praxi notorium, & idem depositum servatur in Reg. Cam., quod servatur in S. Cons. talle *Dom. nostro Auctore hic n.* 5. *post Altim. de nullit. rub.* 6. *qu.* 13. *num.* 30.

Ubi nota, quod anno 1589. die 16., & 21., suborto dubio in R. Cam. quænam pœna sit eaigenda a proponente nullitates, qui succubuit, fuit decisum, quod exigatur, prout axigitur in S. C. ita *Reg. de Marin. resolu.* 477.

Et sic io R. Cam. nequa fit depositum pro decreto domi lato.

Sed de dicto deposito oullitatum latius scripsi in additione ad *Sarnum in praxi civili ad fol.* 134. *n.* 49. *fol.* 29. ubi te remitto, ne eadem repetam.

19 Nullitas proponi potest coram Judice a quo, & coram Judice ad quem per *Text. in l. si Præses* 6. *ubi DD. C. quomodo, & Altimar. rub.* 1. *q.* 10., &

l. Præ-

l. Prætoris 4. Gereoiem leg. 1. ff. quæ sententia sine appellat. Scialoya de foro comp. cap. 52. nu. 31. Idem *Altim. rub. 1. q. 4. n. 38.*

Vel coram Judice superiore, & appellationis per *text. in l. absente C. de accusationib. l. 1. ubi glos. verbo Judex ff. quæ sentent. sine appellat. Tusc. lit. N. conclus. 150. Bart. in l. si expressim ff. de appellation. Joan. de Amicis cons. 147. n. 10. Mynsingerius sing. in observ. 52. Peregrin. decis. 127. Altim. ubi supra.*

Sed hoc mihi non placet, quia idem Judex, qui tulit sententiam, propelavit votum suum, & semper inclinat pro illo confirmando.

Et pars læsa doram Provinciam assumit coram eodem Judice sperare revocationem.

Ideo est in arbitrio partis, coram quo vellet proponere nullitates, & licet *Altim. in d. rub. 1. qu. 4. n. 19.* distinguit, quando nullitates sunt propositæ ad impediendam executionem, quod semper proponi debent coram eodem Judice ex doctrina *Abeccl. observ. 172. nu. 6. & 7.* Et seosus dictæ doctrinæ est intelligendus, quando incidenter proponuntur nullitates ad impediendam executionem.

Quæ executio non impeditur, quando recursus habetur ad superiorem, qui judicavit, quando fuit inferior, & ratio est illa, quæ adducitur a *Metillo de appellat. fol. 93. a n. 26.*, *rejecta Glossa in l. filius in fin. verbo cum non proprio ff. de inoffic. testam. & Bald. & Salyc. d. l.*

Quæ ratio est, quia licet videatur Judex novam repræsentere personam, quando est inferior & postea sit superior, tamen eadem est, & non alia, & præsumitur semper tueri primam suam sententiam, merito est suspectus in secunda instantia, qui judicavit in prima instantia.

Verum si est delegatus, non potest ipsemet discutere nullitates sententiæ, quam tulit *Rovit. decis. 52. n. 3. ex l. fin., ex l. sicut proponi, C. quomodo, & quando Judex, & Glossa ibi*, & ita intelligendus est *Scial. & alii, & clarè Altim. de nullit. tom. 1. de nullitat. rub. 3. q. 7.*

20 Nullitas proveniens ex defectu juris naturalis, ut puta citationis ad dicendum non intelligitur exclusa per statutum *Amendola ad Franch. decis. 342. n. 5. Afflict. decis. 28. in fine, Cama in Ritu Siciliæ 2. n. 9., & c. 17. n. 66.*

21 Nullitas ab eo, qui illi causam præbuit, allegari non potest *Hodiern. controv. 27. n. 19. ex text. in l. 1. §. si Dominus ff. de ventre inspic.*

22 Et oullitetis contractus cum Ecc., minore, &c. non possunt ab aliis, nisi eb ipsimet allegari, *Merlin. controv. 21. De Vita in repertorio fol. 193. col. 2. v. nullitates.*

23 Nullitas actorum usque ad sententiam diffinitivam exclusive opponi poterit in nostro Regno, sed postquam lata est sententia non admittuntur nullitates de actis ante sententiam, *ex Prag. Comitis de Lemos 4. de dilationib.* quæ vulgo dicitur delli 28. capi *Camillus de la Rata cons. 38. n. 1. Carrabba sing. 13.*

Verum circa acta non facta, quæ fieri debebant, nullitas opponi potest etiam post sententiam, quia dicta pragmatica loquitur circa acta facta, & non de iis, quæ erant facienda *Rov. sup. d. Prag. quæ est 73. secundum ejus ordinem sub tit. de offic. S. R. C., & Prat. ad Muscatell. glossa nullitatis n. 12.*

24 Et dicta Pragmatica non obstante, contumax potest dicere de nullitate actorum, quæ fuerunt facta ante sententiam *Rovit. in d. Prag. n. 6. Scial. in praxi forjud. cap. 25. n. 60.*

Ex nullitate actorum omnia attentata sunt ante omnia reponenda, & hic est unus effectus nullitatis *Sanfel. dec. 62. n. 54.*

Alter effectus est, ut expensæ reficiantur data nullitate processus, & quicumque nulliter agit, non auditur de novo, nisi refectis expensis. *Ita decisum refert Afflict. decis. 70. Ursill. ibi n. 2. Scialoya de foro comp. cap. 52, n. 38.* ubi dicit *n. 39.* Judicem teneri ad restitutionem sportularum, quas recepit pro ipsa sententia nulla, ex *Carrab. de Syndicatu part. 2. n. 20., & sing. 95., & sign. 119. & sing. 88.*

25 Nullitates licet per *Pragm. 5. §. 18. dilation.* proponantur infra sex dies circa interlocutoriam, etiam habentem vim diffinitivæ, ut Auctor noster hic in *cap. 3. n. 14.*

Et infra decem annos contra sententiam per viam actionis, & dictus terminus dierum sex non potest prorogari a Judice, neque per viam restitutionis in integrum, & quovis capite notoriæ injustitiæ, ut *in dict. Prag. cap. 7.*

Tamen si quis proponat nullitates intra dictum terminum cum clausula (*salvo jure addendi*) potest etiam termino prædicto elapso proponere alias nullitates absq; alio deposito, etiam in gradu Reclamationis, ut fuit decisum in S. C. anno 1651. in causa Francisci Antonii Acquaviva cum Sedile Nidi, ita *Grazius ad Capyc. dec. 33.*

Sed hodie per *Novellam Pragmat. exc. D. Petri de Aragonia sub die 27. Maji 1666. insertam per Sarnum par. 3. fol. 51. num. 4.* Dispositum est, quod ubi reservatur jus addendi, possunt addi aliæ nullitates infra alios dies sex, & non ultre.

26 Nullitates discutiuntur infra duos menses a die, quo fuerunt præsentatæ, *Pragm. 8. de dilat.* §. 3.

Et si supervenerint feriæ æstivæ, dictæ dilationes non includuntur, *Pragm. D. Petri de Aragonia, 12. Octobris 1666.*

Et deinde per aliam *Pragm.* ejusdem Proregis sub die 20. Martii 1669. fuit declaratum in dicto termino non comprehendi ferias SS. Natalis, & Resurrectionis.

Et si dies primus est feriatus, aut festivus post notificatum decretum, non currit terminus sex dierum, & si dies ultimus, idest sextus est feriatus, neque expirat terminus, ita *Hodierna controv. 48.* decisum refert., *& Metill. de in integrum restitutione, & nullit. n. 16. usque ad 24.*

VINCENTII ALOI

IN CAPUT III.

ANIMADVERSIO

SUMMARIA.

I. *Remedium nullitatis quid?*
II. *Circa modum nullitates proponendi exponitur Pragm. Cardinal. de Alsban de anno 1728.*
III. *Dispositio Pragm. an. 1738. circa depositum pro pœna nullitatum.*
IV. *Nequit contra duo Decreta conformia opponi gravamen nullitatum.*
V. *Etsi Pragm. de an. 1738. vetitum non recipi nullitates adversus Decretum a Tribunali prolatum quo ad actus ordinatorios, hodie tamen admittitur, si actus præjudicat actionem.*

I. Tertium remedium ad impediendam sententiæ executionem est illud nullitatis. Quot modis, intra quod tempus, & quando objici possit agit Author noster, sed nullitatis definitionem prætermisit. Definiri potest cum Sanctio *de nullitat.*, quod sit nullitas, *commune auxilium ad irritandam sententiam, & de qua quis jure quæritur.* Competit enim hoc remedium cuicumque gravato, & definitioni consonant verba *l. 45. condemnatus ff. de re jud. equidem condemnatum accipere debemus eum, qui rite condemnatus est, ut sententia valeat; cæterum si aliqua ratione Sententia nullius momenti sit, dicendum est condemnationis verbum non tenere.*

II. Quinque requisita copulative debent concurrere secundum Practicos, ut hoc remedium habile sit ad producendum actum suspensivum executionis sententiæ, scilicet modus, sollemnitas, comparitio, qualitas nullitatis, & tempus *Gallup. par. 3. cap. 7.* Omnia exponit Author juxta Pragmaticas editas suo tempore & Praxim receptam. Post tamen illius extremum fatum aliæ Pragmaticæ editæ fuerunt. Illas igitur breviter exponemus. Circa modum nullitates admittendi, & objiciendi hæc præscripsit Cardinalis de Althan *Pragm. anni 1728.* §. 5.

„ Che non si ammettano nullità contro de' decreti dei
„ Tribunali, se non siano contro espressi casi di leg-
„ gi comuni o municipali, o contro pubbliche scrit-
„ ture presentate nel processo, secondo il disposto
„ della *Pram. 4. §. 20. de dilat.*, il quale si abbia
„ nella presente per inserito *de verbo, ad verbum*, nè
„ diasi luogo a quelli, che derivano da leggi, che
„ hanno

„ hanno ricevuto verie interpretazioni de' Dottori, o da' Tribunali *neque ex capite notoriæ injustitiæ*, come espressamente si dispone in detto §. eo.

„ Che dopo interposto il decreto diffinitivo, a sentenza in una qualche causa, non si possa dire di nullità degli atti in essi fatte secondo l'ordinanza della stessa *Pramm. 4. de dilat.* §. 17., encorchè si allegasse omissione di un qualche etto ordinatorio sostanzlale per la compilazioee del Processo, o difetto di giurisdiaione.

„ Che di quei decreti, de' quali si possono portere le nullità, non si debbano ricevere queste senza il deposito, o colle pruova della povertà, precedente Rescritto del Regio Collaterale Consiglio. E che similmente di quei decreti coi quali si ordina, che non si ricevano nullità senza deposito, non si possa concedere eltro qualunque rimedio nè di reclamazione, nè di nullità, nè di restituzione *in integrum*, ed altro qualsivoglia.

„ Vogliamo inoltrè, e comandiamo, che la *Pram.* 4. §. 18. *de dilat.*, con cui è stabilito che non si possa dire di nullità de' decreti interlocutori, o che ebbian forza di diffinitivo scorsi i sei giorni dopo il dì in cui quelli si sono notificati, procede pure nei decreti meramente diffinitivi.

„ Che contro le sentenze del S. R. C., tuttochè non incominciete ed eseguirsi, non si possa dire di nullità, nemmeno *per viam exceptionis*, dopo scorsi 40. giorni dal dì, in cui si è notificato il mandato *de parendo*.

Ex dispositione cujus Pragmaticæ statutus fuit modus nullitates objiciendi, quod non principaliter, sed incidenter ex eodem processo objiciantur. Confirmata fuit solemnitas, ut per capita explicentur, & cum compartione. Qualitas illarum etiam designata fuit ut sint contra expressum casum legis comunis vel municipalis, aut contra publicam Scripturam in actis præsentatem. Denique præfinitus fuit tempus nullitates objiciendi contra decretum diffinitivum. Author noster *n.* 13. interpretando *Pragm. 4. de dilat.* & *Pragm. 5. de off. S. R. C.* opinatur quocumque tempore opponi posse, siquidem quando actor sententiæ executionem petebat Reus excipiebat se defendendo cum nullitatibus. Sed hec Pragm. tempus dierum sex statutum e *Pragm.* 18. *de dilat.* ad objiciendas nullitates contra decretum interlocutorium, vel vim habens diffinitivi, fuit porrectum ad decretum diffinitivum.

III. Quæ Authoe tradit circa depositum nullitatum decreti diffinitivi in S. C. & in R. C. hodie servatur. Circa depositum nullitatum respicienrium ordinem, jussit *Pragm. 18. de ord. judic.* §. 1. *n.* 19. „ Che le nullità, che si presentano riguardo all' ordine avanti il decreto diffinitivo, o sentenza, non si possano ricevere se non precedente il deposito di carlini quindici in Viceria, e di docati sei nel S. R. C., e Regia Camera della Sommaria, qual deposito qualora la nullitè regge, si debba reftituire elle Parte, ma non reggendo debba liberarsi in beneficio del Regio Fisco, senza che per lo medesimo possa dirsi dalla Camera Reale di S. Chiara, nè dal S. R. C. o dalla Regia Camera delle Summaria: *Ex causis restituatur* „. Jussit etiam quod pauperes ad hoc depositum faciendum non teneantur, dummodo notarie constet de paupertate. „ Occorre il più delle volte, che le Persone notoriamente opulenti volendo presentare le nullità le presentano col memoriale di povertà, non ad altro oggetto, che per godere del beneficio di quel tempo, che vi bisogne per far dire, *stante notoria opulentia non recipiantur nullitates absque deposito*: perciò per ovviare ad un tel disordine proibiamo espressamente, che dalla Real Camera di S. Chiera non si debbano decretar Memorieli di povertà ad istanza di coloro, che notoriamente non siano poveri, e decretandosi dagli Attitanti delle medesima incorrano ogni volta nelle pena di docati cinquanta §. 2. *n.* 2. „. Et denique jussit. „ Presentandosi nullità col memoriale di povertà da Persone che sono notoriamente opulenti, vogliamo che si possa dalla G. C. della Vicarie ordinare: *o stante notoria opulentia, non recipiantur nullitates absque deposito*; o pure *stante notoria paupertate, procedatur ad discessionem nullitatum absque deposito*. Anzi qualora si stimasse dalla G. C. della Vicaria che le nullità sieno frivole, e di niuna sossistenza, e solamente proposte per diletare l'esecuzione del decreto, Vogliamo, che possa in tal caso, non ostante qualsisie disposizione in contrario, ordinare: *rejiciantur nullitates etiam attento tenore ipsarum*, come si pratica dal S. R. C.

IV. De duobus sententiis uniformibus latis in S. C. non licet amplius provocare, & consequenter nec de nullitate dicere, quia imponitur perpetuum silentium, *Afflict. dec.* 231. *de Franch. dec.* 136. Nec obstat *Pragm.* 82. *de off. S. R. C.*, in que probari videtur, quod etiam post binas latas sententias dici possit de nullitate. Nam ibi evidenter statuuntur quæ sunt binæ sententiæ uniformes, & præscribitur quod circumscripta etiam nullitate eatenus exequantur, quatenus sint validæ & non omnino iniquæ, & injustæ. Si igitur sunt validæ & conformes binæ sententiæ, gravamen nullitatum opponi non potest *Rovit. ad d. Pragm. n.* 1. *&* c.

V. A *Pragm.* 18. *de ord. jud.* §. 1. *n.* 21. statutum fuit non recipi nullitates adversus decretum a Tribunali latum quoad actus ordinatorios. „ Dei decreti interlocutorj, che si fanno in Casa da' Commessarj per gli atti ordinatorj, che riguardano la compilazione del giudizio, *quocumque abusu sublato*, non se ne possa produrre se non che un solo gravame nel Tribunale; di maniera che o si confermi, o si revochi il decreto fatto in Casa del Commissario, non sia lecito elle Parti, nè di reclamare, nè di dire di nullità „. Hodie servetur, quod si decretum præjudicat actionem, admittuntur nullitates. Nec praxis est contra Pragmaticam; quia mens illius fuit dilationes resecare, & non tollere Partium jura, quæ si gravamen actus actionem principalem præjudicantis non admitteretur per nullitates, equidem tollerentur.

C A P U T IV.

De Decretis, quæ circa modificativas exceptiones interponi solent:

S U M M A R I U M.

1 *Exceptiones modificativæ judicatum non impugnant, & ad sententiæ executionem impediendam admitti solent.*
2 *Praxis opponendi modificativas exceptiones jurium, ac Doctorum citatur auctoritate.*
3 *Exceptiones modificativæ sunt multiplices, quarum pleraque remissive memorantur, & sæpissime a debitoribus objiciuntur ad magis defatigandum creditores.*
4 Pragmaticæ 44. de off. Magistri Justitiarii *tenor adducitur, & explicatur, & n. seqq.*
5 *Exemplum cujusdam causæ, in qua fuit allegata satisfactionis exceptio, per Auctorem adducitur, & alia Gizzii decis. refertur, & num. 10.*
6 *Præfata* Pragm. *comprehendit tam conventionem, quam satisfactionem.*
7 *Excipiens dicitur actor; actor autem, si libellus sit obscurus, eundem declarare tenetur.*
8 *Petitio cur lucida, & clara esse debeat.*
9 *Satisfactionem opponens tempus, & modum cogitur declarare.*
11 *Satisfactionem allegans declaret oportet, an ante, vel post sententiam satisfecerit.*
12 *Exceptio modificativa ante sententiam opposita quando rursum opponi queat.*
13 *Satisfactionem allegans post incusatam obligationem an audiatur.*
14 *Exceptione satisfactionis, vel conventionis proposita, quodnam decretum proferatur, ejusque praxis exponitur.*
15 *Exceptio* esse executum in bonis alienis *quomodo cognoscatur, & n. 25.*
16 *Decretum illud, quo exceptiones prædictas* militare *dicitur, exponitur.*
17 *Pactum juramento firmatum, quod satisfactio probari non possit nisi per scripturam, an valeat, bipartita DD. sententia recensetur cum Auctoris opinione, ut num. seq. & num in judicio summario, ut n. 24.*
18 *Pactum omni jure servandum.*
19 *Pactum contra publicum commodum non valet, ac testium usus nedum frequens, sed necessarius est.*
20 *Testium depositiones, & instrumenta parem vim habent & num. 22.*
21 *Falsitas non præsumitur, & facilius detegitur in testibus, quam in instrumentis.*
23 *Plures numero testes difficile corrumpuntur.*
26 *Quoties articuli continent plura capita, quod plures sint facta rerum executiones, in quibus excipientis intentio fuit probata, quodnam decretum pronuncietur.*
27 *Exceptio* esse executum in bonis alienis, *an vindicet sibi locum in executione pro pensione domus remissive.*
28 *Modificativæ exceptiones infra triginta dies opponendæ a die intimata sententia; idque per Auctorem enucleatur.*
29 *Terminus ad probandas modificativas exceptiones est arbitrarius, & pœna contra non probantes qua sit.*
30 *Exceptione discussionis inventarii pendente sequestrum bonorum decernitur, & contraria Prati opinio conciliatur.*
31 *Post relaxatas literas executoriales exceptio isthæc executionem non impedit, & quid si opponatur adversus decreta de solvendis tertiis.*
32 *Auctores materiam sequestri tractantes recensentur.*

Die &c. visa comparitione præsentata &c. fuit provisum, quod declarato modo, & tempore allegatæ conventionis, *sive*, satisfactionis providebitur.

Die &c. visa comparitione præsentata &c. capiatur summaria informatio super allegata conventione, *vel dicitur*, satisfactione ad finem providendi.

Die &c. visa comparitione fol.... informatione capta fol.... atque omnibus actis S. C. declarat, exceptionem allegatæ satisfactionis non militare, *vel dicitur*, militare, sive militare pro summa ducatorum ..... tantum.

Die &c. visis &c. S. C. declarat, allegatam conventionem militare, vel non militare, *aut dicitur*, militare quoad modum, non vero quoad quantitatem.

Die &c. visis comparitione fol.... & informatione capta a fol.... usque ad fol... S. C. declarat exceptionem oppositam, esse exequutum in bonis alienis, non obstare, *vel dicitur*, militare in bonis in secundo, vel quarto, e. g. articulo contentis.

Die &c. procedatur ad discussionem inventarii, quatenus de eo legitime constiterit, & interim sequestrentur bona in illo contenta, & reponantur penes tutum tertium.

[1] EXceptiones modificativæ judicatum non impugnant; ideoque ad sententiæ exequutionem impediendam **[2]** plerumque admittuntur: quæ praxis opponendi modificativas exceptiones fundatur in *l. Nesennius §. ult. D. de re judic.* admonent Aretinus in *l. rei judicatæ §. si in judicio D. sol. matrim. in l. si duo §. Marcellus, & in l. eum, qui §. si juravero D. de jure jurando* Faber in suo *C. tit. de except. defin.* 2. aliique in *l. 1. de jur. & facti ignor.* adde D. Regen. Reverter. *dec.* 147. ibique D. Reg. de Marin. in *observ.*

Hæ autem exceptiones sunt quamplurimæ; est enim **[3]** exceptio compensationis, de qua Riccius in *collect.* 238. exceptio non implementi, idem Ricc. in *collect.* 1245. exceptio æris alieni, & deducto ne egeat, Boer. *qu. 10. num. 9.* aliasque congerunt Galleppus in *prani S. C. par. 3. cap. 3.* ac Maradei in *praxi præsent. instrum. cap.* 18. & plerumque, ut experimur, a debitoribus ob eorum inopiam, seu potius perfidiam ad magis magisque defatigandum creditores, opponuntur: at quia frequentius debitores ipsi ad manus habent novæ conventionis, atque satisfactionis exceptiones, **[4]** merito peculiari sanctione, nempe *Pragmatica 44. de officio Magistri Justitiarii* §. 2. cautum fuit in hæc verba. *Item volumus & mandamus, quod quando allegantur in judiciis novæ conventiones, aut satisfactiones, comparitiones hoc continentes debeant esse adeo lucidæ, & claræ, quod nulla penitus indigeant declaratione, sed exprimatur species ipsius novæ conventionis, & aliter dictæ comparitiones a judicibus, magistris actorum, seu Scribis nullatenus admittantur, nec in ipsis comparitionibus fiant præsentationes sub pœna ducat. quinquaginta ab ipsis magistris actorum exigenda in casu controventionis.*

Quo fit, ut cum Illustris D. Jo: de Baulcio Sclavorum **[5]** Dux per bina decreta S. C. fuisset condemnatus ad solvendum Dom. D. Josepho Sanfelicio summam ducatorum octingentum, ac debiti satisfactionem deinde allegasset, petendo terminum ad eam probandum, quod comparitio non erat servata forma *Pragmaticæ*, supradictum primum decretum a me uti Commissario fuit interpositum, & confirmatum per S. C. sed sentiens se gravatum, a Spectabili D. Præside regiam decretationem obtinuit de verbo faciendo loco reclamationis. Proposita causa, quanquam a magnifico Advocato diceretur, *Pragmaticam* circa tempus, & modum loqui de conventione, non autem de satisfactione, attentis illis verbis, *exprimatur species ipsius novæ conventionis*, quam satisfactionem in termino contendebat probare, & in puncto fuerit allegata decisio S. C., relata a Michaele Angelo Gizzio in *observat. ad ultim. decis. D. Canyrii Latro* in causa Marii Stecquto cum Octavio Affatati; nam idem Marius cum petiisset certam pecuniarum quantitatem ab Octavio, eo satisfactionem opponente, per S. C. fuit datus terminus, postmodum dictus Marius institit pro declaratione modi, temporis, loci, & coram quibus, & licet obtinuisset decretum, quod prædictus Octavius, declararet modum, tempus, & coram quibus fuit facta dicta satisfactio; nihilominus referente D. Consiliario Antonio Mirabalio, per idem S. C. fuit provisum, quod *terminus alias datus currat, oppositis per dictum Marium non obstantibus*. Verum in præsenti causa me referente fuit confirmatum decretum, & de-

claratum, prædictum Illustrem Ducem teneri facere
petitam declarationem sequentibus rationibus. Prima;
6 nam dicta Regia Pragmatica comprehendit tam con-
ventionem, quam satisfactionem, & fuerunt perpensa
illa verba, *quod quando allegantur in judiciis nova*
conventiones, aut satisfactiones, compartitiones &c. de-
bent esse adeo lucida, & clara, quod nulla penitus
7 &c. & verba; quæ sequuntur, *sed exprimatur species*
ipsius novæ conventionis sunt exemplificativa, non au-
tem restrictiva; & fuit quoque consideratum, quod
Pragmatica loquitur in allegando, non in probando
satisfactionem, dum statuit, quod compartitiones satis-
factionem, vel conventionem involventes esse debeant
adeo lucidæ, & claræ, quod nulla penitus indigeant
declaratione. Secunda, quia in proponenda hujusmodi
exceptione excipiens censetur actor: actor autem pro-
ponens actiones, si libellus sit obscurus, illum decla-
rare omninò tenetur. Tertia, quæ est fundamentalis;
nam in regno non conceditur articulorum copia, ut
8 alibi docuimus, idcirco petitio clara, & lucida esse
debet; alioquin auferrentur reo defensiones: tenetur
9 igitur declarare qui satisfactionem opponit, tempus, &
modum, ut creditor se defendere valeat, cum proba-
re possit, quod tali tempore, & loco non fuerit in
Civitate, quod testes ab illo loco absuerint, vel tem-
pore solutionis mortem obierint.

Item fuit adducta alia decisio relata per eundem Giz-
10 zium *cit. loc.* in causa Josephi de Rinaldo cum Agnel-
lo Maldacea, ubi fuit decisum, quod dictus Joseph
teneretur facere dictam declarationem; adeout de hu-
jusmodi decreti praxi pro veritate negotii non sit
amplius disputandum.

Rursum hic non est silentio prætereundum, quod satis-
11 factionem allegans declarare etiam tenetur, an re-
vera satisfecerit ante, vel post sententiam; si enim
ante sententiam, quandiu post ipsam opponatur, ex-
ceptio videtur calumniosè opposita, juxta not. per D.
Reg. de Marin. in *observ. ad d. dec. Reverter.* Unum
tamen animadvertas velim, quod quamvis exceptio
modificativa ante sententiam sit opposita, ac de ipsius
12 viribus non fuerit cognitum, vel expressim a Judice
non rejecta, poterit rursus opponi in ejusdem senten-
tiæ executiona; censetur enim in id ferme tempus
reservata, nec prorsus explosa, ad tradita per Carle-
val. *de judic. lib. 5. tit. 3. disp. 17. num. 8. circa fin.*
Quod si satisfactio allegetur post incusationem obli-
13 gationis penes acta, & opponens declaret, illam
fuisse secutam ante incusationem; non auditur nisi
facto deposito: sin autem postea, & facta sit bonorum
exequutio, decretum interponitur de vendendo; ve-
rum adjicitur, quod *supersedeatur in liberatione per*
dies... infra quos de satisfactione docere possit, ut
notant Caravita in *Ritu 128. num. 5. circa fin.* & D.
Reg. Sanfelic. in *Praxi judic. sect. 38. num. 25.*

Proposita vero dicta exceptione satisfactionem, vel con-
14 ventionem continente, servata forma Regiæ Pragma-
ticæ, supradictum decretum interponitur, quod *ca-*
piatur summaria informatio: quæ praxis Institutor do-
ctrinæ Bartoli in *Extrav. ad reprimendum in verbo*
summarie, & *l. 4. §. condemnatur D. de re judic.* re-
latæ a D. Reg. Reverterio *decis. Regia Camera 147.*
quemadmodum quoque dicitur, si opponatur exce-
15 ptio, *esse exequutum in bonis alienis*, per text. in *l.*
a Divo Pio §. si super rebus de re judic. ubi Ulpian.
inquit: *si super rebus, quæ pignoris jure captæ sunt,*
controversia fiat: constitutum est ab Imperatore nostro,
ipsos, qui rem judicatam exequuntur, cognoscere de-
bere de proprietate, & si cognoverint ejus fuisse, qui
condemnatus est, rem judicatam exequantur. Sed scien-
dum est summatim eos cognoscere debere. Hujusmodi
termino compilato aliud interponitur decretum, sci-
16 licet *militare*, quod a probatione dependet: si vero
integra probata non fuerit satisfactio, sed ex aliqua
parte, tunc dicitur: *militare pro summa ducatorum...*;
siquidem in allegata conventione quum testes depo-
nunt tantum de modo, puta de solvendo creditum in
ducatis.... pro quolibet mense, tunc dicitur: *milita-*
re quoad modum, non vero quoad quantitatem.

Pro ornatu vero hujus cap. quæro; an pactum scriptu-
17 ræ adjectum, & juramento firmatum, quod satisfa-
ctio probari non possit nisi per scripturam, valeat?
Bipartitæ sunt DD. sententiæ; alii enim affirmant, alii
negant, ut videre est penes Constantinum Cæsarum
primæ notæ Advocatum in suo *speculo Peregr. quæst.*
qu. 47. qui utramque sententiam communem esse di-
cit: affirmativa fundatur in eo, quod pactum omni
18 jure servandum; de jure divino, ut in Evangelio,
ibi: *Nonne pacto convenisti mecum?* de jure positivo,
ut in *l. 5. D. de pactis*, & in *l. 1. D. de const. pecun.*
& propter juramentum: pactis autem non servatis,
& sacramenti religione vallatis offenditur Deus, cui
19 pactorum observantia fuit promissa: negativa funda-
tur in eo, quod tale pactum est contra publicum com-
modum, & quia testium usus non solum frequens, sed
necessarius est: eandem amplectitur idem Cæsar. con-
siderans, quod si debitum verè sit satisfactum, tunc &
obligatio, & juramentum sublata censetur, & hoc
casu debitor Deum non lædit, sed adversus creditorem
calumniantem se defendit; eandem secuti sunt D. de
Ponte *cons. 36.* Consiliar. Hodiern. *ad Sued. decis. 377.*
& Consiliar. Joseph de Rosa *consult. 16. lib. 2.* ea
ratione; si enim hoc pactum esset validum, nimis re-
stringeretur probatio, quando parem vim habent &
20 testium depositiones, & instrumenta, *l. in exercendis*
C. de fid. instrum. hanc ipsam ego sequor, perpen-
dendo, quod tale pactum apponitur ad evitandam for-
21 tassis falsitatem, quæ primo præsumenda non est *l. me-*
rito D. pro socio; secundo, quia facilius detegitur in
testibus, quum pluries interrogantur, quam in instru-
mentis, quæ falso conficiuntur; dicuntur enim testi-
monia mortua, quæ non loquuntur, & insuper tale
pactum est contra Evangelicum dictum, videlicet:
in ore duorum, vel trium stet omne verbum; propterea
magis communem, & veram istam dijudico: plane
si quinque testium numero probatur solutio, omni
prorsus scrupulo caret; hæc enim probatio æquipara-
22 tur instrumento, *l. testium facilitatem C. de testib.*
unus autem testis facile corrumpi potest, duo difficul-
ter, tres difficilius, quinque verò difficillimè, cui ae-
23 cinit Seneca: *nemo omnes, omnes neminem, singuli*
singulos fallunt; quamobrem si huic legi fuit quoque
renunciatum, renunciatio, & pactum meo arbitrio
nullius sunt reputanda momenti.

Utcumque tamen prima affirmativa sententia recipiatur,
24 quod valeat pactum, ea minime procedit in judicio
summario, nempe in liquidatione instrumenti; in ipso
enim judicio, ut Ritus rigor evitetur, non est ne-
cessaria plena probatio, sed ea satis est, quæ men-
tem probabiliter moveat ad credendum creditori fuisse
factam solutionem.

Solent quoque debitores post executionem opponere ex-
25 ceptionem illam, *esse executum in bonis alienis*, ut
puta si Titius condemnatus uti heres Caji vigore li-
terarum executorialium expeditarum in bonis heredi-
tatis, opponat quod bona executa sunt propria ei
obventa a patruo, vel ex dotibus maternis, aut ali-
unde, sive ipsa mulier compareat, aliusve, qui rem
propriam esse dicat, de qua re loquitur cit. tex. in
l. a Divo Pio D. de re judic. quo in casu interponi-
tur decretum, quod *capiatur summaria informatio, re-*
quisito creditore; & sic uterque præsentare potest arti-
culos, & super iis testes producere, atque scripturas;
quoties enim articuli continent plura capita, quia
26 plures sunt factæ rerum exequutiones, in quibus in-
tentio exceptionem opponentis est probata, supra-
dictum interponitur decretum, scilicet, *esse executum*
in bonis alienis.

Cæterum quando exceptio hæc locum habeat in execu-
27 tione facta pro pensione domus, quoad bona ibi in-
vecta, & illata, & an respectu bonorum uxoris, quæ
in domo a viro conducta fuerunt reperta, vide Afflict.
decis. 174. nu. 3. & 4. ibique Ursill. *nu. 1. 5. & 6.*

Prædictæ autem exceptiones, & aliæ, si quæ sunt mo-
28 dificativæ infra triginta dies ab intimatæ sententiæ,
sive diffinitivi decreti die ad finem impediendi execu-
tionem proponendæ sunt, alioquin opponi non pos-
sunt, uti cautum est in *Pragm. 4. de dilationibus §. 25.*
quinimò etiam quod sint elapsi dies triginta, dum-
modò sententia non sit cœpta exequi, videlicet do-
nec cautio in casu retractationis non præstetur, ut in
d. §. adde Petram super *Rit. 166. nu. 202. circa fin.*
atque etiam concesso termino procuratori ad denun-
ciandum sup principali prædictus terminus 30. dierum
ad proponendas exceptiones modificativas non currit
nisi a die, quo terminus ad denunciandum expiraverit.
Hic autem terminus ad probandas hujusmodi exceptio-
29 nes Judicis arbitrio remittitur: pœna vero contra non
probantes eadem est ac illa, cui subjacet non probans
nul-

nullitates, juxta citatam *Prag.* §. 26.

Quoad ultimum decretum, quoniam de ipso alibi diximus,
30 hic tantum noto, quod ne inventarii discussio in longum tempus protrahatur, bona omnino a manibus debitoris sunt auferenda, & sequestranda, D. Reg. Sanfelic. *dec.* 211. quemadmodum servatur in praxi, cui tamen refragatur Prat. *obs.* 53. quoties inventarium fuerit legitimè confectum: quæ quidem Prati opinio sustinetur, ubi heres cum solemni inventario valida jungat documenta solutionum, ex quibus liquido constet, hæreditaria bona fuisse consumpta, ad tradita per Carleval. *de judic. lib.* 1. *tit.* 3. *disp.* 13. *nu.* 3. *& seq.* Cæterum post relaxatas literas executoriales
31 exceptio discussionis inventarii executionem non impedit, juxtà decisionem relatam a Thoro in *Compen. p.* 3. *verbo Exceptio inventarii fol.* 392. Si verò talis exceptio adversus decreta de solvendis tertiis opponatur; tunc impedit executionem, quamvis effluxerint 30. dies a Reg. *Prag.* statuti auctore Capycio lat. *dec.* 96. Utcumque se res habeat, procul dubio, pendente discussionis inventarii exceptione, sequestrum, ut modò diximus, est decernendum; de cujus sequestri materia quædam alibi tetigimus. Quod si cuiquam libeat rem hanc curiosius investigare, ob-
32 vii sunt Auctores non pauci de *sequestris*, *& sequestrationibus* ex professo tractantes, nimirum Angelus Perusinus, Jacobus de Arena in *lib.* cui titulus, *Selecti tractatus assecurationis*, *& cautionis*, Jo: Baumannus, Vincentius Carocius, Andreas Cludius in *tract. de jure sequestrationis*, Franciscus Curtius, Guido Fojanus, David Mevius Wismeriensis in *tract. de arrestis*, Antonius Negusantius, Nicolaus Beinigk in ejus *disp. inaug.* Gulielmus Schmid. in *disput. inaug.* Jo: Volckmarius Bechmannus, Jason Claudius. Atque hic sit finis impositus huic Civili Decretorum Praxi ad Gloriam Augustissimæ Dei Genitricis, sub cujus auspiciis, quemadmodum Opus hoc exordiri datum fuit, ita sub eisdem illud claudere feliciter contigit.

LEONARDI RICCII

OBSERVATIO

AD CAPUT IV.

De Decretis circa modificativas Exceptiones.

SUMMARIUM.

1 *Modificativa exceptiones, quas explicat noster Auctor enarrantur.*

2 *Exceptio nova conventionis, & satisfactionis declaratur.*

3 *Terminus 30. dierum, quando currit, & quando non?*

4 *Modificativas non probantes solvunt pœnam, cui subjacent non probantes nullitates.*

5 *Compensationis exceptionem nos numeravimus inter peremptorias, & etiam nova conventionis, & satisfactionis, & exceptionem deducto, ne egeat inter mixtas, sive anomalas numeravimus.*

6 *Exceptiones fuisse executum in bonis alienis, & discussionis rei specialiter obligata, & discussionis inventarii facti, & faciendi inter modificativas numeravimus.*

1 Auctor noster hic *num.* 3. inter modificativas exceptiones, exceptionem compensationis remissive ad *Episcop. Ricc. in collectanea* 238.

Et exceptionem non impleti remissiv. ad dictum *Ricc. in collectanea* 1245.

Et exceptionem æris alieni, & deducto ne egeat ad *Borrium qu.* 19. *nu.* 9.

Et alias remissive ad *Gallupp. par.* 2. *c.* 3. *& ad Dom. Moradei in praxi præsentat. Instrum. cap.* 18.

2 Et Actor noster *nu.* 4. explicat exceptionem novæ conventionis, atque satisfactionis, & *nu.* 28. dicit, quod modificativæ infra 30. dies a die diffinitivi decreti intimati opponi possunt, quibus elapsis non possunt opponi ex *Pragm.* 4. *de dilat.* §. 25.

3 Verum elapsis dictis 30. diebus, dummodo cautio in casu retractationis non sit data, possunt opponi *d.* §. 25. *& Petra situ* 166. *num.* 202. *circa finem*.

Et terminus 30. dierum non currit, nisi a die, quo Procuratori ad denunciandum suo Principali expiraverit, quando dictus terminus fuit Procuratori concessus ad denunciandum.

Et quod terminus ad probandas dictas exceptiones remittitur Judicis arbitrio, Auctor noster hic *nu.* 29.

4 Et pœna circa non probantes est eadem, cui subjacet non probans nullitates *ex dicta pragm.* §. 28.

5 Nos vero *in* 3. *tom. praxi judic. ord.* numeravimus exceptionem compensationis inter exceptiones peremptories, ut *cap.* 62.

Exceptionem ne quis teneatur, ultra quam facere
5 potest, seu deducto ne egeat numeravimus inter exceptiones mixtas, sive anomalas *cap.* 70. *in* 3. *tom. mea prax.*

Et exceptionem novæ conventionis, & satisfactionis inter peremptorias, ut late dixi *cap.* 60. *& seq. cap.* 61. 62., & capit. 63. dixi de exceptione solutionis, compensationis, retentionis, ubi te remitto.

6 Et inter exceptiones modificativas numeravimus exceptionem fuisse executum in bonis alienis, & discussionis rei obligatæ, & discussionis inventarii facti, & faciendi, & de aliis ut *in dicto meo* 3. *tomo in c.* 72. *& seqq.* ubi te remitto.

VINCENTII ALOI

IN CAPUT IV.

ANIMADVERSIO

SUMMARIA.

I. *Qua, & quotuplices sint exceptiones modificativa.*
II. *Quid servandum in proponenda exceptione satisfactionis, & nova conventionis ex Pragm. ann. 1728. & 1738.*
III. *De exceptione compensationis.*
IV. *Quid juris circa exceptionem meliorationum.*
V. *Exceptio retentionis qua, & cuinam competat.*
VI. *De Exceptione deducto ne egeat.*
VII. *An, & quomodo competat hac exceptio filiisfamilias.*
VIII. *Doctorum opiniones enarrantur.*
IX. *De Exceptione discussionis Inventarii.*

I. Fusius in *animadv. ad tit. V. de decr. except. peremtor. respic.* loquuti fuimus de exceptionibus, quæ oriuntur ex causis novis re ab initio rite constituta. At quia multæ ex illis oppositæ adversus sententiam, illius executionem impediunt: hinc a Forensibus exceptiones modificativæ appellatæ fuerunt. Merito igitur Auctor noster postquam disseruit de decretis appellationem, revisionem sententiæ, & reclamationem respicientibus, & de decretis, quæ in remediis restitutionis in integrum, & nullitatum interponi solent, illico de decretis modificativarum exceptionum pertractat. Ex legibus monet has exceptiones judicatum non impugnare, sed sententiæ executionem impedire, & quamplurimas numerari; sed non omnes enumarat, & super enumeratis aliæ Pragmaticæ post ejus obitum editæ alie addiderunt. Nos ergo quæ ad hanc materiam illustrandam pertinent, breviter supplemus.

Exceptiones modificativæ sunt illæ, quæ judicatum non impugnant, sed executionem sententiæ impediunt, *Barthol. in l. cum unus ff. de bon. auth. jud. possid.*, *Musant. de except. n.* 18., *Thor. compend. decis. v. executio sententiæ*. Numerus illarum ad quinque reduci potest, scilicet ad exceptiones satisfactionis aut novæ conventionis, compensationis, meliorationum, deducto ne egeat, & discussionis inventarii.

II. *Ex Pragm.* 44. *de off. Magistri Justitiarii* Author repetit *num.* 4. quomodo exceptio novæ conventionis, aut satisfactionis in judicio allegari debeat, & dubia quæ circa illam insurrexerunt in quadam causa allate *num.* 5. *ad* 10. cum decisione S. C. diluit. Non omnia dubia tamen sublate fuerunt. Hinc *Pragm. diei* 21. *mensis Junii* 1728. *n.* 7. statuit, quod in libello exceptionis novæ conventionis & satisfactionis necessario exprimi deberent locus, dies, hora, & testes per nomina, & cognomine, coram quibus fuit facta nova conventio, aut satisfactio. En ejus verba: „ Conviene „ di-

„ dichiararsi la *Prammatica* 44. §. *item volumus de offic.* „ *Magistr. Justit.*, acciocchè quello ch' è determinato „ intorno alle nuove convenzioni, che si allegano, „ abbia pur luogo, siccome espressamente ordiniamo, „ che abbia luogo, e che si osservi rispetto alle so- „ disfazioni; e che allora s' intenda adempiuto alle „ circostanze ricercate dallo statuto, che determina „ doversi allegare, *lucide & clare*, quando nel libel- „ lo si esprimono il luogo, il giorno, l' ora, ad i „ testimonj per nome e cognome, in presenza de' „ quali sia seguita la nuova convenzione, o sia so- „ disfazione: altrimenti facendosi, i Mastrodatti del- „ le cause non possano riceverle; e riceveodole in- „ corrano nella pena della medesima Prammatica sta- „ bilita ec. „. Et pro majori explicatione prædictæ pragmaticæ alia *Pragm. anni* 1738. §. 1. *n.* 15. sancisum fuit, quod allegati non possit nova conventio, vel satisfactio, nisi exhibeatur a debitore partita Banci, sive alia scriptura privata debitoris cum authentica Regii Notarii, in qua dicta nova conventio, aut satisfactio exprimatur; alias debitor prius debitum solvere teneatur, & postea terminus super allegatis impartiatur, & Creditor recipiendo pecuniam cautionem arbitrio Judicis præstare debeat de restituendo viso exitu termini. Cujus verba nos retulimus in *animadv. ad tit.* 5. *part.* 1. *n.* 2.

III. Exceptionem compensationis inter modificativas Author non enumerat, sed certum est etiam exceptionem facti esse, & finitimam satisfactioni, nam fictione juris idem est solvere, & compensare *l. si debitor ff. qui potior. in pign.* Ideo inter modificativas numerari debet. Et est exceptio tam privilegiata, ut si expresse non opponatur, ipso jure intelligitur facta compensatio adversus executionem sententiæ, dummodo ex facto resultet, *Afflict. dec.* 121., *de Franch. dec.* 4., *&* 7. Quando tamen impedit executionem sententiæ, & opponi potest, late diximus in *animadv. ad c.* 5. 1. *part. num.* 2.

IV. Exceptio meliorationum opponi potest ante sententiam, & tunc indistincte quousque illarum pretium in fundo factarum solvatur, possessor a fundo dimitti non debet, *l. & si in area ff. de condit. l. si in fundo ff. de rei vindic.*, *de Franch. dec.* 112. *n.* 1. Opponi potest etiam post sententiam, & aliqui DD. indistincte etiam affirmant illius executionem impediri, *Morescot. var. resolut.* 112. *lib.* 2. *n.* 18., *Anton. de Amato resolut.* 14. *n.* 42., ideoque exceptionem modificativam esse. Alii distinguunt ut si meliorationes sint liquidæ, vel incontinenti liquidari possint, tunc sit exceptio modificativa impediens executionem sententiæ. Sed si sint illiquidæ, sententiæ executio non impeditur, nisi fuerit decretum: *solutis prius expensis*, *Mastrill. dec.* 93., *Ursill. ad Afflict. dec.* 205. *n.* 7., *de Luc. ad Franch. dec.* 112. Quæ opinio in praxi servatur.

V. Exceptio igitur modificativa meliorationum est illa quæ competit possessori fundi condemnato ad illud restituendum, ut non cogatur restituere antequam solvantur meliorationes in ipso fundo factæ. Ut autem hæc exceptio locum habeat in praxi, & excipienti competat post sententiam, tria requisita copulative concurrere debent. Primo ut expensæ sint necessariæ, & utiles *l. certum Cod. de rei vindic.*, nam de voluntariis non habetur ratio, *DD. in l. in fundo ff. de rei vindicat.*, & illas deducit possessor non per modum æstimationis, sed per abrasionem, *Alciat. in l. impensæ ff. de verb. signific.* 2. Ut meliorationes tempore executionis sententiæ reperiantur liquidæ, & claræ, alias exceptio prædicta non impedit sententiæ executionem, sed sententia exequitur præstita cautione per victorem de illis restituendis, *Menoch. de recuper. poss. remed.* 15., *Peregrin. de fideicomm. art.* 50. *tit. de expens.* Quod si partim sint liquidæ, partim vero illiquidæ: pro liquidis competit retentio, pro illiquidis cautio. Pro liquidis habentur etiam non probatæ, sed quæ constant ex aspectu; nam tunc judex vel mittit expertum ad illas taxandas, vel expertum secum ducit super faciem loci, *Bald. in l.* 1. *Cod. de fruct. & lit. expens.* & ita servat S. C. teste *Ursillo ad Afflict. dec.* 205. *n.* 7., *Capyc. dec.* 17. 3. Ut hæc exceptio opponatur a bonæ fidei possessore; nam malæ fidei possessori competit tantum retentio meliorationum necessariarum *l. domum Cod. de rei vindic.*, & pro utilibus detractio, & abrasio, *Menoch. de retin. poss. n.* 540.

VI. Exceptio deducto ne egeat est beneficium a jure concessum certis personis ne teneantur ad integrum, sed ad id tantum quod facere possunt, *tit. Cod. quod cum eo.* Personæ, quibus competit, sunt a lege designatæ. Ratione reverentiæ competit Parentibus *l. inter eos ff. de re judic.*, & extenditur etiam si integre soluturum juraverit, *quasi huic naturali pietati renunciari non possit, ut verius visum est Sacro Consilio*, *Minad. in rubr. repet. consilit. in aliquibus*, *n.* 4. Competit etiam Socero convento a Nuru *l. rei judicatæ ff. solut. matrim.*, & viro, & uxori *l. maritum ff. sol. matr.*, & *l. unic. C. de rei uxor. act.* Ratione dignitatis & utilitatis competit militibus *l. miles ff. de re judic.*, & quia Baro est plusquam miles, ad Baronem extenditur, *Freccia de subfeud. lib.* 3. *fol.* 257. Ratione liberalitatis competit donanti *l. ex liberalitate ff. de re judic.* Denique ratione commiserationis competit illis, qui bona cesserunt *l. is qui bonis ff. de cess. bonor.*

VII. An competat filiusfamilias? Certum est, quod competit ad impediendam sententiæ executionem si agatur inter Parentes §. *& si quis instit. de action.* Competit etiam jure civili filiofamilias obligato cum Patre creditoribus, & postea juris sui effecto per emancipationem, aut per mortem Patris abstinendo ab hereditate, vel illam acceptando cum beneficio legis & inventarii. Ex principiis enim antiqui juris civilis filiusfamilias per status mutationem ut novus homo habebatur, ideoque Creditoribus non tenebatur; sed Prætor æquitate suadente utilem actionem illis dedit decernendo filiumfamilias sui juris effectum non teneri ultra ejus vires, sed deducto ne egeat *l.* 1. *&* 2. *ff. quod cum eo qui in alien. pot. &c.*, quam Imperatores confirmarunt *tot. tit. Cod. quod cum eo.* Jure nostro municipali quæcumque filiifamilias obligatio irritatur per *Pragm. I. ad S. C. Mac.* tribus casibus excepta, scilicet quando obligatur in præsentia, & cum expresso consensu Patris; quando tempore obligationis emancipatus esset; & quando vivat cum domo, & familia sejuncta a Patre. His enim casibus filiusfamilias exceptionem *deducto ne egeat* adversus sententiæ executionem opponere potest. Viget tamen hæc exceptio respectu bonorum quæ filius obligatus post mortem Patris acquirit, non vero pro illis quæ possidebat ex peculio castrensi, quasi castrensi, & profectitio. Rationem assignat *Regent de Marin. l.* 1. *resol. c.* 145. *n.* 5., quia quando Creditores contraxerunt, dicendum est horum bonorum contemplatione contraxisse; & ita decisum refert *de Franch. dec.* 70. exceptione opposita a filiofamilias super talibus bonis non obstante.

VIII. Dubitatum fuit an filiusfamilias huic exceptioni renunciare possit, & quomodo hæc renunciatio sit concipienda. Dubium oriebatur ex quadam inutilitate prætensa renunciationis, ex qua teneretur in integrum; & ex natura beneficii, quod cum sit personale illi renunciari non possit *gloss. in l. quis talo ff. sol. matr.* Sed post Bart. *in l. Nesennius ff. de re judic.* DD. communiter intulerunt quod valeat renunciatio attenta ratione quod quisque auxilio legum renunciare potest, etiamsi publicæ utilitatis intuitu invectum fuerit, ut in exceptione hostica, & ita plures decisum testatur *de Franch. dec.* 164. *n.* 7. Qualiter autem debeat esse renunciatio, major altercatio fuit. Generalem renunciationem sufficere multi dixerunt, præcipue si sit juramento roborata; *Merenda lib.* 12. *controvers. cap.* 10. *Barbosa claus.* 76., *Costa de scient. & ignor. cont.* 2. *dist.* 33. Renunciationem specialem esse oportere alii sustinuerunt, quia per generalem non intelligitur renunciatum exceptionibus illis, quæ filiisfamilias supervenerunt tamquam novis hominibus, siquidem omnis dispositio intelligitur rebus in eodem statu permanentibus *l.* 1. *quod Servius ff. de rendit. caus. dot.* Nec obstare juramentum, quia illud non mutat naturam contractus, super quo interponitur *l. fin. Cod. de non numer. pec. Gratian. discept.* 799. *n.* 7., *Marant. respons.* 51. *lib.* 1., *de Franch. dec.* 181. Denique alii DD., inter quos Author noster *cap.* 8. *n.* 7. 1. *tom.* voluerunt nec sufficere renunciationem specialem, scilicet quod filiusfamilias renunciet legibus *tit. quod cum eo*, sed requiri specialissimam; ut certioratus de legibus *tit. Cod.* specialissimis verbis renunciat juxta formam a Rovito traditam *sup. Pragm.* 1. *de S. C. Maced. n.* 37., videlicet, *licet ipse talis sit bene certioratus, quod propter beneficium l.* 2. *ff. & Cod. quod cum eo non possit adstringi ad solutionem prædicti debiti, ultra quam facere possit, tamen renunciando prædicto beneficio contentus est quod eo non obstante teneatur in solidum.* Nam non intelligitur renunciatum, nisi in individuo illi renuncietur *l.* 1. *ubi Cynus C. quando inter pupill.* In hoc dissidio opinionum certum est generalem renuncia-

tio-

tionem non valere. Quidquid autem sit de renunciatione speciali, vel specialissima, certum etiam est, ex stylo notariorum specialissimam renunciationem invalidam in Instrumentis renunciationis.

IX. Una de frequentioribus est exceptio inventarii, qua modificative impeditur executio sententiæ latæ contra heredem, ut comuniter tenent *DD. in l. fin. Cod. de jur. delib.*, *Surd. dec. 332.*, *Mastrill. dec. 24.* Effectus enim inventarii est, quod heres creditoribus non teneatur ultra vires hereditatis, & obligatur ut administrator rei alienæ, *Rovit. dec. 41.* Imo si heres post mortem defuncti esset obligatus ad ejus debitum, nedum hereditario, sed proprio nomine, etiam tutus est hac exceptione, ut non teneatur ultra vires hereditatis *de Franch. dec. 323.*, quæ fuit confirmata per S.C. junctis quatuor aulis, cujus tenor est: *Die 16. mensis Martii 1623. provisum, & decretum est heredem cum beneficio legis & inventarii obligatum pro debito defuncti, etiam principali, & proprio nomine, & in solidum, & sub quibusve aliis clausulis, non teneri ultra vires hereditarias, nisi expresse, & specialis renunciatio beneficii inventarii prædicti interveniat, cum obligatione satisfaciendi ultra vires hereditarias. Verum facta discussione inventarii, executio fiat, etiam in bonis propriis, & de persona, quatenus ad eum pervenit de bonis hereditariis.* Hoc tamen decreto excipitur nova conventio facta cum herede, in qua in minus reformatum fuit debitum hereditarium, quia tunc heres hac exceptione non gaudebit, cum ejus obligatio sit voluntaria, & in fraudem aliorum Creditorum *Staib. observ. ad resolut. 19. n. 5., & 11.* Extenditur hæc exceptio etsi inventarium factum non sit in hereditate tam tenui, ubi pluris impenderetur pro ejus confectione, quam hereditas ipsa valeret. *Gizzarell. dec. 54.* Cæterum observandum est in praxi, quod hac exceptione opposita datur terminus super ejus discussione, & illa pendente nec heres nec tertius possessor ab eo causam habens, nec posteriores creditores, aut legatarii, qui habuerunt pecuniam ab herede, molestari possunt, Joseph de Rosa *consult. Jur. 57. n. 33.*

VINCENTII ALOI

CAPUT ULTIMUM.

DE EXEQUUTIONE SENTENTIÆ.

SUMMARIA.

I. *Exequutio sententiæ a quo debeat ordinari.*
II. *Quid si Judex requisitus recusat mandare Sententiæ exequutionem.*
III. *Commissarius Supremorum Tribunalium an facere possit exequutionem Sententiæ in Locis Baronalibus: & quomodo.*
IV. *Quæ requirantur pro executione Sententiæ latæ in actione personali.*
V. *Quæ in actione reali.*
VI. *Quando præscribatur executio Sententiæ.*
VII. *Quæ, quotque sint impedimenta executionis Sententiæ.*
VIII. *An in Sententiæ executione servari debeat ordo circa naturam bonorum debitoris.*
IX. *Ad impediendam exequutionem litterarum executorialium quæ requirantur juxta* Pragm. 18. de ord. & forma judicior.
X. *Tertius, qui proprio nomine non possidet, impedire nequit exequutionem litterarum exequutorialium.*
XI. *Renovatio litterarum exequutorialium fieri debet parte citata, & quando.*
XII. *Quomodo exequantur contra heredes.*
XIII. *An heredes, si sint ecclesiastici, possint petere remissionem ad Judicem Ecclesiasticum.*
XIV. *Quæ clausula apponatur in executoriis contra feudatarios.*
XV. *Quomodo a M.C. impartiatur brachium litteris executorialibus expeditis a Curiis Regni.*
XVI. *Super quibus bonis integre fieri nequit executio; & quare.*
XVII. *An pro debito mariti exequi possint bona dotalia.*
XVIII. *Quid contra exequutionem operetur exceptio inventarii opposita intra 30. dies post latam Sententiam.*
XIX. *Quando pro debito hereditario liceat exequi bona propria heredis.*
XX. *Nequit absque mandato ad reluendum procedi ad exequutorum bonorum venditionem.*
XXI. *Post mandatum ad reluendum quid fieri oporteat ante licentiam de vendendo.*
XXII. *Res exequutæ vendi nequit absque appretio.*
XXIII. *Quid in eo servandum circa Peritorum electionem, & Commissarii interventum juxta* Pragm. 18. de ord. & form. judic.
XXIV. *Quibus in causis est Tabulariorum S. R. C. privativa commissio.*
XXV. *Transcribitur citata Pragm. articulus.*
XXVI. *Quæ sit exactio dirictuum Tabulariorum ex* Pragm. 21. Januarii 1751.
XXVII. *Tenor ejusdem Pragmaticæ.*
XXVIII. *Venditio rei executæ debet fieri subhasta, & quare.*
XXIX. *Quid sit vendi subhasta.*
XXX. *Quæ securitas emtori a venditione subhastæ.*
XXXI. *Quo casu possint Creditores posteriores uti jure offerendi.*
XXXII. *Utilitas clausulæ* jure Creditoris anterioris *in oblationibus apponi solitæ.*
XXXIII. *Quæ potissimum observanda ab emtore subhastæ, ut sit securus.*
XXXIV. *An, & quando admittetur oblatio cum facultate concordandi Creditores.*
XXXV. *Hodie in subhastationibus non admittitur deductio sexta.*
XXXVI. *Qui sint modi pro consequenda satisfactione si in subhastatione non reperitur justum pretium.*
XXXVII. *Quodnam sit spatium subhastationum.*
XXXVIII. *Quando locum habeat adjudicatio.*
XXXIX. *Quid sit, & quæ requirantur ut dici possit legitima.*

I. OMnes judicii partes tam in prima quam in secunda instantia diligenter persecutus *illustris Auctor*, imperfectum reliquit opus; nam etsi lis finem habeat sententia in rem judicatam transacta; tamen non indifferens ejusdem judicii pars reputari debet executio sententiæ. Ne igitur quid desiderent tyrones, operæ pretium duxi adnectere de Sententiæ exequutione tractatum, qui hoc in ultimo capite continetur.

Post latam sententiam executio est parata tam de jure comuni *l. post rem judicatam ff. de re judic.* quam Regni *pragm. 1. de offic. S. R. C.* Et judex executioni demandat suam sententiam, licet post illam condemnatus efficiatur alterius fori *l. cum quidem ff. de jurisdict. omn. judic.* Quando autem executio ordinari debeat a judice a quo, vel a judice ad quem, alio loco vidimus. Et a judice prorogato similiter executio sententiæ ordinatur *Scialeja cap. 54. de for. compet.* Interdum tamen judex qui protulit sententiam, non habet jurisdictionem in loco, ubi est illa exequenda, & tunc certum est quod non poterit ab eodem judice exequi, sed executio committitur Judici illius territorii, DD. in *l. a Divo Pio §. sententiam ff. de re judic.*, *Gallup. part. 3. c. 1. n. 1.*

II. In Regno praxis est quod mittuntur literæ requisitoriæ, sive hortatoriæ judici requisito, ut brachium impartiatur ad exequendam sententiam. Si judex requirens est legitimus & competens, & ex lectura illarum nullitas non appareat, judex requisitus brachium impartiri debet. Sin vero invaliditas ex eadem lectura constet, debet abstinere ab exequendo, & remittere ad judicem principalem requirentem, quia non est simplex, sed mixtus exequutor, *Muscatell. p. 3. gloss. servata n. 43., & 105.*, *Cerlev. de judic. l. 1. tit. 3. disput. 17. n. 22.* Quid si judex requisitus recusat mandare sententiæ executionem? *Bartol. in l. a divo Pio ff. de re judic.* dixit, quod poterit per superiorem cogi, & puniri; quæ opinio sequitur in Foro, *Carleval. d. tit.* Tenetur etiam parti actione ad interesse *l. si judex ff. de var. & extraord. cognit.*

III. A majoribus tribunalibus sententiæ exequuntur per exequutores designatos, qui Commissarii, Porteri appellantur. Hi juxta comunem Forensium opinionem non egent brachii imploratione, nec tenentur facere aliquam requisitionem Ordinariis locorum dum sententiam exequuntur, sed ex urbanitate tantum aliquando commissiones Ordinariis locorum ostendunt, quia tribunalia majora jus dicunt in toto Regno, *Canet. var. resol.*

vesol. lib.3., *Capiblanc. in Pregm.3. de ord. jud. Muscetell. gloss. reservata n.56.* ea traditis per *Boer. dec. 8.*, *& Guid. Pep. dec. 346.* Sed in nostris Pragmaticis modus, & formæ fuerunt determinatæ. In *Pragm.* etenim 34. *de off. Magistr. justit.* sancitur, quod Commissarii M. C. debeant ostendere commissionem in quancumque Regni loco se conferant, alias in casu contrario carcerentur, & inquirantur: „ Non possano partire da Napoli sen-
„ za licenza scritta da detto Signor Reggente, con
„ dare prima nota al Percettore di detta G. C. del dì,
„ che parte, in che luogo deve andare, e quante com-
„ missioni porta, e nomi di debitori, e quantità; e
„ quel tanto che avrà *in commissis*, quello solo ab-
„ bia da eseguire, e non altro, senza farsi il contra-
„ rio sotto pena di anni tre di galea: e non essendo
„ abile, debba relegarsi per sei anni, o ad arbitrio
„ di essa G. C. §. 2., *&* §. 12. Si da piena potestà
„ a tutti gli Officiali Regj, e Baronali, che detti
„ Aguzzini, e Commissarj abbiano da mostrare la
„ licenza del detto Signor Reggente. E volendo ese-
„ guire quello che non si comprende in sua commes-
„ sione, debbano carcerarlo, e pigliarne informazio-
„ ne, e darne subito avviso a detta G. C. „. Et inter Gratias concessas a Duce Ossuni Protege anno 1585. in *Pregm. 3. de commiss.* fuit adnumerata illa.
„ Per evitare l'estorsioni, e danni che fanno tante
„ persone, che vanno inquietando il Regno sotto
„ nome di Commissarj Regj del S. C., Regia Ca-
„ mera, Vicaria, Regia Zecca, ed altri Ministri Regj
„ di qualsivoglia Giudice, e Tribunale, così Per-
„ sone militari, come non militari, debbano mostra-
„ re le loro commissioni „. Hinc Commissarii tenentur ostendere commissiones, quas habent, Ordinariis locorum; Sed literæ executoriales a Regiis Tribunalibus Neapolis expeditæ a quolibet Judice, cui sunt ostensæ, debent illico executioni demandari absque brachio Regiatum Audientiarum sub pœna ducatorum bis mille, *Pragm. 2. de off. Justit.*

IV. Non fit executio sententiæ in actione personali, nisi prius citetur Pars ad dicendum quare non debeat dicta sententia executioni demandari. Ratio est quia condemnatus potest allegare nullitatem sententiæ ex iisdem actis, vel satisfactionem, *Afflict. in Constit. Dilationes tit. de dilat. lib. 2. rubr. 17. n. 3.* Ex jure comuni non fiebat in actione personali executio nisi transacto quadrimestre *l. fin. Cod. de usur. rei judic.* Correctam hanc legem fuisse multi ex nostris Forensibus affirmant, quia per novas leges debitor gaudet dilatione quatuor mensium antequam capiantur pignora, & dilatione aliorum duorum mensium post pignora capta ante illorum venditionem, *Moradei prax. de præsentat. instrum. cap. 22. de nullit. executionis factæ in quadrimestra*, *Carleval. de judic. tit. 3. disp. 5. tom. 2.*, *de Marin. ad Reverter. dec. 443.* Sed dilatio ista jamdiu recessit ab usu, & hodie in praxi servatur, quod statim fiunt præcepta de solvendo intra terminum arbitrio Judicis statuendum pro executione sententiæ, quo elapso proceditur ad sequestrum & capturam pignorum, & ad illorum venditionem sub hasta.

V. Pro justa executione sententiæ latæ in actione reali requiritur, ut judex prius faciat præceptum condemnato, ut rem restituat juxta formam ipsius sententiæ, & postea Reo victo aufertur, traditurque Actori, qui in possessionem mittitur *l. qui restituere ff. de rei vindicat.* Sed in S. C. quia expeditur mandatum de parendo, statim sententia exequitur, *Afflict. d. Const. Dilationes.*

VI. Jus & facultas exequendi sententiam præscribitur spatio trigiata annorum, quo elapso amplius procedi non potest via executiva, sed ordinaria, *Afflict. dec. 245.*, *Petre Rit. 128. n. 22.* Verum si intra triginta annos cœpta sit executio, præscriptio non currit, quia interrupta fuit, *Gellup. p. 3. cap. 3. n. 51.*

VII. Impediunt executionem sententiæ restitutio in integrum, nullitates, exceptiones modificativæ, de quibus in præcedentibus titulis actum fuit. Impedit etiam sententiæ executionem exceptio executionis factæ in bonis alienis, quia tertio hanc exceptionem opponenti datur terminus ad probandum, ut indifferenter servat praxis, & venditio rei executæ impeditur. At quia plerumque maliciose apponitur, contra hanc exceptionem non probantem inflicta fuit pœna duc. duodecim in *pregm. 47. §. 4. de off. magistr. justit.* de qua exceptione locutus fuit Author in *tit. preced.* Res ipsæ executæ interdum executionem sententiæ impediunt, ut sunt 1. vestes, lectus, aliæque ad usum necessarium deputatæ, tegulæ de tectis, vel trabes, seu ostia, & alia affixa domibus, *Bald. in rubr. qui bon. ceder. poss.*, *Muscatell. gloss. servata n. 91.* 2. Libri Scholari, militi arma, clerico Breviarium exequi non possunt, *gloss. in l. nepos Proculo ff. de verb. signific.* 3. Boves aratorii, & instrumenta ruralia *Pragm. 48. de offic. S. R. C.* 4. quæ ad Universitatum ornatum, & comodum pertinent, ut viæ publicæ, & theatra, *Capyc. dec. 27. n. 42.* Impedit etiam executionem sententiæ oblatio pretii integræ quantitatis rei in sententia contentæ *l. si fundus ff. de pignor.*, *Afflict. dec. 199.* Similiter sententiæ executionem impedit dilatio quinquennalis, dummodo concurrant requisita, quod major pars creditorum consentiat, & adsit æqualitas tam circa numerum personarum, quam circa quantitatem, *Afflict. cum addent. in dec. 288.* Denique impeditur sententiæ executio in actione personali, ne victus debitor maceretur in carceribus, & luat in corpore cum non habeat in ære, per miserabile remedium cessionis bonorum, *Gellup. par. 3., cap. 5. n. 4.*

VIII. Sententia juxta *l. a divo Pio ff. de re judic.* executioni demandari debet juris ordine, seu forma servata. Ordo seu forma autem est, ut primo debeat fieri in mobilibus, secundo in immobilibus, tertio in nominibus debitorum. Sed an supradictus ordo in exequendo sit de forma substantiali ipsius actus exequendi, ita quod si omittatur, vel præposteretur, non valeat executio? *Bartol.* ad *d. l. n. 8.* Isernia in *Const. dilationes*, & *Afflict. ibid. n. 32.* dixerunt dictum ordinem non esse de necessitate, sed tantum si pars gravaretur de præposteratione, posset appellare. Alii e contra tenuerunt quod omissio & perversio dicti ordinis exequendi inducat nullitatem actus, & quod executio juxta formam non facta retractari debeat, *Merante in 6. part. tit. post omnia* ex decisione S. C. penes *Afflict. dec. 358.*, ubi *Ursill.* subdit quod S. C. suo tempore sic firmiter judicavit. Sed *de Franch. decis. 441.* postquam omnium opiniones hinc inde adduxit, conclusit per S. C. habitam fuisse veram opinionem Bartoli, & exequutionem in *decis. Afflicti* allatam non per perversionem ordinis, sed ex aliis rationibus fuisse retractatam. Tutius tamen est servare dictum ordinem etiam quia in literis executorialibus opponi solet clausula *& executio fiet juris ordine servato*, *Moradei in praxi c. 22.* Sed si exequatur sententia lata in actione reali, tunc ordo non servatur, quia exequi debet illa res ad quam fuit facta condemnatio *l. qui restitutione ff. de rei vendit.*, *Afflict. in const. dilationes num. 27.* Similiter ordo prædictus non servatur in executione contra pupillum, quia potius incipiendum est a nominibus debitorum, cum illi magis expediat habere bona, quam nomina debitorum, quia debitores de facili ad inopiam pervenire possunt *Bart. in l. magis puta ff. de reb. eor. qui sub tut.*, *Afflict. dec. 35.*

IX. Literæ executoriales expeditæ, pro quavis causa impediri non possunt *Pragm. 81. §. 12. de offic. S. R. C.*, *& Pragm. 2. de instr. liquidat.*, excepto tamen judicio concursus creditorum, coram alio Judice formato, quia concursus omnes causas contra debitorem trahit, *Moradei ad d. Pragm. n. 45.* Et ex *Pragm. 18. de ord. judic. §. 1. n. 13.* ad impediendam literarum executorialium executionem requiritur ut debitor vel faciat depositum, vel immittatur in vinculis, aliter audiri non potest; cujus verba alio loco transcripsimus.

X. Tertius qui nomine proprio non possidet, ut comodatarius, depositarius, colonus executionem impedire non potest *de Franch. dec. 261.* quia sola detentio nec dominium nec possessionem transfert.

XI. Literæ executoriales executioni demandari non possunt elapso decennio, quia tunc debet citari debitor ad dicendum causam quare renovari non debeant. Et non apposita & probata a debitore satisfactione, fit illarum renovatio juxta praxim, de qua post *Caravitam sup. Rit. 128. n. 4.* testatur *Thor. in compend. decis. sect. 2. verb. literæ executoriales*, *Moradei observ. ad sing. 290.*

XII. Literæ executoriales expeditæ contra defunctum exequuntur contra heredem: sed quia executio fieri non potest contra heredem non citatum, nec summarie auditum *de Franch. dec. 405.*; inde praxis invaluit, quod expeditur citatio contra heredem ad dicendum causam quare sententia lata contra defunctum executioni demandari non debeat, *Add. ad Afflict. dec. 145.*

XIII.

XIII. Heredes clerici ex privilegio Fori remissionem petebant ad Judicem ecclesiasticum ad effugiendam executionem in bonis hereditariis, & illis antiquitus concedebatur juxta tradita per *Franch. decis.* 285. Postea illis non concedebatur ex rationibus adductis per *Cafar. specul. peregrin. qu.* 28., *& Marad. in prax. de præsentat. instr. cap.* 9. Hodie per politiam Regni, & ultima Regalia Diplomata, quæ in collectione afferentur, nec talis remissio peti potest.

XIV. In literis executorialibus per S.C. expeditis contra Feudatarios, apponenda est clausula: *Dummodo per talem executionem nullo modo inducatur Feudi divisio*, quia sine Assensu Feudum nec exequi, nec dividi potest *Pragm.* 45. *de offic. S.R.C.*, *Marad. prax. c.* 20. *n.* 6.

XV. In literis executorialibus expediris vigore obligationis pœnes acta incusatæ in aliis Curiis Regni, non conceditur brachium a M.C.V., nisi justitiæ obligationis per ejus tenorem in illis inserendum cognoscatur *Sanfelice dec.* 64. *n.* 8. In cæteris literis executorialibus impartitur brachium cum clausula: *dummodo rite & recte fuerint expedita*, *Muscatell. gloss. servata num.* 51.

XVI. Sunt bona super quibus integra executio fieri non potest, ut fructus feudi, salaria Officialium, & militum, & fructus Beneficii. Portio enim fructum feudi relinqui debet Feudatario pro servitio Domino præstando, & pro victu, & alimentis *Rovit. cons.* 77., *de Marin. ad Reverter. dec.* 503. Salaria Officialium & militum exequuntur deficientibus aliis bonis, sed relinquitur portio debitoribus pro victu & alimentis, *Altimar. cons.* 77. quæ ex praxi reduci potest usque ad tertiam partem salarii. Denique ne ministri Altaris cum illorum opprobrio, & ministerii mendicare cogantur, redditus beneficii non integre exequuntur, & medietas reddituum exequi potest *Carleval. de judic. tit.* 3. *disput.* 18.

XVII. Pro debito mariti exequi non possunt bona dotalia, Imo nec jocalia uxoris, quia hæc bona non sunt in dominio mariti, etiamsi debitum sit contractum ante vel post matrimonium *de Franch. dec.* 617., *Marad. prax. c.* 20. Verum in praxi servatur, quod si fructus erint exuberantes pro oneribus matrimonii, attenta qualitate Parsonarum, illud plus assignatur debitoribus, ut millies fuisse decisum testatur *Gallupp. par.* 3. *c.* 2. *num.* 30.

XVIII. Exceptio inventarii opposita contra literas executoriales etiam intra 30. dies non impedit executionem in bonis hereditariis. Nulla enim injuria infertur heredi, dum mandatum executivum in illis relaxatur; sed si incontinenti heres docuerit, esse consumta bona hereditaria, tunc dicta exceptio operatur, ut impediatur executio *Carlevul. lib.* 1. *disput.* 23. *n.* 6.

XIX. Bona heredis pro debito hereditario exequi non possunt confecto inventario, & executio facta retractatur. Si tamen creditor probaret fuisse per heredem bona hereditaria consumta non in comodum & utilitatem hereditatis, sed in proprium heredis comodum, executio firma remanet *Carleval. loc. cit. n.* 6. Similiter si heres non exhiberet inventarium legitime confectum, vel non redderet rationem de effectibus hereditatis, pro fructibus ex hereditariis bonis perceptis executio fieri potest in bonis propriis. *Post. resolut. III.*, *Marad. in prax. n.* 2. *dec.* 9. *fol.* 247.

XX. Bona executa vendi non possunt, nisi præcedat mandatum ad reluendum, scilicet ut infra biduum debitor solvat, & reluat bona executa, *Muscatel. glos. venduntur n.* 12. Quæ praxis servatur in M. C. & in omnibus aliis Tribunalibus Regni; excepto tantum S. C., ubi non practicatur mandatum ad reluendum, quia ante executionem fit mandatum de parendo sententiæ, *Afflict. Const. dilationes n.* 27.

XXI. Post mandatum ad reluendum si pars non comparuerit, accusantur contumaciæ, ac in ipsius contumaciam interponitur decretum de vendendo, & expeditur licentia ut procedatur ad venditionem, quæ licentia datur tubicinibus & incantatoribus qui singulis diebus trinis usque ad novem, incantant bona executa plus offerentibus, *Muscat. glos. venduntur n.* 16.

XXII. Res executæ vendi nequit absque legitimo appretio. Ut enim juris sollemnitatibus procedatur, appretium est necessarium tam de jure Comuni, quam de jure Regni. In *l. in fine Cod. de jur. domin. impetr.* aperte dicitur *peritos in arte mittere, qui appretient, & referant verum valorem*. Et in *Pragm.* 2. *de Magistr. artium* statuitur, ut committatur appretium Tabulario, prævia buxola eligendo, & petita revisione fiat a Primario, quod si iterum petatur revisio, fiat a Commissario causæ, qui absque buxula eligat Tabularium. *Auth. nost. t. t.* 1.

XXIII. Ex *Pragm. anni* 1738. sancitum fuit, quod Commissarii Causæ non solum Tabulariis, sed etiam aliis Peritis possint committere appretium bonorum, habita ratione distantiæ loci, aliarumque circumstantiarum; dummodo tamen summa appretii non excedat valorem ducatorum sex mille. Nec in electione aliorum Peritorum intra dictam summam requisivit renunciationem Tabulariorum. Et finis Pragmaticæ fuit ne lites prorogarentur ob impotentiam Partium in eroganda gravissimis expensis pro Tabulariorum accessibus, & Relationibus §. 3. *n.* 84. Compescuit etiam Pragmatica prædicta dilationes circa appretii & relationis revisionem jubendo, quod peti non possit tertia revisio, si duæ relationes sint uniformes, nisi in casu quo Pars peteret suis sumptibus tertiam revisionem cum interventu Commissarii, quæ revisio concedi potest his conditionibus, si Commissario justa videbitur.

XXIV. Privativa igitur est commissio Tabolariorum S. R. C., quando fiunt appretia Feudorum, vel rerum, quæ excedunt valorem ducatorum sex milla, ut dispositum est in enunciato §. *d. Pragm.*, cujus tenor est.

XXV. „ E rispetto agli apprezzi dei Feudi, ed altri „ effetti di valore, possano i Commissarj, quando „ non eccedano la somma di docati sei mila, com- „ metter quelli ad Esperti, avendo però riguardo alla „ distanza del luogo, senz'aversi bisogno della rinun- „ cia di detti Tavolari, mentre da questo deriva per „ lo più che si prolunghino le liti, a cagione dell' „ impotenza delle Parti a soffrire le stravagantissime „ spese per gli accessi, e Relazioni de' sudetti Periti.

XXVI. Exactio directuum Tabulariorum taxata fuit a *Pragm.* 21. *Januarii anni* 1751. hac forma. Si valor appretii excedit summam ducatorum sex mille arbitrio S. R.C. taxatur quantitas debenda pro laboribus Relationis, & Plantæ, cum conditione, quod dicta quantitas numquam potest excedere summam ducatorum quinquaginta. Si valor appretii est infra summam ducatorum sexmille Tabularius pro Relatione & Planta aliud pretendere non potest, nisi laborem copiæ Relationis, & contentus esse debet solarum dietarum. Qualibet dieta pro appretio extra Civitatem similiter taxata fuit in summa ducatorum quatuor, cum conditione quod in ipsa comprehenduntur qualibet aliæ expensæ pro accessu & laboribus Ajutantium. In districtu Civitatis dicta taxa fuit in summa carolenorum decem: in suburbiis carolenorum viginti.

XXVII. Tenor ejusdem Pragmaticæ est: §. 1. „ In pri- „ mo luogo, perchè tra le strane pretenzioni de' Ta- „ volarj, la principale si è quella che dopo fatto „ l'accesso sopra la faccia del luogo, oltre l'esazio- „ ne delle diete, essi pretendono somme strabocche- „ voli per le relazioni, e piante, che formar debbo- „ no, secondo la loro perizia: quindi per togliere „ un consimile abuso, ordiniamo, a comandiamo, che „ in avvenire, trattandosi di robba, che oltrepassi la „ somma di docati seimila, si rimetta all'arbitrio del „ Sagro Consilio il tassare la quantità, che pagar si „ dee a' Tavolarj, Ingegnieri, Primario per la fatiga „ della Relazione, e pianta, che ad essi spettano; „ con condizione però che la somma da tassarsi per „ qualsivoglia affare di qualsisia quantità, ed impor- „ tanza per dette relazioni, e pianta non possa ol- „ trepassare le docati cinquanta; di maniera che se- „ condo la qualità del negozio, la somma possa es- „ sere, o più, o meno, ma non mai maggiore di „ doc. cinquanta. Ma allorchè la roba non oltrepassa „ la valuta de' docati seimila, perciocchè a tenore „ della detta Costituzione del 1738. in tal caso è in „ arbitrio del Commissario della causa commetterne „ l'apprezzo ad un esperto, che gli sembrerà più a „ proposito, senza che vi sia bisogno de' Tavolarj: „ quando la commessa si fa in persona di un Tavola- „ rio, perchè colui è stato eletto per mera volontà „ del Commessario, per tal riguardo ordiniamo, che „ non possa esiggere il Tavolario destinato, se non „ se le sole diete, senza pretender cos'alcuna per la „ relazione, a pianta, eccettuatone solamente quel- „ che importa la fatiga in forma della copia della „ Relazione, a tenore di quanto viene stabilito nella „ detta Costitozione del 1738.

„ II. Allorchè i Tavolarj si portano in accesso per qualche misura, o apprezzo, sogliono seco condursi gli Ajutanti, e quantunque dalla detta Costituzione venga chiaramente stabilito, che per detti Ajutanti non possano esiggere cos'alcuna, ma che li medesimi debbano andare a lor carico; nondimeno si è inventata la frode, che prima di andarsi all'accesso, si procurarono il consenso dalle Parti litiganti di doversi pagare gli Ajutanti. Per evitare dunque un tale abuso vogliamo ed ordiniamo, che non ostante il consenso delle Parti, non possa esiggersi cos'alcuna per detti Ajutanti: e benchè se ne sia promessa la sodisfazione, che tal promessa si abbia per nulla, ed invalida; quantunque le Parti l'avessero fatta spontaneamente. E qualora si provi che tal promessa si sia procurata dalli stessi Tavolarj, vogliamo che i medesimi si sospendano dall'impiego per un tempo da determinarsi ad arbitrio del Sagro Consiglio. Essendosi però considerato che li doc. quattro, che hanno esatto, ed esiggono i sodetti Tavolarj per ciascheduna dieta, quantunque non vi sia legge del Regno, da cui tal somma venga tassata, vogliamo nondimeno che si continui ad esiggere nella stessa maniera, affinchè cessino le di loro lagnanze per la spesa degli Ajutanti, i quali vanno a carico del medesimi; mentre i Mastrodarti del Sagro Consiglio, benchè abbiano speso il loro danaro per la compera dei loro Uffiej, tuttavolta non esiggono, se non soli docati 3. s. 10. per ciascheduna dieta.

„ L'altro abuso introdotto da' Tavolarj si è che per gli apprezzi della roba sistente nel distretto di questa Capitale, e de' Borghi, oltre della summa che si paga loro per l'accesso, pretendono esigere un tanto per cento, secondo il valore della cosa apprezzata, il che è una pretenzione molto stravagante, la quale per abolirsi affatto, vogliamo ed ordiniamo, che da oggi innanzi per gli sudetti apprezzi, come anche per gli accessi di differenze di fabriche, ed altre qualsivogliano pendenze di qualunque somma ed importanza, si esigano soltanto le diete alla ragione di carlini dieci per ciascuna di esse dentro la Città, e di carl. venti ne' Borghi, senza pretendere il tanto per cento, ed altra ricognizione per la relazione, e pianta; se non se quella che viene stabilita nella cennata Costituzione, colla stessa condizione, che gli Ajutanti vadano a lor carico, nè possano dalle Parti pretendere cosa alcuna „.

XXVIII. Venditio rei executæ debet fieri sub hasta, ut forma & ordo servetur. Etenim ex jure civili venditio debet fieri legitime, & per subhastationes, vel sobbasta dicitur facta per juris solemnitates adimpletas *l. 1. & 2. Cod. de fid. instrum.*, *& ex Constit. Reg. Auth. ministris* subhastatio vocatur juris solemnitas. Hinc *Afflict. ad d. const. n. 13. not. 7.* conclusit in venditione bonorum exequutorum ordine judicis necessariam esse subhastationem; quem omnes Practici sequuntur.

XXIX. Vendere sub hasta idem est quod per auctionem vendere. Solebat enim hasta figi in publicis auctionibus *l. 5. tit. 53. libr. 7. Cod. prescir temporibus*; & signum erat quod res publica authoritate vendebatur *l. ordo Cod. de execut. rei judic.* In Regno nomen hastæ remansit, sed venditio bonorum executorum fit per incantationem cum accensione candelæ; & in ultimo incantu bona liberantur plus offerenti. Hinc subhastatio definitur: rei venalis publice expositio cum præconis proclamatione, quæ pluris licitanti conceditur, *Auth. hoc jus porrectum*, *& l. 1. Cod. de fid. instr. & jur. hasta*.

